| 870 | 7. De manumissis in Ecclesia vel Ecclesiae per testamentum commendatis . . . . . . . | 494 |
| 870[1] | 8. Clericum alibi consistentem ne quis ordinet inconsulto istius loci episcopo . . . . . . . | 494 |
| 871 | 22. Qua condicione diaconi coniugati ordinari possint . | 495 |
| 872 | 23. Ut diaconus incontinens removeatur . . . . | 495 |
| 873 | 24. Qui prius ordinati incontinentes fuerunt ulterius ne promoveantur . . . . . . . . . | 495 |
| 874 | 28. Professae castitatis praevaricatoribus paenitentia consulendum . . . . . . . . . | 495 |
| 875 | 29. Ut nullus conventus (nulla synodus) sine alterius conventus denuntiatione solvatur . . . . | 495 |

CONCILIUM ARELATENSE II 443.

CANONES:

| | | |
|---|---|---|
| 876 | 3. Quae mulieres in domibus habitent clericorum . | 496 |
| 877 | 14. Ut clericus pecuniam ad usuram non det nec conductor alienae rei vel negotiator exsistat . . | 496 |
| 878 | 16. De Photiniacis vel Paulianistis baptizandis . . | 496 |
| 879 | 22. Si coniugati paenitentiam sibi dari petierint . . | 496 |

VALENTINIANUS III imp. 425—455.

| | | |
|---|---|---|
| 880 sqq | De Primatu Romani Pontificis . . . . . | 497 |
| 883 sq | De ambitu episcopalis iudicii . . . . . | 498 |

FLAVIANUS EP. CONSTANTINOPOLITANUS obiit 449/50.

| | | |
|---|---|---|
| 885 sqq | Appellatio ad Leonem Papam I contra latrocinium Ephesinum . . . . . . . . . . . | 499 |

Num. Pag.

LEO PAPA I 440–461.

890 De ieiunio Quattuor Temporum . . . . . . 502
891 sqq De Primatu Romani Pontificis . . . . . 503
894 sqq De Hierarchia ecclesiastica et Primatu Romano . . 504
898 sqq Contra canonem 28 Concilii Chalcedonensis . . 505

PETRUS CHRYSOLOGUS EP. RAVENNAS
circa 433—450.

902 De auctoritate Romani Pontificis in rebus fidei . . 507

SALVIANUS PRESBYTER MASSILIENSIS
circa 400–480.

903 sqq De nequitia temporum . . . . . . . 507
907 sqq De praevaricationibus et superstitionibus Christianorum 509
911 sqq Invasiones barbarorum poenas esse propter pravos mores Christianorum . . . . . . . . . . 510
914 Barbarorum mores meliores esse moribus Christianorum 512

SOZOMENUS,
SCHOLASTICUS CONSTANTINOPOLITANUS
scripsit circa 450.

915 sq De visione Constantini M. . . . . . . 513
917 sqq Constantinus M. christianam religionem promovet . 514
921 sqq De privilegiis clericorum . . . . . . . 518
924 sq De Liberio et formula Sirmiana tertia . . . 520
926 De paenitentia publica in Ecclesia Romana . . 522
927 sqq De paenitentia Theodosii imp. post caedem Thessalonicensem . . . . . . . . . . . 523

THEODORETUS EP. CYRENSIS circa 393—458.

930 sqq De exsilio et reditu Liberii . . . . . . 525
933 sqq De paenitentia Theodosii imp. . . . . . . 527

MARCIANUS imp. 450—457.

940 Convocatio Concilii oecumenici . . . . . . 532

CONCILIUM OECUM. CHALCEDONENSE 451.

CANONES:

941 9. Quod clericis non liceat praetermisso episcopo ad saecularia iudicia convolare . . . . . . 534
942 17. De parochiis . . . . . . . . . 535
943 28. De privilegiis Ecclesiae Constantinopolis, novae Romae 535

ANATOLIUS EP. CONSTANTINOPOLITANUS
obiit circa 458.

944 De synodo «endemusa» . . . . . . . . 537

TIRO PROSPER AQUITANUS obiit circa 463.

945 De Liberio Romano . . 537
946 De Leone Papa I et Attila 538

Num. | | Pag.

## HILAR(I)US PAPA 461—468.

947 sqq Ne quis episcopus suum successorem designet . . 538

## MAXIMUS EP. TAURINENSIS obiit post 465.

950 De superstitionibus Christianorum in defectione lunae . 539
951 De paganismo in Italia superstite . . . . 540

## STATUTA ECCLESIASTICA ANTIQUA saec. V.

952 De matrimonio . . . . . . . 541

## GELASIUS CYZICENUS scripsit circa 475.

953 De visione Constantini M. . . . . . . 542

## BASILISCUS USURPATOR 475—476.

954 sqq «Encyclion» contra fidem Chalcedonensem . . 542

## ZENO imp. 474—491.

958 sq Ex «Henotico» anni 482 . . . . . . 546

## GELASIUS PAPA 492—496.

$959^{1}$ De regno et sacerdotio et de Primatu Romani Pontificis 548

## SYMMACHUS PAPA 498—514.

$960^{0}$ Contra ambitum Pontificatus Romani . . . 549
960 De electione Papae . . . . . . . . 550

## MAGNUS FELIX ENNODIUS TICINENSIS obiit 521.

961 De indefectibilitate Romani Pontificis . . . . . 550
962 «Papa a nemine iudicatur» . . . . . . . 550

## CONCILIUM AGATHENSE 506.

### CANONES:

963 sq 9. De presbyteris et diaconibus qui ad coniugalem torum revertuntur . . . . . . . . . . 551
965 15 Qualiter maiores natu, qualiter minores paenitentiam accipiant . . . . . . . . . . 552
966 16. Qua aetate diacones ordinentur: et quomodo, si fuerint coniugati . . . . . . . . . 552
967 17. Qua aetate presbyteri vel episcopi consecrentur . 552
968 18. De laicis, quibus temporibus communicare debeant 552
969 27. Ut monasterium novum inconsulto episcopo nullus constituat: et de monachis sine abbatis consensu non ordinandis . . . . . . . . . 553
970 34. De Iudaeis qui converti cupiunt, qualiter recipiantur 553
971 38. Ut sine episcopi sui epistula non liceat clerico vel monacho proficisci: et de monachis vel abbatibus . 553
972 47. Ut ante missam expletam egredi populus non praesumat . . . . . . . . . . . 554

| Num. | | Pag. |
| --- | --- | --- |
| | **CONCILIUM AURELIANENSE I 511.** | |
| | CANON: | |
| 973 | 27. De litaniis ante Ascensionem Domini celebrandis | 554 |
| | **CONCILIUM TOLETANUM 527.** | |
| | CANON: | |
| 974 | 1. De seminariis clericalibus et caelibatu . . | 554 |
| | **BENEDICTUS A NURSIA 480–547.** | |
| 975 sqq | De generibus monachorum . . . . . . | 555 |
| 979 sqq | De officio divino peragendo («Opus Dei») . . | 556 |
| 997 sqq | De «Opera manuum» cotidiana . . . . . | 560 |
| | **LIBER PONTIFICALIS, prima redactio 530.** | |
| 1002 sqq | 1. Petrus . . . . . . . . . . . | 562 |
| 1005[1] | (34.) De Constantino M. a Silvestro Papa baptizato . | 563 |
| 1006 | 36. Iulius . . . . . . . . . . . | 563 |
| 1007 sq | 37. Liberius . . . . . . . . . . | 564 |
| 1009 | 38. Felix II . . . . . . . . . . | 565 |
| 1010 | (47.) De Leone I et Attila . . . . . . | 565 |
| | **IUSTINIANI I imp. (527—565) CORPUS IURIS CIVILIS.** | |
| | E DIGESTIS SIVE PANDECTIS editis 533. | |
| 1011 | De rescripto Marci Aurelii contra superstitiones . | 566 |
| 1012 | De rescripto Septimii Severi contra collegia illicita . | 566 |
| 1013 | De collegiis licitis (funeraticiis) tenuiorum et religiosis | 566 |
| 1014 | De poena sacrilegii . . . . . . . . . | 566 |
| | E CODICE IUSTINIANO edito 534. | |
| 1015 sq | De comburendis Porphyrii ethnici et Nestorii haeresiarchae scriptis . . . . . . . . . . | 567 |
| 1017 sqq | Professio fidei catholicae . . . . . . . | 567 |
| 1022 qq | In favorem piarum causarum conceditur praescriptio centum annorum . . . . . . . . . | 569 |
| 1025 | De successione ecclesiarum in hereditates clericorum . | 570 |
| 1026 | De episcopali audientia . . . . . . . | 570 |
| 1027 sqq | De privilegio fori et cursu appellationum . . . | 571 |
| | E LEGIBUS NOVELLIS. | |
| 1030 | De numero clericorum in magna ecclesia Constantinopolitana . . . . . . . . . . . . | 572 |
| 1031 | De limite iuris patronatus . . . . . . | 572 |
| 1032 sqq | De creatione episcoporum . . . . . . | 572 |
| 1035 sq | De praerogativa Patriarchae Constantinopolitani . | 574 |
| | **CONCILIUM AURELIANENSE III 538.** | |
| | CANONES: | |
| 1037 | 14. Ut missarum celebritas in praecipuis sollemnitatibus hora tertia incohetur . . . . . . . . | 574 |
| 1038 | 28. Die Dominico quid operis facere liceat aut non liceat . . . . . . . . . . | 574 |

Num. Pag.

IORDANIS ALANUS scripsit 551.

1039 De Leone I et Attila . . . . . 575

PELAGIUS PAPA I 555—561.

1040 sq De iuramento purgatorio Pelagii et damnatione simoniae 576

GESTA LIBERII e saec. VI.

1042 sqq De Liberio in coemeterio viae Salariae exsulante 576

VITA S. EUSEBII PRESB. ROMANI scr. s. VI.

1050 sqq De Liberio Romano . . . . . . . . 578

GREGORIUS PAPA I M. 590—604.

1053 De reliquiis Sanctorum non dividendis . . . 579
1054 sqq De cultu imaginum . . . . . . . . 580

HONORIUS PAPA I 625—638.

1057 sqq Epistula prima ad Sergium Constantinopolitanum 581
1065 sqq Epistulae alterius fragmenta . . . . . 586

HERACLIUS imp. 610—641.

1070 sqq Ex «Ecthesi» auctore Sergio Patr. Constantinopolitano pro Monotheletismo edita . . . . . . . 590

IOANNES PAPA IV 640—642.

1074 sqq Quo sensu Honorius Papa duas in Christo voluntates esse negaverit . . . . . . . . . . 591

MAXIMUS CONF. CONSTANTINOPOLITANUS circa 580—662.

1077 sqq De orthodoxia Honorii Papae I . . 592

CONSTANS II imp. 641—668.

1080 sq Ex «Typo» auctore Paulo Patr. Constantinopolitano edito . . . . . . . . . . 594

CONCILIUM OECUM. CONSTANTINOPOLITANUM III 680 - 681.

1082 sqq Damnatio Honorii Papae . . . . . . 595

LEO PAPA II 682—683.

1085 sq Anathematizatio Honorii . . . . . . . 597
1087 sq De errore Honorii . . . . . . . . 598

CONCILIUM QUINISEXTUM SIVE TRULLANUM II 692.

CANONES:

1089 sqq 2. Confirmatio Canonum Apostolorum et canonum ab anterioribus conciliis vel episcopis emissorum . 599

| Num. | | Pag. |
|---|---|---|
| 1093 sqq | 13. Ne matrimonio ligati a diaconatu vel presbyteratu excludantur neve alterius matrimonio uti prohibeantur . . . . . . . . . . | 601 |
| 1096 | 36. De praerogativa Sedis Constantinopolitanae et de ordine Ecclesiarum patriarchalium . . . | 603 |
| 1097 sq | 40. De aetate ad vitam monasticam amplectendam requisita . . . . . . . . . | 604 |
| 1099 sq | 41. De iis qui Inclusorum vitam electuri sunt . . | 605 |
| 1101 | 42. Ut qui dicuntur Eremitae ex urbibus expellantur . | 606 |
| 1102 | 43. Ut etiam iis qui antea lapsi fuerant in monasterium ingredi liceat . . . . . . . . | 607 |
| 1102[1] | 47. Ne mulier in virorum monasterio dormiat et vice versa . . . . . . . . . . . | 607 |
| 1102[2] | 48. De uxore eius qui episcopus ordinatus est . . | 608 |
| 1103 | 52. De Missa Praesanctificatorum . . . . | 608 |
| 1104 | 55. Ne die Sabbato ieiunetur . . . . . | 608 |
| 1105 | 67. Ut a sanguine animalium abstineatur . . . | 609 |
| 1106 | 81. Ne in Trisagio cantetur «Qui crucifixus es pro nobis» . . . . . . . . . | 609 |
| 1107 | 82. Ut in posterum loco Agni ipsa figura Christi in imaginibus depingatur . . . . . . | 610 |

ANASTASIUS ABBAS SINAITA obiit post 700.

| | | |
|---|---|---|
| 1108 | De Patre spirituali . . . | 611 |

PAULUS WARNEFRIDI DIACONUS
scripsit circa 750.

| | | |
|---|---|---|
| 1109 sq | De Leone I et Attila . . . . . . | 612 |

Index alphabeticus . . . . . . . . . . 613
Addenda . . . . . . . . . . . . 645

APPENDIX:
TIBERIUS CLAUDIUS imp. 41—54.

Ex epistula ad Alexandrinos de Iudaeis 41 . . . 648

EPITAPHIUM TATIANI prope Philippopolim s. IV ?

| | | |
|---|---|---|
| 155[3] | Lapis . . . . . . . . . . | 649 |

THEODORETUS EPS. CYRENSIS circa 393—458.

| | | |
|---|---|---|
| 929[1] sqq | Colloquium Constantii imp. et Liberii papae 355 | 650 |

MEŠÎHĀ-ZEKHĀ scripsit inter 550—554(569).

| | | |
|---|---|---|
| 1039[1] sqq | Ex Chronica Ecclesiae Arbelensis . . . . | 655 |

## **DIDACHE** SIVE **DOCTRINA DUODECIM APOSTOLORUM** scripta probabilissime inter 90—100 p. Chr.

### De via vitae.

[Cap. 1.]

(1) Ὁδοὶ δύο εἰσί, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου, 1°
διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν. (2) Ἡ μὲν οὖν ὁδὸς τῆς ζωῆς ἐστιν αὕτη· πρῶτον ἀγαπήσεις τὸν Θεὸν τὸν ποιήσαντά σε, δεύτερον τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν [cf. Mt 22, 37 sqq; Mc 12, 31 sq; Eccli 7, 30]· πάντα δὲ ὅσα ἐὰν θελήσῃς μὴ γίνεσθαί σοι, καὶ σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει [cf. Mt 7, 12; Lc 6, 31; Iren., Adv. haer. 3, 12, 14]. (3) Τούτων δὲ τῶν λόγων ἡ διδαχή ἐστιν αὕτη· Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, νηστεύετε δὲ ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς· ποία γὰρ χάρις, ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς; οὐχὶ καὶ τὰ ἔθνη τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; Ὑμεῖς δὲ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς [cf. Mt 5, 44 sqq; Lc 6, 27 sq], καὶ οὐχ ἕξετε ἐχθρόν. (4) Ἀπέχου τῶν σαρκικῶν καὶ σωματικῶν ἐπιθυμιῶν [cf. 1 Petr 2, 11]. Ἐάν τις σοι δῷ ῥάπισμα εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, καὶ ἔσῃ τέλειος· ἐὰν ἀγγαρεύσῃ σέ τις μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο· ἐὰν ἄρῃ τις τὸ ἱμάτιόν σου, δὸς αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα· ἐὰν λάβῃ τις ἀπὸ σοῦ τὸ σόν, μὴ ἀπαίτει [cf. Mt 5, 39—41 48; Lc 6, 29 sq] οὐδὲ γὰρ δύνασαι.

---

(1) Duae viae sunt, altera vitae et altera mortis, sed multum 1°
interest inter duas vias. (2) Via igitur vitae haec est: *primum diliges Deum, qui te creavit, deinde proximum tuum sicut teipsum; omnia* vero, *quaecunque* non *vis* tibi fieri, nec tu alteri facias. (3) Horum autem verborum doctrina haec est: *Benedicite maledicentibus vobis* et *orate pro inimicis vestris,* ieiunate *pro persequentibus vos; quae* enim *gratia, si diligitis eos, qui vos diligunt? Nonne et gentes idem faciunt?* Vos autem *diligite eos, qui oderunt vos,* neque habebitis inimicum. (4) *Abstine a carnalibus* et corporalibus *cupiditatibus.* Si quis tibi plagam intulerit *in dexteram maxillam, praebe illi et alteram,* et *eris perfectus;* si quis *angariaverit te mille passus, vade cum illo duo milia;* si quis sustulerit *pallium tuum,* da *ei et tunicam;* si quis abstulerit a te, *quod tuum est, ne repetas;* neque enim potes.

(5) Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου καὶ μὴ ἀπαίτει [cf Lc 6, 30]· πᾶσι γὰρ θέλει δίδοσθαι ὁ Πατὴρ ἐκ τῶν ἰδίων χαρισμάτων. Μακάριος ὁ διδοὺς κατὰ τὴν ἐντολήν [cf. Mt 5, 7]· ἀθῷος γάρ ἐστιν. Οὐαὶ τῷ λαμβάνοντι· εἰ μὲν γὰρ χρείαν ἔχων λαμβάνει τις, ἀθῷος ἔσται· εἰ δὲ μὴ χρείαν ἔχων, δώσει δίκην, ἱνατί ἔλαβε καὶ εἰς τί· ἐν συνοχῇ δὲ γενόμενος ἐξετασθήσεται περὶ ὧν ἔπραξε, καὶ οὐκ ἐξελεύσεται ἐκεῖθεν, μέχρις οὗ ἀποδῷ τὸν ἔσχατον κοδράντην [cf. Mt 5, 26]. (6) Ἀλλὰ καὶ περὶ τούτου δὲ εἴρηται· Ἱδρωσάτω ἡ ἐλεημοσύνη σου εἰς τὰς χεῖράς σου, μέχρις ἂν γνῷς, τίνι δῷς.

Patres Apostolici, ed. *Fr. Xav. Funk* 1 (Tubingae 1901, Laupp), 2 sqq.

## De ritu baptismi.

[Cap. 7.]

1 (1) Περὶ δὲ τοῦ βαπτίσματος, οὕτω βαπτίσατε· ταῦτα πάντα προειπόντες, βαπτίσατε «εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος» [Mt 28, 19] ἐν ὕδατι ζῶντι. (2) Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ὕδωρ ζῶν, εἰς ἄλλο ὕδωρ βάπτισον· εἰ δ' οὐ δύνασαι ἐν ψυχρῷ, ἐν θερμῷ. (3) Ἐὰν δὲ ἀμφότερα μὴ ἔχῃς, ἔκχεον εἰς τὴν κεφαλὴν τρὶς ὕδωρ «εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματος». (4) Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος προνηστευσάτω ὁ βαπτίζων καὶ ὁ βαπτιζόμενος καὶ εἴ τινες ἄλλοι δύνανται· κελεύεις δὲ νηστεῦσαι τὸν βαπτιζόμενον πρὸ μιᾶς ἢ δύο.

L. c. 1, 16 sqq.

---

(5) *Omni petenti te tribue neque repetas;* omnibus enim Pater vult tribui ex suis donis. Beatus, qui dat secundum mandatum; innocens enim est. Vae ei, qui accipit; etenim si quis indigens quidem accipit, innocens erit; qui autem non indigens accipit, rationem reddet, quare acceperit et ad quid; in vinculis constitutus inquiretur de eis, quae fecit, *neque exibit inde, donec reddiderit novissimum quadrantem.* (6) Sed de hac quoque re dictum est: Sudato eleemosyna tua in manibus tuis, donec cognoveris cui des.

1 (1) De baptismo autem, sic baptizate: haec omnia postquam antea dixistis, baptizate *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti* in aqua viva. (2) Sin autem non habes aquam vivam, in alia aqua baptiza; si non potes in frigida, in calida. (3) Sin autem neutram habes, effunde in caput ter aquam *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* (4) Ante baptismum ieiunato baptizans et baptizandus et si qui alii possunt; baptizandum autem iube ieiunare uno vel duobus diebus antea.

## Preces eucharisticae.

[Cap. 9—10.]

9. (1) Περὶ δὲ τῆς εὐχαριστίας, οὕτως εὐχαριστήσατε˙ 2
(2) πρῶτον περὶ τοῦ ποτηρίου˙ Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀμπέλου Δαυὶδ τοῦ παιδός σου, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου˙ σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας˙ (3) Περὶ δὲ τοῦ κλάσματος˙ Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ζωῆς καὶ γνώσεως, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου˙ σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. (4) Ὥσπερ ἦν τοῦτο τὸ κλάσμα διεσκορπισμένον ἐπάνω τῶν ὀρέων καὶ συναχθὲν ἐγένετο ἕν, οὕτω συναχθήτω σου ἡ Ἐκκλησία ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν˙ ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ἡ δύναμις διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας. (5) Μηδεὶς δὲ φαγέτω μηδὲ πιέτω ἀπὸ τῆς εὐχαριστίας ὑμῶν, ἀλλ᾽ οἱ βαπτισθέντες εἰς ὄνομα Κυρίου˙ καὶ γὰρ περὶ τούτου εἴρηκεν ὁ Κύριος˙ «Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί» [Mt 7, 6].

10. (1) Μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι οὕτως εὐχαριστήσατε˙ 3
(2) Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἅγιε, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, οὗ κατεσκήνωσας ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ πίστεως καὶ ἀθανασίας, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου˙ σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. (3) Σύ, Δέσποτα παντοκράτορ, «ἔκτισας τὰ πάντα»

---

(1) Quod ad gratiarum actionem attinet, sic gratias agite: 2
(2) Primum de calice: Gratias tibi agimus, Pater noster, pro sancta vite David pueri tui, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. (3) De pane fracto autem: Gratias tibi agimus, Pater noster, pro vita et scientia, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. (4) Sicut hic panis fractus dispersus erat supra montes et collectus factus est unus, ita colligatur Ecclesia tua a finibus terrae in regnum tuum; quoniam tua est gloria et virtus per Iesum Christum in saecula. (5) Nemo autem edat neve bibat de vestra gratiarum actione, nisi qui baptizati sunt in nomine Domini; de hoc etenim dixit Dominus: *Ne date sanctum canibus.*

(1) Postquam autem impleti estis, sic gratias agite: (2) Gra- 3
tias tibi agimus, Pater sancte, pro sancto nomine tuo, quod fecisti ut habitet in cordibus nostris, et pro scientia et fide et immortalitate, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. (3) Tu, Domine omnipotens,

[Sap 1, 14; Apc 4, 11] «ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου» [Ps 24, 11; 30, 4. Cf. Dt 26, 19], τροφήν τε καὶ ποτὸν ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπόλαυσιν, ἵνα σοι εὐχαριστήσωσιν, ἡμῖν δὲ ἐχαρίσω πνευματικὴν τροφὴν καὶ ποτὸν καὶ ζωὴν αἰώνιον διὰ τοῦ παιδός σου. (4) Πρὸ πάντων εὐχαριστοῦμέν σοι, «ὅτι δυνατὸς εἶ» [cf. Sap 11, 24; Ps 61, 12]· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. (5) Μνήσθητι, Κύριε, τῆς Ἐκκλησίας σου τοῦ ῥύσασθαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ τελειῶσαι αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου, καὶ σύναξον αὐτὴν «ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων» [Mt 24, 31], τὴν ἁγιασθεῖσαν, εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας αὐτῇ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. (6) Ἐλθέτω χάρις καὶ παρελθέτω ὁ κόσμος οὗτος. «Ὡσαννὰ τῷ Θεῷ Δαυίδ» [Mt 21, 9]. Εἴ τις ἅγιός ἐστιν, ἐρχέσθω· εἴ τις οὐκ ἔστι, μετανοείτω· «μαρὰν ἀθά» [1 Cor 16, 22]· ἀμήν. (7) Τοῖς δὲ προφήταις ἐπιτρέπετε εὐχαριστεῖν, ὅσα θέλουσιν.

L. c. 1, 20 sqq.

### De apostolis et prophetis.

[Cap. 11, 3—8.]

4 (3) Περὶ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, κατὰ τὸ δόγμα τοῦ Εὐαγγελίου [cf. Mt 10, 5 sqq; 7, 15 sqq] οὕτω ποιήσατε. (4) Πᾶς δὲ ἀπόστολος ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς δεχθήτω ὡς Κύριος· (5) οὐ μενεῖ δὲ εἰ μὴ ἡμέραν μίαν· ἐὰν δὲ ᾖ χρεία, καὶ τὴν ἄλλην· τρεῖς δὲ ἐὰν μείνῃ, ψευδοπροφήτης ἐστίν. (6) Ἐξερχόμενος δὲ ὁ ἀπόστολος μηδὲν λαμβανέτω

---

*creasti omnia propter nomen tuum,* et cibum potumque dedisti hominibus ad fruendum, ut tibi gratias agant, nobis autem largitus es spiritualem cibum et potum et vitam aeternam per puerum tuum. (4) Ante omnia gratias tibi agimus, *quod potens es;* gloria tibi in saecula. (5) Recordare, Domine, Ecclesiae tuae, ut eam liberes ab omni malo eamque perficias in caritate tua, et collige eam *a quattuor ventis* sanctificatam in regnum tuum, quod ei parasti, quoniam tua est virtus et gloria in saecula. (6) Adveniat gratia et praetereat mundus hic. *Hosanna Deo David.* Si quis sanctus est, accedat; si quis non est, paenitentiam agat. *Maran Atha.* Amen. (7) Prophetis vero permittite gratias agere, quantas volunt.

4 (3) Quod autem apostolos attinet et prophetas, secundum decretum Evangelii sic facite. (4) Omnis apostolus veniens ad vos suscipiatur sicut Dominus; (5) non autem manebit nisi unum diem; si vero opus est, et alterum; tres autem si maneat, pseudopropheta est. (6) Abiens vero apostolus nihil

εἰ μὴ ἄρτον, ἕως οὗ αὐλισθῇ· ἐὰν δὲ ἀργύριον αἰτῇ, ψευδοπροφήτης ἐστίν. (7) Καὶ πάντα προφήτην λαλοῦντα ἐν πνεύματι οὐ πειράσετε οὐδὲ διακρινεῖτε· «πᾶσα» γὰρ «ἁμαρτία ἀφεθήσεται», αὕτη δὲ ἡ ἁμαρτία «οὐκ ἀφεθήσεται» [Mt 12, 31]. (8) Οὐ πᾶς δὲ ὁ λαλῶν ἐν πνεύματι προφήτης ἐστίν, ἀλλ' ἐὰν ἔχῃ τοὺς τρόπους Κυρίου. Ἀπὸ οὖν τῶν τρόπων γνωσθήσεται ὁ ψευδοπροφήτης καὶ ὁ προφήτης.

L. c. 1, 26 sqq.

## De suscipiendis advenis.

[Cap. 12.]

(1) Πᾶς δὲ ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου [Mt 21, 9; 4[1]
Ps 117, 26] δεχθήτω· ἔπειτα δὲ δοκιμάσαντες αὐτὸν γνώσεσθε, σύνεσιν γὰρ ἕξετε, δεξιὰν καὶ ἀριστεράν. (2) Εἰ μὲν παρόδιός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, βοηθεῖτε αὐτῷ, ὅσον δύνασθε· οὐ μενεῖ δὲ πρὸς ὑμᾶς εἰ μὴ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἐὰν ᾖ ἀνάγκη. (3) Εἰ δὲ θέλει πρὸς ὑμᾶς καθίσαι, τεχνίτης ὤν, ἐργαζέσθω καὶ φαγέτω [cf. 2 Thess 3, 10]. (4) Εἰ δὲ οὐκ ἔχει τέχνην, κατὰ τὴν σύνεσιν ὑμῶν προνοήσατε, πῶς μὴ ἀργὸς μεθ' ὑμῶν ζήσεται Χριστιανός. (5) Εἰ δὲ οὐ θέλει οὕτω ποιεῖν, χριστέμπορός ἐστι· προσέχετε ἀπὸ τῶν τοιούτων.

L. c. 1, 30 sq.

## De sacrificio eucharistico in die Dominica.

[Cap. 14.]

(1) Κατὰ κυριακὴν δὲ Κυρίου συναχθέντες κλάσατε ἄρτον 5
καὶ εὐχαριστήσατε, προεξομολογησάμενοι τὰ παραπτώματα

---

accipiat nisi panem, donec devertat; si argentum poscit, pseudopropheta est. (7) Et omnem prophetam loquentem in spiritu non tentabitis neque discernetis; *omne* enim *peccatum remittetur*, hoc autem peccatum non *remittetur*. (8) Non omnis, qui loquitur in spiritu, propheta est, sed si habet mores Domini. Ex moribus igitur cognoscetur pseudopropheta et propheta.

(1) Omnis qui venit in nomine Domini suscipiatur; postea 4[1]
autem probantes eum cognoscetis, intellectum enim habebitis, dexteram et sinistram. (2) Si quidem transiens est, qui venit, adiuvate eum quantum potestis; non manebit autem apud vos nisi duos vel tres dies, si necessarium est. (3) Si vero apud vos considere vult et artifex est, laborato et edito. (4) Sin non habet artem, pro vestra prudentia curate, ne piger vobiscum vivat Christianus. (5) Quodsi non vult ita facere, a Christo lucrum quaerit; attendite a talibus.

(1) Die Dominica autem convenientes frangite panem et 5
gratias agite, postquam delicta vestra confessi estis, ut sit

ὑμῶν, ὅπως καθαρὰ ἡ θυσία ὑμῶν ᾖ. (2) Πᾶς δὲ ἔχων τὴν ἀμφιβολίαν μετὰ τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ μὴ συνελθέτω ὑμῖν, ἕως οὗ διαλλαγῶσιν [cf. Mt 5, 23 sq], ἵνα μὴ κοινωθῇ ἡ θυσία ὑμῶν. (3) Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ῥηθεῖσα ὑπὸ Κυρίου· «Ἐν παντὶ τόπῳ» καὶ χρόνῳ «προσφέρειν μοι θυσίαν καθαράν· ὅτι βασιλεὺς μέγας εἰμί, λέγει Κύριος, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι» [Mal 1, 11 14].

L. c. 1, 32 sq.

### De episcopis et diaconis.

[Cap. 15, 1—2.]

6 (1) Χειροτονήσατε οὖν ἑαυτοῖς ἐπισκόπους καὶ διακόνους ἀξίους τοῦ Κυρίου, ἄνδρας πραεῖς καὶ ἀφιλαργύρους καὶ ἀληθεῖς καὶ δεδοκιμασμένους· ὑμῖν γὰρ λειτουργοῦσι καὶ αὐτοὶ τὴν λειτουργίαν τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων. (2) Μὴ οὖν ὑπερίδητε αὐτούς· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ τετιμημένοι ὑμῶν μετὰ τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων.

L. c. 1, 32 sqq.

## FLAVIUS IOSEPHUS circa 37—105.

### De Iesu Christo.

[Antiquitates (finitae circa 93) 18, 3, 3.] [1]

7 (1) Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνήρ, εἴ γε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. (2) Ἦν γὰρ παρα-

---

mundum sacrificium vestrum. (2) Omnis vero, cui est controversia cum socio suo, ne conveniat vobiscum, donec reconciliati sunt, ne inquinetur sacrificium vestrum. (3) Hoc enim est dictum a Domino: *In omni loco* et tempore *offeratur mihi sacrificium mundum, quoniam rex magnus sum, dicit Dominus, et nomen meum mirabile in gentibus.*

6 (1) Eligite igitur vobis episcopos et diaconos dignos Domino, viros mansuetos et argenti non cupidos et veraces et probatos; vobis enim ministrant et ipsi ministerium prophetarum et doctorum. (2) Ne igitur contemnatis eos; ipsi enim sunt honorati inter vos cum prophetis et doctoribus.

7 (1) Eo etiam tempore fuit Iesus, vir sapiens, si tamen virum eum appellare fas est. (2) Fuit enim mirabilium operum

---

[1] Hoc caput, quamvis in omnibus codicibus manuscriptis inveniatur, ex rationibus intrinsecis *B. Niese* totum, alii quoad partes supernaturalitatem olentes, ut spurium sive a Christianis interpolatum reiciunt. Defensores et genuinitatis et interpolationis textus vide apud H. Windisch, Das Problem der Geschichtlichkeit Jesu, Theologische Rundschau (Tübingen) NF 1, 1929, 276—284.

δόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων· καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. (3) Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. (4) Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵ γε πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. (5) Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. (6) Εἰσέτι τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

Ed. *G. Dindorf* 1 (Paris. 1845, Firmin Didot), 699. *B. Niese* 4 (Berolini 1890, Weidmann), 151 sq.

## De Ioanne Baptista.

[Ib. 18, 5, 2.]

(1) Τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἡρώδου 8
στρατὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Βαπτιστοῦ. (2) Κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης, ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοὺς Ἰουδαίους κελεύοντα, ἀρετὴν ἐπασκοῦντας καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένους, βαπτισμῷ συνιέναι· οὕτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι, μὴ ἐπί τινων ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης. (3) Καὶ τῶν ἄλλων συστρεφο-

---

effector, magister hominum qui verum cum voluptate accipiunt; multosque Iudaeos, multos item Gentiles ad se pellexit. (3) Hic erat Christus. (4) Quem cum Pilatus, ab hominum nostrorum primis delatum, crucis supplicio addixisset, eum tamen amare non desierunt, qui primum amaverant. (5) Apparuit enim iis tertio die redivivus, divinis vatibus et haec et mille alia de eo miranda effatis. (6) Atque ab eo denominata Christianorum natio durat usque ad hunc diem.

(1) Erant autem quidam ex Iudaeis qui existimarent Dei 8
ira periisse exercitum Herodis, qui iustas ob interfectum Ioannem, cognomento Baptistam, poenas daret. (2) Hunc enim Herodes necari iusserat, cum esset vir bonus, Iudaeosque ad virtutis studium excitaret, praecipiens ut iuste quidem inter se, erga Deum autem pie agentes ad lavacrum accederent: Deo enim ita acceptum iri lavacrum, cum eo non ad expiationem criminum uterentur, sed ad corporis munditiem, utpote mentibus iam ante per iustitiam purificatis. (3) Cumque

μένων (καὶ γὰρ ἤρθησαν[1] ἐπὶ πλεῖστον τῇ ἀκροάσει τῶν λόγων) δείσας Ἡρώδης τὸ ἐπὶ τοσόνδε πιθανὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις μὴ ἐπὶ ἀποστάσει τινὶ φέροι (πάντα γὰρ ἐῴκεσαν συμβουλῇ τῇ ἐκείνου πράξοντες), πολὺ κρεῖττον ἡγεῖται, πρίν τι νεώτερον ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι, προλαβὼν ἀναιρεῖν ἢ[2] μεταβολῆς γενομένης εἰς τὰ πράγματα ἐμπεσὼν μετανοεῖν. (4) Καὶ ὁ μὲν ὑποψίᾳ τῇ Ἡρώδου δέσμιος εἰς τὸν Μαχαιροῦντα πεμφθείς, τὸ προειρημένον φρούριον, ταύτῃ κτίννυται· τοῖς δὲ Ἰουδαίοις δόξαν ἐπὶ τιμωρίᾳ τῇ ἐκείνου τὸν ὄλεθρον ἐπὶ τῷ στρατεύματι γενέσθαι, τοῦ Θεοῦ κακῶς Ἡρώδῃ[3] θέλοντος.

L. c. 1, 704 sq, resp. 4, 161 sq.

## De Iacobo fratre Iesu Christi.

[Ib. 20, 9, 1, v. 4—6.]

9 (4) Ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην ἔφαμεν παρειληφέναι, θρασὺς ἦν τὸν τρόπον καὶ τολμητὴς διαφερόντως, αἵρεσιν δὲ μετῄει τὴν Σαδδουκαίων, οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. (5) Ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος ὢν ὁ Ἄνανος, νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι

---

multi ad eum undique confluerunt (huiusmodi enim sermonibus mirum in modum erecti erant), Herodes veritus ne tanta hominis auctoritas subditos ad defectionem impelleret (videbantur enim omnia de consilio eius facturi esse), satius esse duxit, priusquam novi aliquid ex illo oriretur, illum e medio tollere, quam ut, mutatione rerum facta, ipsum in discrimen adductum paeniteret. (4) Atque ille quidem ob hanc Herodis suspicionem in vincula coniectus, missusque ad castellum Machaeruntem, cuius supra meminimus, ibidem caesus est: Iudaei vero persuasum habebant in ultionem necis eius deletum esse exercitum, Deo propterea Herodi infenso.

9 (4) Interea Ananus iunior, quem pontificatum accepisse iam diximus, ferox erat ingenio et insigniter audax; sectam etiam Sadducaeorum sequebatur, qui prae ceteris Iudaeis in iudiciis sunt acerbi et immites, quemadmodum antea indicavimus. (5) Talis igitur cum esset Ananus, opportunum sibi tempus adesse ratus, eo quod Festus quidem vita ces-

---

[1] *Niese:* ἥσθησαν. [2] *Niese:* ἀνελεῖν τοῦ.
[3] *Niese:* κακῶσαι Ἡρώδην.

μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν, καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους. (6) Ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ· καὶ πέμπουσι πρὸς τὸν βασιλέα κρύφα παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν· μηδὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι.

L. c. 1, 786, resp. 4, 309 sq.

## CLEMENS ROMANUS scripsit circa 96.

### De sollicitudine Ecclesiae Romanae.

[Epistula ad Corinthios: Inscriptio et 1, 1.]

Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, ἡ παροικοῦσα Ῥώμην, τῇ Ἐκκλησίᾳ 10°*
τοῦ Θεοῦ, τῇ παροικούσῃ Κόρινθον, κλητοῖς ἡγιασμένοις ἐν θελήματι Θεοῦ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντοκράτορος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

1. (1) Διὰ τὰς αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ περιπτώσεις, ἀδελφοί, βράδιον νομίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιῆσθαι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων παρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοί, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ ξένης τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως, ἣν ὀλίγα

---

sisset, Albinus vero adhuc in itinere esset, concilium iudicum cogit; inductoque in iudicium fratre Iesu qui dicitur Christus, Iacobus ei nomen, et cum eo quibusdam aliis, in eos ut legis violatae reos cum accusationem instituisset, lapidandos tradidit. (6) Sed quicumque inter cives modestissimi legisque observandae studiosissimi habebantur, graviter hoc tulerunt: atque clam legatos ad regem mittunt, hortantes ut Ananum per litteras monere vellet, ne quid deinceps simile moliretur; neque enim prius illud recte ab eo factum fuisse.

Ecclesia Dei, quae peregrinatur Romae, Ecclesiae Dei, quae 10°
peregrinatur Corinthi, vocatis sanctificatis voluntate divina per Dominum nostrum Iesum Christum. Gratia vobis et pax ab omnipotente Deo per Iesum Christum multiplicetur.

1. (1) Propter subitas et sibi invicem succedentes calamitates et casus adversos, qui nobis acciderunt, tardius, fratres, nosmetipsos convertisse existimamus ad res, quae desiderantur apud vos, dilecti, et ad seditionem impiam ac detestandam,

πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον ὄνομα ὑμῶν μεγάλως βλασφημηθῆναι.

Patres Apostolici, ed. *Fr. Xav. Funk* 1, 98 sq.

### De ss. apostolis Petro et Paulo et de persecutione Neronis.

[Ib. 5—6.]

10 5. (1) Ἀλλ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. (2) Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον οἱ μέγιστοι καὶ δικαιότατοι στῦλοι ἐδιώχθησαν καὶ ἕως θανάτου ἤθλησαν. (3) Λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους. (4) Πέτρον, ὃς διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ ἕνα οὐδὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας ὑπήνεγκεν πόνους καὶ οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. (5) Διὰ ζῆλον καὶ ἔριν Παῦλος ὑπομονῆς βραβεῖον ἔδειξεν, (6) ἑπτάκις δεσμὰ φορέσας, φυγαδευθείς, λιθασθείς, κῆρυξ γενόμενος ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει, τὸ γενναῖον τῆς πίστεως αὐτοῦ κλέος ἔλαβεν, (7) δικαιοσύνην διδάξας ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν καὶ μαρτυρήσας ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, οὕτως ἀπηλλάγη τοῦ κόσμου καὶ εἰς τὸν ἅγιον τόπον ἐπορεύθη, ὑπομονῆς γενόμενος μέγιστος ὑπογραμμός.

---

Dei electis peregrinam et alienam, quam pauci homines temerarii et audaces in tantum insolentiae accenderunt, ut honorificum et illustre et omnibus amabile nomen vestrum vehementer blasphemaretur.

10 5. (1) Sed ut vetera exempla relinquamus, ad proximos athletas veniamus; saeculi nostri generosa exempla proponamus. (2) Propter zelum et invidiam, qui maximae et iustissimae columnae erant, persecutionem passi sunt et usque ad mortem certaverunt. (3) Ponamus nobis ante oculos bonos apostolos: (4) Petrum, qui propter zelum iniquum non unum aut alterum, sed plures labores sustinuit atque ita testimonio perhibito in debitum gloriae locum discessit. (5) Propter zelum et contentionem Paulus patientiae praemium exhibuit, (6) septies in vincula coniectus, fugatus, lapidatus, in oriente ac occidente verbi praeco factus, illustrem fidei suae famam sortitus est, (7) qui, postquam mundum universum iustitiam docuit et ad occidentis terminos venit et coram praefectis testimonium perhibuit, sic e mundo migravit et in locum sanctum abiit, summum patientiae exemplar exsistens.

6. (1) Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ὁσίως πολιτευσαμένοις 11
συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλαῖς αἰκίαις καὶ βασάνοις διὰ ζῆλος παθόντες ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο ἐν ἡμῖν. (2) Διὰ ζῆλος διωχθεῖσαι γυναῖκες Δαναΐδες καὶ Δίρκαι, αἰκίσματα δεινὰ καὶ ἀνόσια παθοῦσαι, ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως βέβαιον δρόμον κατήντησαν καὶ ἔλαβον γέρας γενναῖον αἱ ἀσθενεῖς τῷ σώματι. (3) Ζῆλος ἀπηλλοτρίωσεν γαμετὰς ἀνδρῶν καὶ ἠλλοίωσεν τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀδάμ· «Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου» [Gn 2, 23]. (4) Ζῆλος καὶ ἔρις πόλεις μεγάλας κατέστρεψεν καὶ ἔθνη μεγάλα ἐξερίζωσεν.

Patres Apostolici, ed. *Funk* 1 (1901), 104 sqq.

## De «missione» Christi, apostolorum et episcoporum.

[Ib. 42 ad 43, 1]

(1) Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ Κυρίου 12
Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξεπέμφθη. (2) Ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεοῦ. (3) Παραγγελίας οὖν λαβόντες καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πιστωθέντες ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφορίας Πνεύματος Ἁγίου ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι, τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. (4) Κατὰ χώρας οὖν

---

6. (1) Viris istis sancte vitam instituentibus magna electo- 11
rum multitudo aggregata est, qui suppliciis multis et tormentis, propter zelum passi, exemplar optimum inter nos exstiterunt. (2) Propter zelum persecutionem passae mulieres Danaides et Dircae, postquam gravia et nefanda supplicia sustinuerunt, ad firmum fidei cursum pertigerunt et debiles corpore nobile praemium acceperunt. (3) Zelus uxorum animos a maritis abalienavit et dictum patris nostri Adam mutavit: *Hoc iam os ex ossibus meis et caro ex carne mea.* (4) Zelus et contentio urbes magnas evertit et gentes numerosas funditus delevit.

(1) Apostoli nobis Evangelii praedicatores facti sunt a Domino 12
Iesu Christo, Iesus Christus missus est a Deo. (2) Christus igitur a Deo et apostoli a Christo; et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei. (3) Itaque acceptis mandatis et per resurrectionem Domini nostri Iesu Christi plena certitudine imbuti Deique verbo confirmati, cum certa Spiritus Sancti fiducia egressi sunt annuntiantes regni Dei adventum. (4) Per

καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. (5) Καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων. Οὕτως γάρ που λέγει ἡ Γραφή· «Καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει» [cf. Is 60, 17].

12[1] 43. (1) Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ πιστευθέντες παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο κατέστησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ [Num 12, 7; Hebr 3, 5] Μωϋσῆς τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις.

L. c. 1, 152 sq.

## De electione episcoporum.

[Ib. 44.]

13 (1) Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. (2) Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως, ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. (3) Τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ' ἐκείνων ἢ μεταξὺ ὑφ'

---

regiones igitur et urbes verbum praedicantes primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum, qui credituri erant. (5) Neque hoc quidem novum institutum fuit; multis enim retro saeculis de episcopis et diaconis scriptum est. Sic enim alicubi dicit Scriptura: *Constituam episcopos eorum in iustitia et diaconos eorum in fide.*

12[1] 43. (1) Et quid mirum, eos, quibus in Christo a Deo hoc munus commissum fuit, praedictos constituisse? cum beatus Moyses, *fidelis servus in universa domo,* omnia, quae ipsi mandata erant, in sacris libris notaverit; quem et ceteri prophetae secuti sunt, iis pariter testimonium perhibentes, quae ab ipso sancita erant.

13 (1) Apostoli quoque nostri per Iesum Christum Dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine episcopatus oborituram. (2) Ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt praedictos ac deinceps ordinationem dederunt, ut, cum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent. (3) Itaque qui constituti sunt ab illis vel

ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν συνευδοκησάσης τῆς Ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως, μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβάλλεσθαι τῆς λειτουργίας. (4) Ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκόντας τὰ δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. (5) Μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται, μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου. (6) Ὁρῶμεν γάρ, ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομένους ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.

L. c. 1, 154 sqq.

## Oratio universalis.

[Ib. 59, 4 ad 61, 3.]

59. (4) Ἀξιοῦμέν σε, Δέσποτα, «βοηθὸν γενέσθαι καὶ 14
ἀντιλήπτορα» [Ps 118, 114; cf. Idt 9, 11] ἡμῶν. Τοὺς ἐν θλίψει ἡμῶν σῶσον, τοὺς ταπεινοὺς ἐλέησον, τοὺς πεπτωκότας ἔγειρον, τοῖς δεομένοις ἐπιφάνηθι, τοὺς ἀσθενεῖς ἴασαι, τοὺς πλανωμένους τοῦ λαοῦ σου ἐπίστρεψον· χόρτασον τοὺς πεινῶντας, λύτρωσαι τοὺς δεσμίους ἡμῶν, ἐξανάστησον τοὺς ἀσθενοῦντας, παρακάλεσον τοὺς ὀλιγοψυχοῦντας· «γνώτωσάν σε ἅπαντα τὰ ἔθνη, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς μόνος» [4 Rg 19, 19] καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ παῖς σου καὶ «ἡμεῖς λαός σου καὶ πρόβατα τῆς νομῆς σου» [Ps 78, 13].

---

deinceps ab aliis viris eximiis consentiente universa Ecclesia, quique inculpate gregi Christi deservierunt cum humilitate, quiete nec illiberaliter, et longo tempore ab omnibus testimonium praeclarum reportarunt, hos iudicamus munere suo non iuste deici. (4) Non enim leve erit peccatum nostrum, si eos, qui sancte et sine reprehensione munera obtulerunt, episcopatu eicimus. (5) Beati presbyteri viam prius emensi, qui fructuosam perfectamque dissolutionem consecuti sunt; non enim verentur, ne quis eos transferat de loco ipsis constituto. (6) Videmus enim, vos nonnullos honeste viventes ab officio, quod inculpate honoraverant, removisse.

59. (4) Rogamus te, Domine, ut sis *adiutor et auxiliator* 14
noster. Eos nostrum qui in tribulatione sunt libera, humilium miserere, lapsos eleva, inopibus occurre, infirmos sana, errantes populi tui converte; nutri esurientes, solve captivos nostros, erige imbecillos, consolare pusillanimes; *cognoscant te omnes gentes, quod tu es Deus solus* et Iesus Christus puer tuus ac *nos populus tuus et oves pascuae tuae.*

15 60. (1) Σὺ γὰρ τὴν ἀέναον τοῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῶν ἐνεργουμένων ἐφανεροποίησας· σύ, Κύριε, τὴν οἰκουμένην ἔκτισας, ὁ πιστὸς ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς, δίκαιος ἐν τοῖς κρίμασιν, θαυμαστὸς ἐν ἰσχύϊ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ, ὁ σοφὸς ἐν τῷ κτίζειν καὶ συνετὸς ἐν τῷ τὰ γενόμενα ἑδράσαι, ὁ ἀγαθὸς ἐν τοῖς ὁρωμένοις καὶ πιστὸς ἐν τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ σέ, «ἐλεῆμον καὶ οἰκτίρμον» [Ioel 2, 13], ἄφες ἡμῖν τὰς ἀνομίας ἡμῶν καὶ τὰς ἀδικίας καὶ τὰ παραπτώματα καὶ πλημμελείας. (2) Μὴ λογίσῃ πᾶσαν ἁμαρτίαν δούλων σου καὶ παιδισκῶν, ἀλλὰ καθάρισον ἡμᾶς τὸν καθαρισμὸν τῆς σῆς ἀληθείας, καὶ «κατεύθυνον τὰ διαβήματα ἡμῶν ἐν ὁσιότητι καρδίας πορεύεσθαι καὶ ποιεῖν τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιόν σου» [cf. Ps 118, 133; 3 Rg 9, 4; Dt 12, 25] καὶ ἐνώπιον τῶν ἀρχόντων ἡμῶν. (3) Ναί, Δέσποτα, «ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐφ' ἡμᾶς εἰς ἀγαθὰ ἐν εἰρήνῃ» [cf. Ps 79, 4], εἰς τὸ σκεπασθῆναι ἡμᾶς τῇ χειρί σου τῇ κραταιᾷ καὶ ῥυσθῆναι ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας τῷ βραχίονί σου τῷ ὑψηλῷ, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν μισούντων ἡμᾶς ἀδίκως. (4) Δὸς ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην ἡμῖν τε καὶ πᾶσιν τοῖς κατοικοῦσιν τὴν γῆν, καθὼς ἔδωκας τοῖς πατράσιν ἡμῶν, ἐπικαλουμένων σε αὐτῶν ὁσίως «ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ» [cf. 1 Tim 2, 7], ὑπηκόους γινομένους τῷ παντοκράτορι καὶ παναρέτῳ ὀνόματί σου, τοῖς τε ἄρχουσιν καὶ ἡγουμένοις ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

---

15 60. (1) Tu enim perennem mundi constitutionem per effectus manifestasti; tu, Domine, orbem terrae fundasti, fidelis in omnibus generationibus, iustus in iudiciis, admirabilis in fortitudine et magnificentia, sapiens in condendo et prudens in creatis stabiliendis, bonus in iis quae videntur, et fidelis in eos qui in te confidunt, *benignus et misericors*, dimitte nobis iniquitates et iniustitias et peccata et delicta nostra. (2) Ne imputes omne peccatum servorum tuorum et servarum, sed purifica nos in veritate tua et *dirige gressus nostros, ut in pietate cordis ambulemus et agamus, quae bona et beneplacita sunt coram te* ac coram principibus nostris. (3) Immo, Domine, *ostende faciem tuam super nos, ut bonis fruamur in pace*, ut tegamur manu tua potenti et ab omni peccato liberemur brachio tuo excelso, ac libera nos ab iis, qui nos oderunt iniuste. (4) Da concordiam ac pacem et nobis et omnibus habitantibus terram, sicut dedisti patribus nostris, pie te invocantibus *in fide et veritate*, qui oboedientes sumus nomini tuo omnipotenti omnique virtute pleno, et principibus et praefectis nostris in terra.

61. (1) Σύ, Δέσποτα, ἔδωκας τὴν ἐξουσίαν τῆς βασι- 16
λείας αὐτοῖς διὰ τοῦ μεγαλοπρεποῦς καὶ ἀνεκδιηγήτου κράτους
σου, εἰς τὸ γινώσκοντας ἡμᾶς τὴν ὑπὸ σοῦ αὐτοῖς δεδομένην
δόξαν καὶ τιμὴν ὑποτάσσεσθαι αὐτοῖς, μηδὲν ἐναντιουμένους
τῷ θελήματί σου· οἷς δός, Κύριε, ὑγίειαν, εἰρήνην, ὁμόνοιαν,
εὐστάθειαν, εἰς τὸ διέπειν αὐτοὺς τὴν ὑπὸ σοῦ δεδομένην αὐτοῖς
ἡγεμονίαν ἀπροσκόπως. (2) Σὺ γάρ, Δέσποτα, ἐπουράνιε
βασιλεῦ τῶν αἰώνων, δίδως τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων δόξαν
καὶ τιμὴν καὶ ἐξουσίαν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὑπαρχόντων· σύ, Κύριε,
διεύθυνον τὴν βουλὴν αὐτῶν κατὰ «τὸ καλὸν καὶ εὐάρεστον
ἐνώπιόν σου» [Dt 12, 28], ὅπως διέποντες ἐν εἰρήνῃ καὶ
πραΰτητι εὐσεβῶς τὴν ὑπὸ σοῦ αὐτοῖς δεδομένην ἐξουσίαν
ἵλεώ σου τυγχάνωσιν. (3) Ὁ μόνος δυνατὸς ποιῆσαι ταῦτα καὶ
περισσότερα ἀγαθὰ μεθ' ἡμῶν, σοὶ ἐξομολογούμεθα διὰ τοῦ
ἀρχιερέως καὶ προστάτου τῶν ψυχῶν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοι ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλωσύνη καὶ νῦν καὶ
εἰς γενεὰν γενεῶν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

L. c. 1, 176 sqq.

*Locos de Primatu et de Hierarchia Statuque laicali v. D 41 sq.* 16 a

## IGNATIUS ANTIOCHENUS scripsit circa 107.

### De Eucharistia (a) carne Christi passa, (b) pharmaco immortalitatis, (c) medio unitatis.

a. [Epistula ad Smyrnaeos 7.]

(1) Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται [scil. αἱρετικοί], 17*
διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν Εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ

---

61. (1) Tu, Domine, dedisti iis potestatem regni per magni- 16
ficam et inenarrabilem virtutem tuam, ut cognoscentes
gloriam et honorem, quem tu iis tribuisti, nos subiciamus
ipsis, voluntati tuae non adversantes; quibus da, Domine,
sanitatem, pacem, concordiam, firmitatem, ut imperium, quod
tu iis dedisti, sine offendiculo administrent. (2) Tu enim, Domine, caelestis rex saeculorum, filiis hominum das gloriam et
honorem et potestatem eorum, quae in terra sunt; tu, Domine, dirige consilium eorum secundum id, *quod bonum et
beneplacitum est in conspectu tuo,* ut potestatem a te datam in
pace et mansuetudine pie administrantes propitium te habeant.
(3) Qui solus haec et plura bona nobiscum agere potes, tibi confitemur per pontificem et patronum animarum nostrarum Iesum
Christum, per quem tibi gloria et maiestas et nunc et in
generationem generationum et in saecula saeculorum. Amen.

(1) Ab Eucharistia et oratione abstinent [scil. haeretici], eo 17
quod non confitentur Eucharistiam carnem esse Salvatoris

Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ Πατὴρ ἤγειρεν. Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν. Συνέφερεν δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾶν, ἵνα καὶ ἀναστῶσιν. (2) Πρέπον οὖν ἐστιν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων καὶ μήτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν μήτε κοινῇ, προσέχειν δὲ τοῖς προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται καὶ ἡ ἀνάστασις τετελείωται. Τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε ὡς ἀρχὴν κακῶν.

Patres Apostolici, ed. *Funk* 1 (1901), 280 sqq.

b. [Epistula ad Ephesios 20.]

18 (1) Ἐάν με καταξιώσῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν καὶ θέλημα ᾖ, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ, ὃ μέλλω γράφειν ὑμῖν, προσδηλώσω ὑμῖν, ἧς ἠρξάμην οἰκονομίας εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον Ἰησοῦν Χριστόν, ἐν τῇ αὐτοῦ πίστει καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀγάπῃ, ἐν πάθει αὐτοῦ καὶ ἀναστάσει· (2) μάλιστα ἐὰν ὁ Κύριός μοι ἀποκαλύψῃ, ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαυίδ, τῷ υἱῷ ἀνθρώπου καὶ Υἱῷ Θεοῦ, εἰς τὸ ὑπακούειν ὑμᾶς τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ, ἕνα ἄρτον κλῶντες, ὅς ἐστιν φάρμακον ἀθανασίας,

---

nostri Iesu Christi, quae pro peccatis nostris passa est quamque Pater benignitate sua resuscitavit. Qui ergo contradicunt dono Dei, altercantes moriuntur. Utile autem esset illis diligere, ut et resurgerent. (2) Decet itaque abstinere a talibus neque in privato neque in communi colloquio de illis verba facere, attendere autem prophetis, praecipue autem Evangelio, in quo passio nobis ostensa et resurrectio perfecte demonstrata est. Divisiones autem fugite ut principium malorum.

18 (1) Si me dignatus fuerit Iesus Christus propter orationem vestram et voluntas sit, in secundo libello, quem scripturus sum vobis, persequar quam incepi expositionem de novo homine Iesu Christo et dicam de eius fide et de eius caritate, de passione ipsius et resurrectione; (2) maxime si Dominus mihi revelaverit, quod vos ad unum omnes nominatim convenitis in una fide et in uno Iesu Christo, qui secundum carnem est ex genere David, qui est filius hominis et Filius Dei, ut oboediatis episcopo et presbyterio mente indivulsa, frangentes panem unum, qui pharmacum immorta-

ἀντίδοτος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διαπαντός.

L. c. 1, 228 sqq.

c. [Epistula ad Philadelphinos 4.]

Σπουδάσατε οὖν μιᾷ Εὐχαριστίᾳ χρῆσθαι· μία γὰρ σὰρξ 19
τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ, ἓν θυσιαστήριον, ὡς εἷς ἐπίσκοπος ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις, τοῖς συνδούλοις μου· ἵνα, ὃ ἐὰν πράσσητε, κατὰ Θεὸν πράσσητε.

L. c. 1, 266 sq.

## De unitate universalis Ecclesiae per episcopos.

[Epistula ad Ephesios 3 ad 4, 1.]

3. (1) Οὐ διατάσσομαι ὑμῖν ὡς ὤν τις. Εἰ γὰρ καὶ 19[1]
δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις μου. Ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ, μακροθυμίᾳ. (2) Ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς, ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστός, τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, τοῦ Πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ κατὰ τὰ πέρατα ὁρισθέντες, ἐν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ εἰσίν.

---

litatis est, antidotum, ut non moriamur, sed vivamus semper in Iesu Christo.

Studeatis igitur una Eucharistia uti; una enim est caro Do- 19
mini nostri Iesu Christi et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus cum presbyterio et diaconis, conservis meis; ut, quod faciatis, secundum Deum faciatis.

3. (1) Non praecipio vobis, quasi sim aliquis. Etiamsi 19[1]
enim vinctus sum propter nomen Christi, nondum tamen perfectus sum in Christo. Nunc enim incipio discipulus esse et alloquor vos ut condiscipulos meos. Nam oportebat me a vobis confirmari fide, admonitione, patientia, aequanimitate. (2) At cum caritas non sinat me tacere pro vobis, propterea anteverti vos admonere, ut uniamini in sententia Dei. Etenim Iesus Christus, inseparabilis vita nostra, sententia Patris est, ut et episcopi, per tractus terrae constituti, in sententia Christi sunt.

4. (1) Ὅθεν πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. Τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ Θεοῦ ἄξιον, οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ᾄδεται.

L. c. 1, 216 sq.

## De auctoritate episcopi, de presbyteris et diaconis.

a. [Epistula ad Magnesios 6]

20 (1) Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα ἐν πίστει καὶ ἠγάπησα, παραινῶ, ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπουδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων τῶν ἐμοὶ γλυκυτάτων πεπιστευμένων διακονίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ Πατρὶ ἦν καὶ ἐν τέλει ἐφάνη. (2) Πάντες οὖν ὁμοήθειαν Θεοῦ λαβόντες ἐντρέπεσθε ἀλλήλους καὶ μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω τὸν πλησίον, ἀλλ' ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ ἀλλήλους διαπαντὸς ἀγαπᾶτε. (3) Μηδὲν ἔστω ἐν ὑμῖν, ὃ δυνήσεται ὑμᾶς μερίσαι, ἀλλ' ἑνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς προκαθημένοις εἰς τύπον καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας.

L. c. 1, 234 sq.

b. [Epistula ad Smyrnaeos 8.]

21 (1) Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρί, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀπο-

---

4. (1) Unde decet vos in episcopi sententiam concurrere, quod et facitis. Nam memorabile vestrum presbyterium, dignum Deo, ita coaptatum est episcopo, ut chordae citharae. Propter hoc in consensu vestro et concordi caritate Iesus Christus canitur.

20 (1) Cum itaque in personis supra dictis omnem multitudinem in fide conspexissem ac dilexissem, hortor, ut in concordia Dei omnia peragere studeatis, episcopo praesidente loco Dei et prebyteris loco senatus apostolici, et diaconis mihi suavissimis concreditum habentibus ministerium Iesu Christi, qui ante saecula apud Patrem erat et in fine apparuit. (2) Omnes igitur, acceptis iisdem divinis moribus, vos mutuo revereamini et nemo secundum carnem spectet proximum, sed in Iesu Christo vos invicem semper diligatis. (3) Nihil sit in vobis, quod possit vos dirimere, sed uniamini episcopo et iis qui praesident in exemplum et doctrinam incorruptam.

21 (1) Omnes episcopo obtemperate, ut Iesus Christus Patri, et presbyterio ut apostolis; diaconos autem revereamini

στόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε ὡς Θεοῦ ἐντολήν. (2) Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία Εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ ἐπίσκοπον οὖσα ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. (3) Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω, ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία. (4) Οὐκ ἐξόν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν, ὃ πράσσεται.

L. c. 1, 282 sq.

c. [Epistula ad Polycarpum 6, 1.]

Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ὑμῖν. Ἀντίψυχον 22
ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις· καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο σχεῖν ἐν Θεῷ.

L. c. 1, 292 sq.

## Regula fidei.

a. [Epistula ad Trallianos 9.]

(1) Κωφώθητε οὖν, ὅταν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ 23
λαλῇ τις, τοῦ ἐκ γένους Δαυίδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν, βλεπόντων τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ ὑποχθονίων·

---

ut Dei mandatum. (2) Separatim ab episcopo nemo quidquam faciat eorum, quae ad Ecclesiam spectant. Valida Eucharistia habeatur illa, quae sub episcopo peragitur vel sub eo, cui ipse concesserit. (3) Ubi comparuerit episcopus, ibi et multitudo sit, quemadmodum, ubi fuerit Christus Iesus, ibi catholica est Ecclesia. (4) Non licet invito episcopo neque baptizare neque agapen celebrare; sed quodcumque ille probaverit, hoc et Deo est beneplacitum, ut firmum et validum sit omne, quod peragitur.

Episcopo attendite, ut et Deus vobis attendat. Paratus 22
sum animam meam ponere pro iis, qui subditi sunt episcopo, presbyteris, diaconis; et utinam mihi contingat, cum iis partem habere in Deo.

(1) Obturate igitur aures vestras, cum vobis quispiam lo- 23
quitur sine Iesu Christo, qui ex genere David, qui ex Maria, qui vere natus est, edit et bibit, vere persecutionem passus est sub Pontio Pilato, vere crucifixus et mortuus est, videntibus caelestibus et terrestribus et subterraneis;

(2) ὃς καὶ ἀληθῶς ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν, ἐγείραντος αὐτὸν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ οὕτως ἐγερεῖ, ὁ Πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὗ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν οὐκ ἔχομεν.

L. c. 1, 248 sq.

b. [Epistula ad Smyrnaeos 1.]

24 (1) Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκί τε καὶ πνεύματι καὶ ἡδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, πεπληροφορημένους εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα «ἐκ γένους Δαυὶδ κατὰ σάρκα» [Rom 1, 3], Υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ Παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα «πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη» ὑπ' αὐτοῦ [Mt 3, 15]· (2) ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί (ἀφ' οὗ καρποῦ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ θεομακαρίστου αὐτοῦ πάθους), ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ.

L. c 1, 274 sqq.

24 a *Omnes fontes, ex quibus hauriri potest pro Regula fidei primitiva cognoscenda, enumeravit D 1 sqq.*

---

(2) qui et vere resurrexit a mortuis, resuscitante ipsum Patre ipsius, qui ad eius similitudinem et nos ei credentes ita resuscitabit, Pater eius in Christo Iesu, sine quo veram vitam non habemus.

24 (1) Glorifico Iesum Christum Deum, qui vos adeo sapientes reddidit; observavi enim perfectos vos esse in fide immobili, ut clavis affixos cruci Domini Iesu Christi quoad carnem et animam et stabilitos in caritate per sanguinem Christi, plena firmaque fide credentes in Dominum nostrum vere oriundum *ex genere David secundum carnem,* Filium Dei secundum voluntatem et potentiam Dei, natum vere ex Virgine, baptizatum a Ioanne, ut *impleretur ab eo omnis iustitia;* (2) vere sub Pontio Pilato et Herode tetrarcha clavis confixum pro nobis in carne (ex cuius fructu nos sumus, e divina beata passione eius), ut per resurrectionem suam in saecula elevet vexillum pro sanctis et fidelibus suis, sive in Iudaeis sive in gentibus, in uno corpore Ecclesiae suae.

## De eminentia Romanae Ecclesiae.

[Epistula ad Romanos. Prooemium.]

(1) Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἠλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι Πατρὸς ὑψίστου καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου Υἱοῦ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένῃ καὶ πεφωτισμένῃ ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἅ ἔστιν, κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, (2) ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπής, ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιοεπίτευκτος, ἀξιόαγνος καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, χριστόνομος, πατρώνυμος, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, Υἱοῦ Πατρός (3) κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἡνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος Θεοῦ ἀδιακρίτως καὶ ἀποδιϋλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ Θεῷ ἡμῶν, ἀμώμως χαίρειν. 25

L. c. 1, 252 sq.

## De commoratione Romana ss. Petri et Pauli.

[Ib. 4, 3.]

Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν. Ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος. Ἀλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος γενήσομαι Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. Νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν. 26

L. c. 1, 256 sq.

---

(1) Ignatius, qui et Theophorus, Ecclesiae misericordiam consecutae in magnificentia Patris altissimi et Iesu Christi, Filii eius unici; Ecclesiae dilectae et illuminatae voluntate eius, qui vult omnia, quae sunt, secundum caritatem Iesu Christi, Dei nostri, (2) quae etiam praesidet in loco regionis Romanorum, digna Deo, digna decore, digna quae beata praedicetur, digna laude, digna quae voti compos fiat, digne casta et universo caritatis coetui praesidens, Christi legem habens, Patris nomine insignita, quam et saluto in nomine Iesu Christi, Filii Patris; (3) iis, qui secundum carnem et spiritum cuivis ipsius praecepto sunt adunati, gratia Dei inseparabiliter repleti et ab omni alieno colore sunt expurgati, plurimam in Iesu Christo, Deo nostro, et intaminatam opto salutem. 25

Non ut Petrus et Paulus vobis praecipio. Illi apostoli, ego damnabilis; illi liberi, ego usque nunc servus. Sed si patiar, libertus fiam Iesu Christi et in ipso resurgam liber. Nunc vinctus disco nihil concupiscere. 26

**De matrimonio secundum Ecclesiam et de statu continentium.**

[Epistula ad Polycarpum 5.]

27 (1) Τὰς κακοτεχνίας φεῦγε, μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν ποιοῦ. Ταῖς ἀδελφαῖς μου προσλάλει, ἀγαπᾶν τὸν Κύριον καὶ τοῖς συμβίοις ἀρκεῖσθαι σαρκὶ καὶ πνεύματι. Ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, «ἀγαπᾶν τὰς συμβίους ὡς ὁ Κύριος τὴν Ἐκκλησίαν» [Eph 5, 25 29]. (2) Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. Ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο, καὶ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. (3) Πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμουμέναις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ Κύριον καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. Πάντα εἰς τιμὴν Θεοῦ γινέσθω.

L. c. 1, 290 sqq.

## C. PLINIUS SECUNDUS MINOR 62—113.

**Relatio de Christianis ad Traianum scripta 111—113.**

[Epistularum liber 10, 96.]

28 *C. Plinius Traiano imperatori.* (1) Sollemne est mihi, domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre. Quis enim potest melius vel cunctationem meam regere vel ignorantiam instruere? Cognitionibus de Christianis interfui numquam. Ideo nescio, quid et quatenus aut puniri soleat aut quaeri. (2) Nec mediocriter haesitavi, sitne aliquod discrimen aetatum, an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant, detur paenitentiae venia, an ei, qui omnino Christianus fuit, desisse non prosit, nomen ipsum, si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini

---

27 (1) Malas artes fuge, magis autem de illis coram populo loquere. Sororibus meis dicito, ut Dominum ament et maritis contentae sint carne ac spiritu. Similiter et fratribus meis manda in nomine Iesu Christi, *ut diligant coniuges suas sicut Dominus Ecclesiam.* (2) Si quis potest in castitate manere ad honorem carnis Domini, in humilitate maneat. Si glorietur, periit, et si se maiorem episcopo censeat, interiit. (3) Decet vero, ut sponsi et sponsae de sententia episcopi coniugium faciant, ut nuptiae secundum Dominum sint, non secundum cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant.

puniantur. Interim in iis, qui ad me tamquam Christiani deferebantur, hunc sum secutus modum:

(3) Interrogavi ipsos, an essent Christiani. Confitentes 29
iterum ac tertio interrogavi supplicium minatus. Perseverantes duci iussi. Neque enim dubitabam, qualecumque esset, quod faterentur, pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri. (4) Fuerunt alii similis amentiae; quos, quia cives Romani erant, adnotavi in urbem remittendos. Mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures species inciderunt. (5) Propositus est libellus sine auctore multorum nomina continens. Qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeeunte me deos appellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum adferri, ture ac vino supplicarent, praeterea male dicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt re vera Christiani, dimittendos esse putavi. (6) Alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt et mox negaverunt; fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti. Hi quoque omnes et imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt et Christo male dixerunt.

(7) Adfirmabant autem hanc fuisse summam vel culpae 30
suae vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi deo dicere secum invicem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent. Quibus peractis morem sibi discedendi fuisse rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; quod ipsum facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetaerias esse vetueram. (8) Quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis, quae ministrae dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere. Nihil aliud inveni quam superstitionem pravam immodicam. Ideo dilata cognitione ad consulendum te decucurri. (9) Visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum et vocabuntur. Neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio pervagata est; quae videtur sisti et corrigi posse.

(10) Certe satis constat prope iam desolata templa coepisse celebrari, et sacra sollemnia diu intermissa repeti, passimque venire victimarum carnem, cuius rarissimus emptor inveniebatur. Ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit paenitentiae locus.

Ed. *M. Schuster* (Lipsiae 1933. BT) 363 sqq.

### Traiani imperatoris (98—117) Rescriptum de Christianis (111—113).

[Ib. 97.]

31 *Traianus Plinio.* (1) Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. (2) Conquirendi non sunt; si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen, ut, qui negaverit se Christianum esse idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando dis nostris, quamvis suspectus in praeteritum, veniam ex paenitentia impetret. (3) Sine auctore vero propositi libelli in nullo crimine locum habere debent. Nam et pessimi exempli nec nostri saeculi est.

L. c. 365.

## CORNELIUS TACITUS 54—119.

### De Pomponia Graecina (56).

[Annales (scripti sub Traiano 98—117) 13, 32.]

*32 (1) Factum et senatus consultum ultioni iuxta et securitati, ut, si quis a suis servis interfectus esset, ii quoque, qui testamento manu missi sub eodem tecto mansissent, inter servos supplicia penderent. (2) Redditur ordini L. Varus consularis, avaritiae criminibus olim perculsus.

(3) Et Pomponia Graecina insignis femina, A. Plautio, quem ovasse de Britannis rettuli, nupta ac superstitionis externae rea, mariti iudicio permissa. Isque prisco instituto propinquis coram de capite famaque coniugis cognovit et insontem pronuntiavit. (4) Longa huic Pomponiae aetas et continua tristitia fuit. Nam post Iuliam Drusi filiam dolo Messalinae interfectam per quadraginta annos non cultu nisi lugubri, non animo nisi maesto egit; idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam vertit.

Ed. *C. Halm* 1 (Lipsiae 1905, BT), 267.

## De persecutione Neronis (54—68).

[Ib. 15, 44.]

(1) Et haec quidem humanis consiliis providebantur. (2) Mox petita 33
diis piacula aditique Sibyllae libri, ex quibus supplicatum Volcano et Cereri Proserpinaeque, ac propitiata Iuno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare, unde hausta aqua templum et simulacrum deae perspersum est; et sellisternia ac pervigilia celebravere feminae, quibus mariti erant. (3) Sed non ope humana, non largitionibus principis aut deum placamentis decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur.

(4) Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos et 34
quaesitissimis poenis affecit, quos per flagitia invisos vulgus Chrestianos[1] appellabat. (5) Auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat; repressaque in praesens exitiabilis superstitio rursum erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque. (6) Igitur primum correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens haud proinde in crimine incendii quam odio humani generis convicti[2] sunt. (7) Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, multi crucibus affixi aut flamma usti, aliique, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. (8) Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat et circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens. (9) Unde quamquam adversus sontes et novissima exempla meritos miseratio oriebatur, tamquam non utilitate publica, sed in saevitiam unius absumerentur.

L. c. 1, 338 sq.

## De prodigiis in obsessione Hierosolymorum (70 p. Chr.) factis et de rege ex Iudaea futuro[3].

[Historiae (scriptae sub Traiano 98—117) 5, 13.]

(1) Evenerant prodigia, quae neque hostiis neque votis 35*
piare fas habet gens superstitioni obnoxia, religionibus

---

[1] Chrestianos hoc loco, non Christianos in manuscripto fuisse ostendit *G. Andresen*, Wochenschrift für klassische Philologie 1902, Nr. 28, Col. 780 sq. · Deinde Tacitus ipse Christum nominat.

[2] *Cod. Mediceus:* coniuncti.

[3] Ad exspectationem aureae cuiusdam aetatis demonstrandam a multis etiam adhibentur, quae *P. Vergilius Maro* (70—19 a. Chr.) habet in Bucolicorum Ecloga 4, 4—14 (scripta 41—39 a. Chr.):

adversa. (2) Visae per caelum concurrere acies, rutilantia arma et subito nubium igne conlucere templum. (3) Apertae repente delubri fores et audita maior humana vox, excedere deos; simul ingens motus excedentium. (4) Quae pauci in metum trahebant: (5) pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens profectique Iudaea rerum poterentur. (6) Quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerat, sed vulgus more humanae cupidinis sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati ne adversis quidem ad vera mutabantur.

L. c. 2, 210.

## P. AELIUS HADRIANUS imp. 117—138.

### Rescriptum ad Minucium Fundanum proconsulem Asiae circa 125.

[Apud *Eusebium*, Hist. eccles. 4, 9.]

36 Μινουκίῳ Φουνδανῷ. (1) Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερεννίου Γρανιανοῦ, λαμπροτάτου ἀνδρός, ὅντινα σὺ διεδέξω. Οὐ δοκεῖ μοι οὖν τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μήτε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ. (2) Εἰ

---

[Versio Rufini [1], fortasse textus originalis.]

36 *Exemplum epistulae imperatoris Hadriani ad Minucium Fundanum proconsulem Asiae.* (1) Accepi litteras ad me scriptas a decessore tuo Serennio Graniano clarissimo viro, et non placet mihi relationem silentio praeterire, ne et innoxii turbentur et calumniatoribus latrocinandi tribuatur occasio.

---

Ultima Cumaei venit iam carminis aetas;
magnus ab integro saeclorum nascitur ordo.
Iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna;
iam nova progenies caelo demittitur alto.
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
desinet ac toto surget gens aurea mundo,
casta fave Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teque adeo decus hoc aevi, te consule, inibit,
Pollio, et incipient magni procedere menses;
te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
inrita perpetua solvent formidine terras.

Ed. *O. Güthling* (Lipsiae 1904, BT) 10 sq.

[1] Nisi Rufinus nominatur, versionem latinam Eusebii semper adhibemus Valesianam (MG 20).

οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνανται διϊσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνασθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν οὐδὲ μόναις βοαῖς. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν, εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. (3) Εἴ τις οὖν κατηγορεῖ καὶ δείκνυσίν τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως ὅριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος· ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος καὶ φρόντιζε, ὅπως ἂν ἐκδικήσειας.

CB Eus. (ed. *Ed. Schwarz*) 2, 318 sqq. MG 20, 325 sqq. Cf. IUSTIN., Apol. I c. 68. MG 6, 431 sqq: infra n. 57.

## De Christianis in Aegypto ad Servianum cons. circa 132—134.

[*Flavius Vopiscus,* Saturninus 7, 4 ad 8, 8.]

7. (4) Sunt enim Aegyptii, ut satis nosti, ⟨in⟩venti ventosi, furibundi, 37
iactantes, iniuriosi atque adeo vani, liberi, novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes, versificatores, epigrammatarii, mathematici, haruspices, medici. (5) Nam ⟨in⟩eis Christiani, Samaritae et quibus praesentia semper tempora cum enormi libertate displiceant. (6) Ac ne quis mihi Aegyptiorum irascatur et meum esse credat, quod in litteras rettuli, Hadriani epistulam ⟨p⟩romam ex libris Phlegontis liberti eius proditam, ex qua penitus Aegyptiorum vita detegitur.

8. *Hadrianus Augustus Serviano consuli salutem.* 38
(1) Aegyptum, quam mihi laudabas, Serviane carissime, totam didici levem, pendulam et ad omnia famae momenta volitantem. (2) Illic qui Serapem colunt, Christiani sunt: et devoti sunt Serapi, qui se Christi episcopos dicunt. (3) Nemo illic archisynagogus Iudaeorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter non mathematicus, non haruspex, non aliptes. (4) Ipse ille

---

(2) Itaque si evidenter provinciales huic petitioni suae adesse valent adversum Christianos, ut pro tribunali eos in aliquo arguant, hoc eis exequi non prohibeo. Precibus autem in hoc solis et acclamationibus uti eis non permitto. Etenim multo aequius est, si quis volet accusare, te cognoscere de obiectis. (3) Si quis igitur accusat et probat adversum leges quidquam agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam supplicia statues. Illud mehercule magnopere curabis, ut si quis calumniae gratia quemquam horum postulaverit reum, in hunc pro sui nequitia suppliciis severioribus vindices.

CB Eus. (Rufin.) (ed. *Th. Mommsen*) 2, 319 sqq.

patriarcha cum Aegyptum venerit, ab aliis Serapidem [sic] adorare, ab aliis cogitur Christum. (5) Genus hominum seditiosissimum, vanissimum, iniuriosissimum, civitas opulenta, dives, fecunda, in qua nemo vivat otiosus. (6) Alii vitrum conflant, aliis charta conficitur, omnes certe linifiones ⟨aut⟩ cuiuscumque artis et ⟨professionis⟩ videntur. Et habent podagrosi, quod agant, habent ⟨prae⟩cisi, quod agant, habent caeci quod faciant, ne chiragrici quidem apud eos otiosi vivunt. (7) Unus illis deus nummus est. Hunc Christiani, hunc Iudaei, hunc omnes venerantur et gentes. (8) Et utinam melius esset morata civitas, digna profecto, quae pro sui fecunditate, quae pro sui magnitudine totius Aegypti teneat principatum. Huic ego cuncta concessi, vetera privilegia reddidi, nova sic addidi, ut praesenti gratias agerent. Denique ut primum inde discessi, et in filium meum Verum multa dixerunt, et de Antinoo quae dixerint, comperisse te credo. . . .

Scriptores Historiae Augustae, ed. *E. Hohl* 2 (Lipsiae 1927, BT) 226 sqq.

## C. SUETONIUS TRANQUILLUS circa 75—160.

### De persecutione Claudii (41—54).

[Vita Claudii (scripta circa 120) 25, 3—4.]

39 (3) . . . Iliensibus quasi Romanae gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit, recitata vetere epistula Graeca senatus populique Romani, Seleuco regi amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset. (4) Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit. Germanorum legatis in orchestra sedere permisit simplicitate eorum et fiducia commotus, quod in popularia deducti, cum animadvertissent Parthos et Armenios sedentes in senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem virtutem aut condicionem suam praedicantes.

Ed. *M. Ihm* (Lipsiae 1908, BT) 209. Cf. Act 18, 2.

### De persecutione Neronis (54—68).

[Vita Neronis (circa 120) 16, 2.]

40 Multa sub eo et animadversa severe et coercita nec minus instituta: adhibitus sumptibus modus; publicae cenae ad sportulas redactae; interdictum, ne quid in popinis cocti praeter legumina aut holera veniret, cum antea nullum non obsonii genus proponeretur; afflicti

suppliciis C h r i s t i a n i, genus hominum superstitionis novae ac maleficae; vetiti quadrigariorum lusus, quibus inveterata licentia passim vagantibus fallere ac furari per iocum ius erat; pantomimorum factiones cum ipsis simul relegatae.

L. c. 231. Cf. 1 Petr 4, 15; Apc 2, 13.

## De Urbe a Nerone incensa (64).

[Ib. 38, 1–3.]

(1) Sed nec populo aut moenibus patriae pepercit. 41
Dicente quodam in sermone communi:

ἐμοῦ θανόντος γαῖα μειχθήτω πυρί,

immo, inquit, ἐμοῦ ζῶντος, planeque ita fecit. Nam quasi offensus deformitate veterum aedificiorum et angustiis flexurisque vicorum, incendit urbem tam palam, ut plerique consulares cubicularios eius cum stuppa taedaque in praediis suis deprehensos non attigerint, et quaedam horrea circa domum Auream, quorum spatium maxime desiderabat, ut bellicis machinis labefacta atque inflammata sint, quod saxeo muro constructa erant. (2) Per sex dies septemque noctes ea clade saevitum est ad monumentorum bustorumque deversoria plebe compulsa. Tunc praeter immensum numerum insularum domus priscorum ducum arserunt hostilibus adhuc spoliis adornatae deorumque aedes ab regibus ac deinde Punicis et Gallicis bellis votae dedicataeque, et quidquid visendum atque memorabile ex antiquitate duraverat. Hoc incendium e turre Maecenatiana prospectans laetusque flammae, ut aiebat, pulchritudine Halosin Ilii in illo suo scaenico habitu decantavit. (3) Ac ne non hinc quoque quantum posset praedae et manubiarum invaderet, pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam egestionem nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit; conlationibusque non receptis modo verum et efflagitatis provincias privatorumque census prope exhausit.

L. c. 247 sq.

## De rege ex Iudaea futuro.

[Vita Vespasiani (circa 120) 4, 5.]

Percrebuerat Oriente toto vetus et constans opinio 42
esse in fatis ut eo tempore I u d a e a p r o f e c t i r e r u m p o t i r e n t u r. Id de imperatore Romano, quantum postea

eventu paruit, praedictum Iudaei ad se trahentes rebellarunt caesoque praeposito legatum insuper Syriae consularem suppetias ferentem rapta aquila fugaverunt.

L. c. 296.

### De morte Acilii Glabrionis (95).

[Vita Domitiani (circa 120) 10, 2.]

43 Complures senatores, in iis aliquot consulares, interemit, ex quibus Civicam Cerealem in ipso Asiae proconsulatu, Salvidienum Orfitum, Acilium Glabrionem ⟨in⟩ exsilio, quasi molitores rerum novarum, ceteros levissima quemque de causa.

L. c. 324 sqq.

### De morte Flavii Clementis (95).

[Ib. 15, 1.]

44 Denique Flavium Clementem patruelem suum contemptissimae inertiae, cuius filios etiam tum parvulos successores palam destinaverat abolito⟨que⟩ priore nomine alterum Vespasianum appellari ⟨iusserat⟩, alterum Domitianum, repente ex tenuissima suspicione tantum non in ipso eius consulatu interemit. Quo maxime facto maturavit sibi exitium.

L. c. 329.

## PAPIAS EP. HIERAPOLITANUS scripsit circa 130.

### De Ioanne evangelista et presbytero.

[Apud *Eusebium,* Hist. eccles. 3, 39, 1—8.]

45 (1) Τοῦ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται, ἃ καὶ ἐπιγέγραπται Λογίων Κυριακῶν ἐξηγήσεως. Τούτων καὶ Εἰρηναῖος ὡς μόνων αὐτῷ γραφέντων μνημονεύει, ὧδέ πως λέγων· «Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας ὁ Ἰωάννου μὲν ἀκουστής, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονώς, ἀρχαῖος ἀνήρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἑαυτοῦ βιβλίων. Ἔστιν γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα.» (2) Καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος ταῦτα· αὐτός γε

---

45 (1) Papiae vero quinque omnino feruntur libri, quorum titulus est: De interpretatione oraculorum Dominicorum. Horum quinque dumtaxat Papiae librorum meminit Irenaeus his verbis: «Testatur, inquit, haec Papias, Ioannis auditor et sodalis Polycarpi scriptor antiquus in quarto operis sui libro. Sunt enim ab eo quinque libri compositi.» (2) Et haec quidem Irenaeus. At vero

μὴν ὁ Παπίας κατὰ τὸ προοίμιον τῶν αὐτοῦ λόγων ἀκροατὴν μὲν καὶ αὐτόπτην οὐδαμῶς ἑαυτὸν γενέσθαι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ἐμφαίνει, παρειληφέναι δὲ τὰ τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων διδάσκει δι' ὧν φησιν λέξεων·

(3) «Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρε- 46
σβυτέρων καλῶς ἔμαθον καὶ καλῶς ἐμνημόνευσα, συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις, διαβεβαιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον ὥσπερ οἱ πολλοί, ἀλλὰ τοῖς τἀληθῆ διδάσκουσιν, οὐδὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημονεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς τὰς παρὰ τοῦ Κυρίου τῇ πίστει δεδομένας καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγινομένας τῆς ἀληθείας· (4) Εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας ἢ τί Πέτρος εἶπεν ἢ τί Φίλιππος ἢ τί Θωμᾶς ἢ Ἰάκωβος ἢ τί Ἰωάννης ἢ Ματθαῖος ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν ἅ τε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, τοῦ Κυρίου μαθηταί, λέγουσιν. Οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης.»

(5) Ἔνθα καὶ ἐπιστῆσαι ἄξιον δὶς καταριθμοῦντι αὐτῷ τὸ Ἰωάννου 47
ὄνομα, ὧν τὸν μὲν πρότερον Πέτρῳ καὶ Ἰακώβῳ καὶ Ματθαίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις συγκαταλέγει, σαφῶς δηλῶν τὸν εὐαγγε-

---

Papias ipse in prooemio librorum suorum, se quidem sanctorum apostolorum spectatorem atque auditorem fuisse non dicit, sed ab eorum familiaribus normam fidei se accepisse testatur his verbis:

(3) «Nec pigebit, inquit, ea quae quondam a senioribus 46
didici ac memoriae mandavi, cum interpretationibus nostris ascribere, ut veritas eorum nostra quoque assertione firmetur. Non enim, ut plerique solent, eos umquam sectatus sum qui verbis affluerent, sed eos potius qui verum docerent; nec eos qui nova quaedam et inusitata praecepta, sed illos qui Domini mandata fidei tradita, et ab ipsa veritate profecta memorabant. (4) Quodsi quis interdum mihi occurrebat qui cum senioribus versatus fuisset, ex eo curiose sciscitabar quaenam essent seniorum dicta: quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes, quid Matthaeus, quid ceteri Domini discipuli dicere soliti essent: quidnam Aristion et Ioannes presbyter, discipuli Domini, praedicarent. Neque enim ex librorum lectione tantam me utilitatem capere posse existimabam, quantam ex hominum adhuc superstitum viva voce.»

(5) Quibus in verbis illud etiam observandum est, bis ab eo positum 47
esse nomen Ioannis. Et priorem quidem una cum Petro, Iacobo, Matthaeo et reliquis apostolis recenset, satis indicans se de evan-

λιστήν, τὸν δ' ἕτερον Ἰωάννην, διαστείλας τὸν λόγον, ἑτέροις παρὰ τὸν τῶν ἀποστόλων ἀριθμὸν κατατάσσει, προτάξας αὐτοῦ τὸν Ἀριστίωνα, σαφῶς τε αὐτὸν πρεσβύτερον ὀνομάζει· (6) ὡς καὶ διὰ τούτων ἀποδείκνυσθαι τὴν ἱστορίαν ἀληθῆ τῶν δύο κατὰ τὴν Ἀσίαν ὁμωνυμίᾳ κεχρῆσθαι εἰρηκότων, δύο τε ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου ἔτι νῦν λέγεσθαι· οἷς καὶ ἀναγκαῖον προσέχειν τὸν νοῦν, εἰκὸς γὰρ τὸν δεύτερον, εἰ μή τις ἐθέλοι τὸν πρῶτον, τὴν ἐπ' ὀνόματος φερομένην Ἰωάννου Ἀποκάλυψιν ἑορακέναι. (7) Καὶ ὁ νῦν δὲ ἡμῖν δηλούμενος Παπίας τοὺς μὲν τῶν ἀποστόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολουθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι, Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτήκοον ἑαυτόν φησι γενέσθαι· ὀνομαστὶ γοῦν πολλάκις αὐτῶν μνημονεύσας ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τίθησιν αὐτῶν παραδόσεις. (8) Καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν οὐκ εἰς τὸ ἄχρηστον εἰρήσθω.

CB Eus. (ed. *Ed. Schwarz*) 2, 284 sqq. MG 20, 295 sqq.

## De Evangelio secundum Marcum et secundum Matthaeum.

[Ib. 3, 39, 14–17.]

48 (14) Καὶ ἄλλας δὲ τῇ ἰδίᾳ γραφῇ [ὁ Παπίας] παραδίδωσιν Ἀριστίωνος τοῦ πρόσθεν δεδηλωμένου τῶν τοῦ Κυρίου λόγων διηγήσεις καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου παραδόσεις· ἐφ' ἃς τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψαντες, ἀναγκαίως νῦν προσθήσομεν ταῖς προεκτεθείσαις αὐτοῦ φωναῖς παράδοσιν ἣν περὶ Μάρκου τοῦ τὸ εὐαγγέλιον γεγραφότος ἐκτέθειται διὰ τούτων·

(15) «Καὶ τοῦθ' ὁ πρεσβύτερος ἔλεγεν· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκρι-

---

gelista Ioanne verba facere. Postea vero adhibita sermonis distinctione, alterum Ioannem cum iis collocat qui extra numerum sunt apostolorum, praeponens illi Aristionem quendam: eundemque presbyterum diserte nominat. (6) Quo fit ut vera videatur esse narratio illorum, qui duos eodem nomine appellatos in Asia vixisse dixerunt: et apud Ephesum duo esse sepulcra, et utrumque Ioannis hodiedum nominari. Atque hoc animadvertere in primis necessarium puto. Verisimile est enim Revelationem illam Ioannis nomine inscriptam, si non a priore illo, certe ab hoc posteriore fuisse. (7) Et Papias quidem, de quo nunc sermonem habemus, apostolorum dicta, ab iis qui cum apostolis versati fuerant, se accepisse profitetur: Aristionis autem et Ioannis presbyteri auditorem se dicit fuisse. Multa certe quae ab iis tradita acceperat, ipsorum nominatim mentione facta, in commentariis suis rettulit. (8) Atque haec quidem non superflue, ut arbitror, a nobis dicta sint.

48 (14) Alias quoque supradicti Aristionis enarrationes sermonum Domini, et Ioannis presbyteri traditiones refert [Papias] in suis libris. Quas discendi studiosis indicasse contenti, rem illam, quam de Marco evangelista idem scriptor commemoravit, superioribus eius verbis subnectemus:

(15) «Aiebat etiam, inquit, presbyter ille Marcum, Petri interpretem, quaecumque memoriae mandaverat, diligenter

βῶς ἔγραψεν, οὐ μέντοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα. Οὔτε γὰρ ἤκουσεν τοῦ Κυρίου οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, ὕστερον δέ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ· ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν Κυριακῶν ποιούμενος λογίων, ὥστε οὐδὲν ἥμαρτεν Μάρκος οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν. Ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσεν παραλιπεῖν ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς.»

(16) Ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου· 49
περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται

«Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνετάξατο, ἡρμήνευσεν δ' αὐτὰ ὡς ἦν δυνατὸς ἕκαστος.»

(17) Κέχρηται δ' ὁ αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς καὶ ἀπὸ τῆς Πέτρου ὁμοίως· ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἣν τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον περιέχει. Καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν ἀναγκαίως πρὸς τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐπιτετηρήσθω.

CB Eus. 2, 290 sqq. MG 20, 299 sqq.

*Testimonium Papiae de epist. Petri prima, utpote non verbotenus* 49 a
*relatum, vide postea apud Eusebium (n. 427).*

---

perscripsisse: non tamen ordine pertexuisse quae a Domino aut dicta aut gesta fuerant. Neque enim ipse Dominum audiverat aut sectatus fuerat umquam. Sed cum Petro, ut dixi, postea versatus est, qui pro audientium utilitate, non vero ut sermonum Domini historiam contexeret, Evangelium praedicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, quia nonnulla ita scripsit, prout ipse memoria repetebat. Id quippe unum studebat, ut ne quid eorum quae audierat, praetermitteret, aut ne quid falsi eis affingeret.»

(16) Haec de Marco Papias narrat. De Matthaeo vero 49
sic habet:

«Matthaeus quidem, inquit, Hebraico sermone divina scripsit oracula: interpretatus est autem unusquisque illa prout potuit.»

(17) Porro idem Papias testimoniis ex priore Ioannis epistula, et ex priore itidem Petri desumptis utitur. Aliam quoque exponit historiam de muliere, quae multorum criminum coram Domino accusata est. Quae quidem historia in evangelio secundum Hebraeos scripta habetur. Atque haec cum aliis quae supra posuimus, non sine causa a nobis observata sint.

# PASTOR HERMAE fratris Pii I episcopi Romani (140—155?).

## Clemens episcopus Romanus curam habet exterarum ecclesiarum.

[Visio 2, cap. 4.]

$50^{0}$ (1) Ἀπεκαλύφθη δέ μοι, ἀδελφοί, κοιμωμένῳ ὑπὸ νεανίσκου εὐειδεστάτου λέγοντός μοι· Τὴν πρεσβυτέραν, παρ' ἧς ἔλαβες τὸ βιβλίδιον, τίνα δοκεῖς εἶναι; Ἐγώ φημι· Τὴν Σίβυλλαν. Πλανᾶσαι, φησίν, οὐκ ἔστιν. Τίς οὖν ἐστίν; φημί. Ἡ Ἐκκλησία, φησίν. Εἶπον αὐτῷ· Διατί οὖν πρεσβυτέρα; Ὅτι, φησίν, πάντων πρώτη ἐκτίσθη· διὰ τοῦτο πρεσβυτέρα, καὶ διὰ ταύτην ὁ κόσμος κατηρτίσθη. (2) Μετέπειτα δὲ ὅρασιν εἶδον ἐν τῷ οἴκῳ μου. Ἦλθεν ἡ πρεσβυτέρα καὶ ἠρώτησέν με, εἰ ἤδη τὸ βιβλίον δέδωκα τοῖς πρεσβυτέροις. Ἠρνησάμην δεδωκέναι. Καλῶς, φησίν, πεποίηκας· ἔχω γὰρ ῥήματα προσθεῖναι. Ὅταν οὖν ἀποτελέσω τὰ ῥήματα πάντα, διὰ σοῦ γνωρισθήσεται τοῖς ἐκλεκτοῖς πᾶσιν. (3) Γράψεις οὖν δύο βιβλαρίδια καὶ πέμψεις ἓν Κλήμεντι καὶ ἓν Γράπτῃ. Πέμψει οὖν Κλήμης εἰς τὰς ἔξω πόλεις, ἐκείνῳ γὰρ ἐπιτέτραπται· Γράπτη δὲ νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Σὺ δὲ ἀναγνώσῃ εἰς ταύτην τὴν πόλιν μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν προϊσταμένων τῆς ἐκκλησίας.

Patres Apostolici, ed. *Fr. Xav. Funk* 1 (Tubingae 1901, Laupp), 428 sqq.

---

$50^{0}$ (1) Revelatum est autem, fratres, mihi dormienti a iuvene speciosissimo dicente mihi: Anum, a qua accepisti libellum, quam putas esse? Ego dico: Sibyllam. Erras, inquit, non est. Quae est ergo? inquam. Respondet: Ecclesia. Dixi ei: Quare igitur anus est? Quoniam, inquit, omnium prima condita est; propter hoc anus est, et propter ipsam mundus creatus est. (2) Postea autem visionem vidi in domo mea. Venit anus et interrogavit me, an librum iam dedissem presbyteris. Negavi me dedisse. Bene, inquit, fecisti; habeo enim verba aliqua addere. Cum ergo finiero omnia verba, per te nota fient electis omnibus. (3) Scribes igitur duos libellos et mittes unum Clementi et unum Graptae. Mittet ergo Clemens in exteras civitates, illi enim mandatum est; Grapte autem monebit viduas et orphanos. Tu autem leges in ista civitate cum presbyteris, qui praesunt ecclesiae.

## De una post baptismum paenitentia.

[Mandatum 4, cap. 3.]

(1) Ἔτι, φημί [scil. Hermas], κύριε, προσθήσω τοῦ ἐπερωτῆσαι. Λέγε, φησίν [scil. angelus paenitentiae]. Ἤκουσα, φημί, κύριε, παρά τινων διδασκάλων, ὅτι ἑτέρα μετάνοια οὐκ ἔστιν εἰ μὴ ἐκείνη, ὅτε εἰς ὕδωρ κατέβημεν καὶ ἐλάβομεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἡμῶν τῶν προτέρων. (2) Λέγει μοι· Καλῶς ἤκουσας· οὕτω γὰρ ἔχει. Ἔδει γὰρ τὸν εἰληφότα ἄφεσιν ἁμαρτιῶν μηκέτι ἁμαρτάνειν, ἀλλ' ἐν ἁγνείᾳ κατοικεῖν. (3) Ἐπεὶ δὲ πάντα ἐξακριβάζῃ, καὶ τοῦτό σοι δηλώσω, μὴ διδοὺς ἀφορμὴν τοῖς μέλλουσι πιστεύειν ἢ τοῖς νῦν πιστεύσασιν εἰς τὸν Κύριον. Οἱ γὰρ νῦν πιστεύσαντες ἢ μέλλοντες πιστεύειν μετάνοιαν ἁμαρτιῶν οὐκ ἔχουσιν, ἄφεσιν δὲ ἔχουσι τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν αὐτῶν. (4) Τοῖς οὖν κληθεῖσι πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἔθηκεν ὁ Κύριος μετάνοιαν· καρδιογνώστης γὰρ ὢν ὁ Κύριος καὶ πάντα προγινώσκων ἔγνω τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὴν πολυπλοκίαν τοῦ διαβόλου, ὅτι ποιήσει τι κακὸν τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ καὶ πονηρεύσεται εἰς αὐτούς. (5) Πολύσπλαγχνος οὖν ὢν ὁ Κύριος ἐσπλαγχνίσθη ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ καὶ ἔθηκεν τὴν μετάνοιαν ταύτην, καὶ ἐμοὶ ἡ ἐξουσία τῆς μετανοίας ταύτης ἐδόθη. (6) Ἀλλὰ ἐγώ σοι λέγω, φησί· μετὰ τὴν 50

---

(1) Adhuc, inquam [scil. Hermas], domine, pergam interrogare. Loquere, inquit [scil. angelus paenitentiae]. Audivi, inquam, domine, a quibusdam doctoribus, aliam paenitentiam non esse nisi illam, cum in aquam descendimus et accipimus remissionem peccatorum nostrorum priorum. (2) Dicit mihi: Recte audisti; sic enim res se habet. Debuit enim, qui accepit remissionem peccatorum, non amplius peccare, sed in sanctitate permanere. (3) Quoniam autem omnia diligenter inquiris, hoc quoque tibi ostendam, non dans occasionem illis, qui credituri sunt aut qui modo crediderunt in Dominum. Qui enim nunc crediderunt, aut credituri sunt, paenitentiam peccatorum non habent, remissionem vero habent priorum peccatorum suorum. (4) Illis ergo, qui ante hos dies vocati sunt, Dominus posuit paenitentiam. Cum enim corda noverit Dominus et omnia praeviderit, novit infirmitatem hominum et astutiam diaboli, quia malum aliquod faciet servis Dei et inique aget adversus eos. (5) Cum ergo valde misericors sit Dominus, misertus est creaturae suae et paenitentiam istam statuit, et mihi potestas huius paenitentiae data est. (6) At ego 50

κλῆσιν ἐκείνην τὴν μεγάλην καὶ σεμνὴν ἐάν τις ἐκπειρασθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἁμαρτήσῃ, μίαν μετάνοιαν ἔχει· ἐὰν δὲ ὑπὸ χεῖρα ἁμαρτάνῃ καὶ μετανοήσῃ, ἀσύμφορόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ τῷ τοιούτῳ δυσκόλως γὰρ ζήσεται. (7) Λέγω αὐτῷ· Ἐζωοποιήθην ταῦτα παρὰ σοῦ ἀκούσας οὕτως ἀκριβῶς οἶδα γάρ, ὅτι, ἐὰν μηκέτι προσθήσω ταῖς ἁμαρτίαις μου, σωθήσομαι. Σωθήσῃ, φησίν, καὶ πάντες, ὅσοι ἐὰν ταῦτα ποιήσωσιν.

L. c. 1, 478 sqq.

## IUSTINUS MARTYR obiit inter 163 et 167.

### Regula fidei.

a. [Apologia I, ad Antoninum Pium, 13.]

*51 (1) Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμέν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων, ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες, λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις αἰνοῦντες, (2) μόνην ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν ταύτην παραλαβόντες, τὸ τὰ ὑπ' ἐκείνου εἰς διατροφὴν γενόμενα, οὐ πυρὶ δαπανᾶν, ἀλλ' ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις προσφέρειν, ἐκείνῳ δὲ εὐχαρίστους ὄντας, διὰ λόγου πομπὰς καὶ ὕμνους πέμπειν, (3) ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι, καὶ τῶν εἰς εὐρωστίαν πόρων πάντων, ποιοτήτων μὲν γενῶν, καὶ μεταβολῶν ὡρῶν, καὶ

---

tibi dico, inquit: post vocationem illam magnam et sanctam si quis tentatus a diabolo peccaverit, unam paenitentiam habet. Sin autem subinde peccat et paenitentiam agit, non prodest homini eiusmodi; difficile enim vivet. (7) Dico ei: Animus mihi rediit, ubi haec a te tam accurate audivi; scio enim, fore ut salvus fiam, si postea non adiecero peccatis meis. Salvus eris, inquit, et omnes, quotquot haec fecerint.

51 (1) Quis igitur sanae mentis homo non fateatur atheos nequaquam nos esse, qui opificem huiusce universitatis colimus, eum nec sanguine, nec libaminibus, nec suffimentis indigere, ut edocti sumus, asserentes, sed verbo precationis et gratiarum actionis pro omnibus quibus vescimur eum, quantum possumus, laudantes; (2) quippe cum hanc solam colendi rationem illo dignam esse edocti simus, quae ab eo ad alendum creata sunt, non igne consumere, sed ad nostros et pauperum usus offerre, ac gratum ei animum praestantes rationalibus eum pompis et hymnis celebrare; (3) pro creationis beneficio, pro omnibus ad bonam valetudinem ad-

τοῦ πάλιν ἐν ἀφθαρσίᾳ γενέσθαι διὰ πίστιν τὴν ἐν αὐτῷ αἰτήσεις πέμποντες, τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει; (4) Τὸν διδάσκαλόν τε τούτων γενόμενον ἡμῖν, καὶ εἰς τοῦτο γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τοῦ γενομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου, Υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, Πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει ὅτι μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. (5) Ἐνταῦθα γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται, δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα Θεὸν καὶ Γεννήτορα τῶν ἁπάντων ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον, ᾧ προσέχειν ὑμᾶς ἐξηγουμένων ἡμῶν προτρεπόμεθα.

MG 6, 345 sqq. Otto 1, 40 sqq.

b. [Ib. 31.]

52 (1) Ἄνθρωποι οὖν τινες ἐν Ἰουδαίοις γεγένηνται Θεοῦ προφῆται δι' ὧν τὸ προφητικὸν Πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι καὶ τούτων οἱ ἐν Ἰουδαίοις κατὰ καιροὺς γενόμενοι βασιλεῖς τὰς προφητείας, ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν Ἑβραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ' αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτώμενοι περιεῖπον. . . . (5) Ἐν δὴ ταῖς τῶν προφητῶν

---

iumentis, pro diversarum rerum qualitatibus, ac vicissitudinibus tempestatum, et propter fidem, qua illi credimus, precibus eum orantes, ut rursus incorrupti fiamus. (4) Nostrum autem harum rerum doctorem, natum ad hoc munus Iesum Christum, ac sub Pontio Pilato, Iudaeae, temporibus Tiberii Caesaris, praeside, crucifixum, ipsius veri Dei Filium esse edocti, ipsumque secundo loco, Spiritum autem propheticum tertio habentes ordine, non sine ratione a nobis coli demonstrabimus. (5) Hoc enim loco insaniae nos accusant, post immutabilem et sempiternum Deum et Genitorem omnium homini crucifixo alterum locum a nobis dictitantes deferri, mysterium huius rei ignorantes, quod dum exponimus, ut attente audiatis hortamur.

52 (1) Quidam igitur homines inter Iudaeos Dei prophetae exstitere, per quos Spiritus propheticus futura praenuntiavit, antequam fierent. Horum vaticinia diligenter asservabant, qui secundum temporum seriem in Iudaea regnarunt, cum ea, ut ex ore vaticinantium emissa fuerant, propria Hebraeorum lingua in libris ab ipsis prophetis conscripta possiderent. . . . (5) In his autem prophetarum libris praenuntiatum reperimus

βίβλοις εὕρομεν προκηρυσσόμενον παραγινόμενον, γεννώμενον διὰ Παρθένου, καὶ ἀνδρούμενον, καὶ θεραπεύοντα πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, καὶ νεκροὺς ἀνεγείροντα, καὶ φθονούμενον καὶ ἀγνοούμενον καὶ σταυρούμενον Ἰησοῦν τὸν ἡμέτερον Χριστόν, καὶ ἀποθνήσκοντα, καὶ ἀνεγειρόμενον, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνερχόμενον, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ὄντα καὶ κεκλημένον, καί τινας πεμπομένους ὑπ' αὐτοῦ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων κηρύξοντας ταῦτα, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀνθρώπους μᾶλλον αὐτῷ πιστεύειν. (6) Προεφητεύθη δὲ πρὶν ἢ φανῆναι αὐτόν, ἔτεσι ποτὲ μὲν πεντακισχιλίοις, ποτὲ δὲ τρισχιλίοις, ποτὲ δὲ δισχιλίοις, καὶ πάλιν χιλίοις, καὶ ἄλλοτε ὀκτακοσίοις. Κατὰ γὰρ τὰς διαδοχὰς τῶν γενῶν ἕτεροι καὶ ἕτεροι ἐγένοντο προφῆται.

MG 6, 375 sqq. Otto 1, 92 sqq.

## De gloria crucis.

[Ib. 55.]

53 (1) Ἀλλ' οὐδαμοῦ οὐδ' ἐπί τινος τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς τὸ σταυρωθῆναι ἐμιμήσαντο. (2) Οὐ γὰρ ἐνοεῖτο αὐτοῖς, συμβολικῶς, ὡς προδεδήλωται, τῶν εἰς τοῦτο εἰρημένων πάντων λελεγμένων· ὅπερ, ὡς προεῖπεν ὁ προφήτης, τὸ μέγιστον σύμβολον τῆς ἰσχύος καὶ ἀρχῆς αὐτοῦ ὑπάρχει, ὡς καὶ ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν πιπτόντων δείκνυται. (3) Κατανοήσατε γὰρ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰ ἄνευ τοῦ

---

Iesum Christum nostrum advenientem atque ex Virgine nascentem, ad aetatem virilem pervenientem, morbos omnes et aegritudines curantem, et mortuos ad vitam revocantem, invisum, ignoratum et crucifixum, morientem et resurgentem, ac in caelos ascendentem; eumque esse et vocari Filium Dei, et nonnullos ab eo mitti ad omne hominum genus, qui haec praedicent, magisque illi credere eos qui sunt ex gentibus. (6) Praenuntiatus autem est, antequam prodiret, annis nunc quinquies mille, nunc ter mille, nunc bis mille, interdum mille, nonnumquam octingentis. Nam secundum generationum successiones alii atque alii prophetae exstiterunt.

53 (1) Nusquam autem nec in ullo eorum, qui Iovis filii dicuntur, crucis supplicium imitati sunt. (2) Neque enim illis in mentem venerat, eo quod non sine symbolis, ut demonstravimus, dicta fuerint, quaecumque dicta ea de re fuerant; quod quidem, ut supra dixit propheta, maximum est eius potestatis et principatus signum, quemadmodum ex his etiam, quae sub aspectum cadunt, ostenditur. (3) Intuemini enim

σχήματος τούτου διοικεῖται, ἢ κοινωνίαν ἔχειν δύναται. Θάλασσα μὲν γὰρ οὐ τέμνεται, ἢν μὴ τοῦτο τὸ τρόπαιον, ὃ καλεῖται ἱστίον, ἐν τῇ νηῒ σῶον μείνῃ· γῆ δὲ οὐκ ἀροῦται ἄνευ αὐτοῦ· σκαπανεῖς δὲ τὴν ἐργασίαν οὐ ποιοῦνται, οὐδὲ βαναυσουργοὶ ὁμοίως, εἰ μὴ διὰ τῶν τὸ σχῆμα τοῦτο ἐχόντων ἐργαλείων. (4) Τὸ δὲ ἀνθρώπειον σχῆμα οὐδενὶ ἄλλῳ τῶν ἀλόγων ζώων διαφέρει, ἢ τῷ ὀρθόν τε εἶναι, καὶ ἔκτασιν χειρῶν ἔχειν, καὶ ἐν τῷ προσώπῳ ἀπὸ τοῦ μετωπίου τεταγμένον τὸν λεγόμενον μυξωτῆρα φέρειν, δι' οὗ ἥ τε ἀναπνοή ἐστι τῷ ζώῳ, καὶ οὐδὲν ἄλλο δείκνυσιν ἢ τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ. Καὶ διὰ τοῦ προφήτου δὲ ἐλέχθη οὕτως· «Πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν, Χριστὸς Κύριος» [Thr 4, 20]. (5) Καὶ τὰ παρ' ὑμῖν δὲ σύμβολα τὴν τοῦ σχήματος τούτου δύναμιν δηλοῖ *λλωμεν[1] καὶ τῶν τροπαίων δι' ὧν αἵ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίνονται· τῆς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως τὰ σημεῖα ἐν τούτοις δεικνύντες, εἰ καὶ μὴ νοοῦντες τοῦτο πράττετε. (6) Καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας ἐπὶ τούτῳ τῷ σχήματι ἀνατίθετε, καὶ θεοὺς διὰ γραμμάτων ἐπονομάζετε. (7) Καὶ διὰ λόγου οὖν καὶ σχήματος τοῦ φαινομένου, ὅση δύναμις, προτρεψάμενοι ὑμᾶς, ἀνεύθυνοι οἴδαμεν λοιπὸν

---

animo quaecumque in mundo versantur, an sine hac figura administrari, et commercio inter se coniungi possint. Mare non scinditur, nisi tropaeum illud, quod dicitur velum, integrum in navi maneat. Terra vero absque ea non aratur; fossores opus non faciunt, nec manuarii pariter artifices nisi adhibitis hanc figuram praeferentibus instrumentis. (4) Humana autem forma non alia re ab animantibus rationis expertibus differt, nisi quod erecta est, et extensionem manuum habet, et in vultu nasum a fronte prominentem gerit, qui et animali ad respirationem usui est, nec aliud quam crucis formam ostendit. Propheta quoque sic locutus est: *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus.* (5) Huius etiam figurae vim declarant vexillorum apud vos et tropaeorum signa, quibuscum semper in publicum proceditis, ac in iis vestri imperii et potestatis insignia constituitis, licet id non animadvertentes faciatis. (6) Quin et morientium apud vos imperatorum imagines super hanc formam consecratis, eosque litteris inscriptis appellatis deos. (7) Cum vos igitur et verbis et figurae omnibus conspicuae considera-

---

[1] Locus in codice corruptus. *Thirlbius* emendat: λέγω δὲ τὰ τῶν καλουμένων παρ' ὑμῖν βιξιλλῶν, quae sententia habetur apud Tertullianum, Apol. c. 16. *Otto:* λέγω δὲ τὰ τῶν οὐηξίλλων.

ὄντες, κἂν ὑμεῖς ἀπιστῆτε τὸ γὰρ ἡμέτερον γέγονε καὶ πεπέρανται.

MG 6, 411 sqq. Otto 1, 150 sqq.

## De conventu eucharistico.

[Ib. 65—67.]

54 65. (1) Ἡμεῖς δέ, μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον, ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, ἔνθα συνηγμένοι εἰσί, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως, ὅπως καταξιωθῶμεν, τὰ ἀληθῆ μαθόντες, καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταί, καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὑρεθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. (2) Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν (3) Ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· καὶ οὗτος, λαβών, αινον καὶ δόξαν τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου ἀναπέμπει καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται (4) οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων Ἀμήν. Τὸ δὲ Ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ Γένοιτο σημαίνει. (5) Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημή-

---

tione cohortati pro viribus simus, nos deinceps extra culpam futuros novimus, etiamsi increduli maneatis. Quod enim in nobis situm erat, id perfectum et absolutum est.

54 65. (1) Nos autem, postquam eum, qui fidem suam et assensum doctrinae nostrae testatus est, sic abluimus, ad eos, qui dicuntur fratres, deducimus, ubi illi congregati sunt, communes preces et pro nobismetipsis, et pro eo qui illuminatus est, et pro aliis ubique omnibus intento animo facturi, ut veritatis cognitionem adepti, hac etiam gratia dignemur, ut rectam operibus vitam agentes et praeceptorum custodes inveniamur, quo salutem aeternam assequamur. (2) Invicem osculo salutamus, ubi desiimus precari. (3) Deinde ei, qui fratribus praeest, panis affertur, et poculum aquae et vini: quibus ille acceptis laudem et gloriam universorum Parenti per nomen Filii et Spiritus Sancti emittit, et eucharistiam (sive gratiarum actionem) pro his ab illo acceptis donis prolixe exsequitur. (4) Postquam preces et eucharistiam absolvit, populus omnis acclamat Amen. Amen autem Hebraea lingua idem valet ac Fiat. (5) Postquam vero is, qui praeest, preces absolvit, et

σαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσιν.

66. (1) Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν Εὐχαριστία˙ 55
ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρόν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. (2) Οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν˙ ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ Λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφήν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. (3) Οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν˙ λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν «Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου˙ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου»˙ καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν˙ «Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου» [Mt 26, 26 Lc 22, 19] καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. (4) Ὅπερ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα

---

populus omnis acclamavit, qui apud nos dicuntur diaconi panem et vinum et aquam, in quibus gratiae actae sunt, unicuique praesentium participanda distribuunt, et ad absentes perferunt.

66. (1) Atque hoc alimentum apud nos vocatur Eucharistia, 55
cuius nemini alii licet esse participi, nisi qui credat vera esse quae docemus, atque illo ad remissionem peccatorum et regenerationem lavacro ablutus fuerit, et ita vivat ut Christus tradidit. (2) Neque enim ut communem panem, neque ut communem potum ista sumimus; sed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Iesus Christus Salvator noster et carnem et sanguinem habuit nostrae salutis causa; sic etiam illam, in qua per precem ipsius verba continentem gratiae actae sunt, alimoniam, ex qua sanguis et carnes nostrae per mutationem aluntur, incarnati illius Iesu et carnem et sanguinem esse edocti sumus. (3) Nam apostoli in commentariis suis, quae vocantur Evangelia, ita sibi mandasse Iesum tradiderunt: eum scilicet accepto pane, cum gratias egisset, dixisse: *Hoc facite in meam commemorationem: hoc est corpus meum;* et poculo similiter accepto, actisque gratiis dixisse: *Hic est sanguis meus,* ipsisque solis tradidisse. (4) Atque id quidem et in Mi-

μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες. Ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε, ἢ μαθεῖν δύνασθε.

56 67. (1) Ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἀεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν· καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις πᾶσιν ἐπικουροῦμεν, καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί. (2) Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα, εὐλογοῦμεν τὸν Ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου. (3) Καὶ τῇ τοῦ Ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. (4) Εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. (5) Ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ Ἀμήν· (6) καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. (7) Οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι,

---

thrae mysteriis ut fieret, pravi daemones imitati docuerunt. Nam panem et poculum aquae in eius, qui initiatur, mysteriis, quibusdam verbis additis apponi, aut scitis, aut discere potestis.

56 67. (1) Ex illo tempore haec semper nobis invicem in memoriam revocamus; et qui habemus, indigentibus omnibus subvenimus, et semper una sumus. (2) Atque in omnibus oblationibus laudamus Creatorem omnium per Filium eius Iesum Christum et per Spiritum Sanctum. (3) Ac Solis, ut dicitur, die omnium sive urbes sive agros incolentium in eundem locum fit conventus et commentaria apostolorum, aut scripta prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. (4) Deinde, ubi lector desiit, is qui praeest admonitionem verbis et adhortationem ad res tam praeclaras imitandas suscipit. (5) Postea omnes simul consurgimus, et preces emittimus; atque, ut iam diximus, ubi desiimus precari, panis affertur et vinum et aqua: et qui praeest, preces et gratiarum actiones, quantum potest, emittit, et populus acclamat Amen. (6) Et eorum, in quibus gratiae actae sunt, distributio fit et communicatio unicuique praesentium, et absentibus per diaconos mittitur. (7) Qui

κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. (8) Τὴν δὲ τοῦ Ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεός, τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας, κόσμον ἐποίησε, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. (9) Τῇ γὰρ πρὸ τῆς Κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτόν· καὶ τῇ μετὰ τὴν Κρονικήν, ἥτις ἐστὶν Ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς, ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν.

MG 6, 427 sqq. Otto 1, 176 sqq.

## De epistula Hadriani ad Fundanum procons. Asiae.

[Ib. 68.]

(1) Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχεσθαι, τιμήσατε 57
αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε, καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν, κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζετε. (2) Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐκ ἐκφεύξεσθε τὴν ἐσομένην τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐὰν ἐπιμένητε τῇ ἀδικίᾳ· καὶ ἡμεῖς ἐπιβοήσομεν· ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο γενέσθω.

---

abundant et volunt, suo arbitrio, quod quisque vult, largiuntur, et quod colligitur apud eum, qui praeest, deponitur, ac ipse subvenit pupillis et viduis, et iis qui vel ob morbum vel aliam ob causam egent, tum etiam iis, qui in vinculis sunt et advenientibus peregre hospitibus; uno verbo omnium indigentium curam suscipit. (8) Die autem Solis omnes simul convenimus, tum quia prima haec dies est, qua Deus, cum tenebras et materiam vertisset, mundum creavit, tum quia Iesus Christus Salvator noster eadem die ex mortuis resurrexit. (9) Pridie enim Saturni diei eum crucifixerunt, et postridie eiusdem diei, id est Solis die, apostolis suis et discipulis visus ea docuit, quae vobis quoque consideranda tradidimus.

(1) Atque haec quidem si vobis rationi et veritati consentanea 57
videntur, in pretio habete; sin autem nugae vobis videntur, ut nugas contemnite, nec, ut adversus hostes, ita adversus homines innocuos mortem decernite. (2) Vobis enim praedicimus vos Dei iudicium non evitaturos, si in iniustitia permaneatis; ac nos exclamabimus: Quod Deo placet, id fiat.

(3) Καὶ ἐξ ἐπιστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς καθ' ἃ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις γενέσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ κεκρίσθαι τοῦτο ὑπὸ Ἀδριανοῦ μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δίκαια ἀξιοῦν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα. (4) Ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα καὶ κατὰ τοῦτο ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε· καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο· Ἀδριανοῦ ὑπὲρ Χριστιανῶν Ἐπιστολή.

MG 6, 431 sqq. Otto 1, 188 sqq. Epistulam ipsam v. n. 36.

## De sacrificio Eucharistiae.

[Dialogus cum Tryphone Iudaeo 41.]

58 (1) Καὶ ἡ τῆς σεμιδάλεως δὲ προσφορά, ὦ ἄνδρες, ἔλεγον, ἡ ὑπὲρ τῶν καθαριζομένων ἀπὸ τῆς λέπρας προσφέρεσθαι παραδοθεῖσα, τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας, ὃν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους οὗ ἔπαθεν ὑπὲρ τῶν καθαιρομένων τὰς ψυχὰς ἀπὸ πάσης πονηρίας ἀνθρώπων, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν, ἵνα ἅμα τε εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ ὑπέρ τε τοῦ τὸν κόσμον ἐκτικέναι σὺν πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀπὸ τῆς κακίας, ἐν ᾗ γεγόναμεν, ἠλευθερωκέναι ἡμᾶς, καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καταλελυκέναι τελείαν κατάλυσιν διὰ τοῦ παθητοῦ γενομένου κατὰ τὴν βουλὴν αὐτοῦ. (2) Ὅθεν

---

(3) Et cum ex epistula maximi et illustrissimi Caesaris Adriani, parentis vestri, postulare a vobis possemus, ut iudicia, quemadmodum rogavimus, fieri iubeatis; non tamen magis ob hanc causam rogavimus, quod ita constitutum esset ab Adriano; sed quia scimus nos iusta petere, orationem et rerum nostrarum enarrationem confecimus. (4) Adriani autem epistulae exemplum etiam subiecimus, ut in hoc quoque verum a nobis dici perspiciatis. Sic habet illud exemplum: Adriani pro Christianis Epistula.

58 (1) Similae quoque oblatio, viri, aiebam, pro iis, qui a lepra purgabantur, praescripta, figura erat panis Eucharistiae, quem Dominus noster Iesus Christus in recordationem passionis pro his qui ab omni pravitate purgantur susceptae fieri praecepit; ut et simul gratias agamus Deo, tum quod mundum et omnia, quae in eo sunt, propter hominem creaverit; tum quod nos a nequitia, in qua fuimus, liberaverit, et principatus et potestates funditus profligaverit per eum qui de eius voluntate passioni factus est obnoxius. (2) Hinc de sacri-

περὶ μὲν τῶν ὑφ' ὑμῶν τότε προσφερομένων θυσιῶν λέγει ὁ Θεός, ὡς προέφην, διὰ Μαλαχίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα· «Οὐκ ἔστι θέλημά μου ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος· καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά· ὅτι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει Κύριος· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό» [Mal 1, 10 sqq]. (3) Περὶ δὲ τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ὑφ' ἡμῶν τῶν ἐθνῶν προσφερομένων αὐτῷ θυσιῶν, τουτέστι τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου ὁμοίως τῆς Εὐχαριστίας, προλέγει τότε, εἰπὼν καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ δοξάζειν ἡμᾶς, ὑμᾶς δὲ βεβηλοῦν. (4) Ἡ δὲ ἐντολὴ τῆς περιτομῆς, κελεύουσα τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἐκ παντὸς περιτέμνειν τὰ γεννώμενα, τύπος ἦν τῆς ἀληθινῆς περιτομῆς ἣν περιετμήθημεν ἀπὸ τῆς πλάνης καὶ πονηρίας διὰ τοῦ ἀπὸ νεκρῶν ἀναστάντος τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἡμέρᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. (5) Μία γὰρ τῶν σαββάτων, πρώτη μὲν οὖσα τῶν πασῶν ἡμερῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν πάλιν τῶν πασῶν ἡμερῶν τῆς κυκλοφορίας ὀγδόη καλεῖται, καὶ πρώτη οὖσα μένει.

MG 6, 563 sqq. Otto 2, 138 sqq.

---

ficiis quidem, quae tunc a vobis offerebantur, sic Deus, ut iam dixi, per Malachiam, unum ex duodecim, loquitur: *Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus, et sacrificia non suscipiam de manibus vestris, propterea quod ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus; et in omni loco offertur incensum nomini meo et victima pura; quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus. Vos autem illud profanatis.* (3) De iis autem, quae in omni loco a nobis gentibus offeruntur ei, sacrificiis, hoc est, de pane Eucharistiae et de calice similiter Eucharistiae, iam tum praedicit, illud etiam addens, nomen suum a nobis glorificari, a vobis autem profanari. (4) Iam vero praeceptum illud circumcisionis, ut infantes octavo die omnino circumcidantur, figura erat verae circumcisionis, qua ab errore et nequitia per eum, qui a mortuis resurrexit una sabbatorum die, Iesum Christum Dominum nostrum, circumcisi sumus. (5) Una enim sabbatorum, cum prima sit omnium dierum, rursus secundum numerum omnium dierum in orbem elabentium vocatur octava, et prima esse non desinit.

## De propagatione Christianismi.

[Ib. 117, 7—10.]

59 (7) Ὅτι δὲ ἑαυτοὺς πλανᾶτε καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, ἐξηγούμενοι ὅτι περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐν τῇ διασπορᾷ ὄντων ἔλεγεν ὁ λόγος, ὅτι τὰς εὐχὰς αὐτῶν καὶ θυσίας καθαρὰς καὶ εὐαρέστους ἐν παντὶ τόπῳ γενομένας ἔλεγεν, ἐπίγνωτε ὅτι ψεύδεσθε, καὶ ἑαυτοὺς κατὰ πάντα ἀπατᾶν πειρᾶσθε· (8) ὅτι πρῶτον μὲν οὐδὲ νῦν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως δυσμῶν ἐστιν ὑμῶν τὸ γένος, ἀλλ' ἔστι τὰ ἔθνη ἐν οἷς οὐδέπω οὐδεὶς ὑμῶν τοῦ γένους ᾤκησεν. (9) Οὐδὲ ἓν γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ γένος ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων, εἴτε Ἑλλήνων, εἴτε ἁπλῶς ᾡτινιοῦν ὀνόματι προσαγορευομένων, ἢ ἁμαξοβίων ἢ ἀοίκων καλουμένων, ἢ ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκούντων, ἐν οἷς μὴ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι τῷ Πατρὶ καὶ Ποιητῇ τῶν ὅλων γίνονται. (10) Εἶτα δὲ ὅτι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ὅτε ὁ προφήτης Μαλαχίας τοῦτο ἔλεγεν [Mal 1, 11], οὐδέπω ἡ διασπορὰ ὑμῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐν ὅσῃ νῦν γεγόνατε, ἐγεγένητο, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀποδείκνυται.

MG 6, 747 sqq. Otto 2, 420 sq.

---

59 (7) Quod autem et ipsi vos decipitis et magistri vestri, dum Scripturam sic interpretamini, quasi de dispersis vestri generis hominibus dicat, eorum preces et sacrificia in omni loco pura et accepta esse, agnoscite vos mentiri et operam dare ut in omnibus vosmetipsos decipiatis; (8) primum quidem, quia ne nunc quidem ab ortu solis ad occasum diffusum est genus vestrum, ac gentes videre est, in quibus nondum quisquam vestrum habitavit. (9) Nullum enim omnino genus est sive barbarorum, sive Graecorum, sive quolibet nomine appellentur, vel hamaxobiorum qui in plaustris degunt, vel nomadum qui domibus carent, vel scenitarum qui pecora pascentes habitant in tentoriis, nullum, inquam, eiusmodi genus est, in quo non per nomen crucifixi Iesu preces et gratiarum actiones Patri et Creatori universorum fiant. (10) Deinde vero quia, quo tempore propheta Malachias haec dicebat, nondum dispersi eratis in omnes illas terrae partes in quibus nunc estis, id quod etiam ex Scriptura perspicitur.

## DIONYSIUS CORINTHIUS aequalis Soteris (166—174).

### De martyrio Romano ss. Petri et Pauli.

[Ex epistula ad Romanos (apud *Euseb.*, Hist. eccles. 2, 25, 8).]

Ὡς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄμφω καιρὸν ἐμαρτύρησαν, Κορινθίων 60
ἐπίσκοπος Διονύσιος ἐγγράφως Ῥωμαίοις ὁμιλῶν ὧδε παρίστησιν·

«Ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς ὁμοίως ἐδίδαξαν, ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.»

CB Eus. (ed. *Ed. Schwartz*) 2, 178. MG 20, 210.

### De provida caritate Soteris ep. Romani.

[Ex eadem epistula (ib. 4, 23, 9—10).]

(9) Ἔτι τοῦ Διονυσίου καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, 61
ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφωνοῦσα· ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις δι' ὧν τὸ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθὲν Ῥωμαίων ἔθος ἀποδεχόμενος ταῦτα γράφει·

(10) «Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶν τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, Ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν, ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας, ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς ὑπ-

---

Porro ambos uno eodemque tempore martyrium subiisse, Dionysius 60
Corinthiorum episcopus ad Romanos scribens testatur his verbis:

«Ita et vos», inquit, «tanta admonitione vestra sementem, quae Petri ac Pauli satione succreverat, Romanos scilicet et Corinthios, simul commiscuistis. Ambo enim illi in urbem nostram Corinthum ingressi sparso evangelicae doctrinae semine nos instituerunt; et in Italiam simul profecti, cum vos similiter instituissent, eodem tempore martyrium pertulerunt.»

(9) Exstat etiam epistula eiusdem Dionysii ad Romanos, Soteri 61
tunc temporis episcopo Romae urbis nuncupata, ex qua pauca quaedam hic inserere non absurdum fuerit, ubi scilicet ille morem institutumque Romanorum ad persecutionem usque nostra aetate factam perpetuo custoditum magnopere commendans ita scribit:

(10) «Haec enim», inquit, «vobis consuetudo est iam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, atque Ecclesiis multis, quae in singulis urbibus constitutae sunt, necessaria vitae subsidia transmittatis; et hac ratione tum egentium inopiam sublevatis tum fratribus,

ἄρχουσιν ἐπιχορηγοῦντας· δι' ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι φυλάττοντες, ὃ οὐ μόνον διατετήρηκεν ὁ μακάριος ὑμῶν ἐπίσκοπος Σωτήρ, ἀλλὰ καὶ ηὔξηκεν, ἐπιχορηγῶν μὲν τὴν διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους, λόγοις δὲ μακαρίοις τοὺς ἀνιόντας ἀδελφούς, ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος, παρακαλῶν.»

CB Eus. 2, 376 sqq. MG 20, 387.

## De epistula Clementis Romani et de epistularum commercio inter Ecclesias.

[Ib. 4, 23, 11.]

62 Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι· λέγει γοῦν·

«Τὴν σήμερον οὖν Κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνέγνωμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν.»

CB Eus. 2, 378. MG 20, 387 sqq.

# MELITO SARDIANUS scripsit inter 169—177.

## De Nerone et Domitiano persecutoribus.

[Ex Apologia ad Marc. Aurelium (*Euseb.*, Hist. eccles. 4, 26, 9).]

63 «Μόνοι πάντων, ἀναπεισθέντες ὑπό τινων βασκάνων ἀνθρώπων, τὸν καθ' ἡμᾶς ἐν διαβολῇ καταστῆσαι λόγον

---

qui in metallis opus faciunt, necessaria suppeditatis: per haec, quae ab initio transmittere consuevistis, munera, morem institutumque Romanorum a maioribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus episcopus vester Soter non servavit solum, verum etiam adauxit, tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre advenientes tamquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolans.»

62 In hac ipsa etiam epistula meminit Clementis epistulae ad Corinthios scriptae, quam ex prisca consuetudine in ecclesia legi solitam esse testatur his verbis:

«Hodie», inquit, «sacrum diem Dominicum transegimus, in quo epistulam vestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam epistulam, optimis praeceptis ac documentis abundabimus.»

63 «Soli ex omnibus Nero ac Domitianus malevolorum quorundam consiliis inducti religionem nostram criminari

ἠθέλησαν Νέρων καὶ Δομετιανός, ἀφ' ὧν καὶ τὸ τῆς συκοφαντίας ἀλόγῳ συνηθείᾳ περὶ τοὺς τοιούτους ῥυῆναι συμβέβηκεν ψεῦδος.»

CB Eus. 2, 386. MG 20, 395.

## De Rescriptis Hadriani et Antonini Pii pro Christianis.

[Ex eadem Apologia (ib. 4, 26, 10).]

(1) «Ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἄγνοιαν οἱ σοὶ εὐσεβεῖς πατέρες 64
ἐπηνωρθώσαντο, πολλάκις πολλοῖς ἐπιπλήξαντες ἐγγράφως, ὅσοι περὶ τούτων νεωτερίσαι ἐτόλμησαν· ἐν οἷς ὁ μὲν πάππος σου Ἀδριανὸς πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, καὶ Φουνδανῷ δὲ τῷ ἀνθυπάτῳ, ἡγουμένῳ δὲ τῆς Ἀσίας, γράφων φαίνεται. (2) Ὁ δὲ πατήρ σου, καὶ σοῦ τὰ σύμπαντα διοικοῦντος αὐτῷ, ταῖς πόλεσι περὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίζειν περὶ ἡμῶν ἔγραψεν, ἐν οἷς καὶ πρὸς Λαρισαίους καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς καὶ Ἀθηναίους καὶ πρὸς πάντας Ἕλληνας.»

CB Eus. l. c. MG l. c.

# ECCLESIA LUGDUNENSIS scripsit circa 178.

## Commendat Irenaeum Romam proficiscentem.

[Epistula ad Eleutherum Romanum (*Euseb.*, Hist. eccles. 5, 4, 1—2).]

(1) Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες καὶ τὸν Εἰρηναῖον, πρεσβύτερον 65
ἤδη τότ' ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας, τῷ δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίστων, πλεῖστα τῷ ἀνδρὶ μαρτυροῦντες, ὡς αἱ τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον δηλοῦσι φωναί·

---

studuerunt. A quibus deinceps falsa illa adversum nos calumnia manavit ad posteros, ut mos est vulgi, absque ullo iudicio huiusmodi rumoribus fidem adhibere.»

(1) «Verum imperitiam illorum correxerunt piissimi parentes 64
tui, frequentibus rescriptis obiurgantes eos qui adversus religionis nostrae homines novi aliquid moliti essent. Inter quos avus tuus Hadrianus, cum aliis pluribus, tum Fundano Asiae proconsuli litteras dedit. (2) Pater quoque tuus [scil. Antoninus Pius], quo tempore cuncta simul cum ipso administrabas, scripsit ad civitates, ne contra nos tumultus concitarent: nominatim ad Larisaeos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses, ad universos denique Graecos.»

(1) Sed et iidem martyres Irenaeum, qui tunc temporis adhuc 65
presbyter Lugdunensis erat Ecclesiae, supradicto Eleuthero per litteras commendarunt, eum testimonio suo non mediocriter ornantes, sicut ipsorum verba declarant quae sic se habent:

(2) «Χαίρειν ἐν Θεῷ σε πάλιν εὐχόμεθα καὶ ἀεί, πάτερ Ἐλεύθερε. Ταῦτά σοι τὰ γράμματα προετρεψάμεθα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ κοινωνὸν Εἰρηναῖον διακομίσαι, καὶ παρακαλοῦμεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραθέσει, ζηλωτὴν ὄντα τῆς διαθήκης Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ᾔδειμεν τόπον τινὶ δικαιοσύνην περιποιεῖσθαι, ὡς πρεσβύτερον Ἐκκλησίας, ὅπερ ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ, ἐν πρώτοις ἂν παρεθέμεθα.»

CB Eus. 2, 432 sqq. MG 20, 438 sq.

## HEGESIPPUS scripsit circa 180.

### De propinquis Servatoris nostri et de fine persecutionis Domitianae (81—96).

[Apud *Eusebium*, Hist. eccles. 3, 19—20, 7.]

66 19. Τοῦ δ' αὐτοῦ Δομετιανοῦ τοὺς ἀπὸ γένους Δαυὶδ ἀναιρεῖσθαι προστάξαντος, παλαιὸς κατέχει λόγος τῶν αἱρετικῶν τινας κατηγορῆσαι τῶν ἀπογόνων Ἰούδα (τοῦτον δ' εἶναι ἀδελφὸν κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος) ὡς ἀπὸ γένους τυγχανόντων Δαυὶδ καὶ ὡς αὐτοῦ συγγένειαν τοῦ Χριστοῦ φερόντων. Ταῦτα δὲ δηλοῖ κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγων ὁ Ἡγήσιππος·

67 20. (1) «Ἔτι δὲ περιῆσαν οἱ ἀπὸ γένους τοῦ Κυρίου υἱωνοὶ Ἰούδα τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ· οὓς ἐδηλατόρευσαν ὡς ἐκ γένους ὄντας Δαυίδ. Τούτους δ ἠουοκᾶτος ἤγαγεν πρὸς Δομετιανὸν Καίσαρα. Ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ὡς καὶ Ἡρῴδης.

---

(2) «Te per omnia ac perpetuo optamus in Deo valere, pater Eleuthere. Has litteras ut ad te perferret fratrem et collegam nostrum Irenaeum hortati sumus. Quem quidem ut commendatum habeas rogamus, utpote aemulatorem testamenti Christi. Quodsi nobis compertum esset, locum cuidam conferre iustitiam, eum tamquam presbyterum Ecclesiae, hunc enim gradum obtinet, tibi imprimis commendassemus.»

66 19. Cum vero idem Domitianus universos qui a Davide generis sui originem ducerent, interfici iussisset, vetus fama est a quibusdam haereticis delatos esse posteros Iudae (hunc autem secundum carnem fratrem Christi fuisse), utpote qui et Davidis stirpe essent oriundi et ipsius Christi propinquitate fulgerent. Et haec quidem testatur Hegesippus his verbis:

67 20. (1) «His», inquit, «temporibus adhuc supererant quidam ex cognatione Christi, nepotes Iudae illius, qui secundum carnem frater Christi vocabatur. Hos a nonnullis delatos, quod ex regia Davidis stirpe prognati essent, evocatus ad Domitianum Caesarem perduxit. Quippe Domitianus de adventu Christi perinde ac Herodes sibi

(2) Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς εἰ ἐκ Δαυίδ εἰσιν, καὶ ὡμολόγησαν. Τότε ἠρώτησεν αὐτοὺς πόσας κτήσεις ἔχουσιν ἢ πόσων χρημάτων κυριεύουσιν. Οἱ δὲ εἶπαν ἀμφοτέροις ἐννακισχίλια δηνάρια ὑπάρχειν αὐτοῖς μόνα, ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνήκοντος τοῦ ἡμίσεος, καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ἀργυρίοις ἔφασκον ἔχειν, ἀλλ' ἐν διατιμήσει γῆς πλέθρων λ̅θ̅ μόνων, ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν καὶ αὐτοὺς αὐτουργοῦντας διατρέφεσθαι.

(3) Εἶτα δὲ καὶ τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτῶν ἐπιδεικνύναι, 68
μαρτύριον τῆς αὐτουργίας τὴν τοῦ σώματος σκληρίαν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς συνεχοῦς ἐργασίας ἐναποτυπωθέντας ἐπὶ τῶν ἰδίων χειρῶν τύλους παριστάντας. (4) Ἐρωτηθέντας δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁποία τις εἴη καὶ ποῖ καὶ πότε φανησομένη, λόγον δοῦναι ὡς οὐ κοσμικὴ μὲν οὐδ' ἐπίγειος, ἐπουράνιος δὲ καὶ ἀγγελικὴ τυγχάνοι, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος γενησομένη, ὁπηνίκα ἐλθὼν ἐν δόξῃ κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκροὺς καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ· (5) ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτῶν κατεγνωκότα τὸν Δομετιανόν, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐτελῶν καταφρονήσαντα, ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀνεῖναι, καταπαῦσαι δὲ διὰ προστάγματος τὸν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας διωγμόν. (6) Τοὺς δὲ

---

metuebat. (2) Interrogati igitur ab illo, utrum ex stirpe Davidis essent oriundi, id verissimum esse confessi sunt. Deinde sciscitatus est ex illis Domitianus, quantas possessiones quantumve pecuniae haberent. Illi vero novem tantummodo denariorum milia sibi ambobus suppetere dixerunt, quorum dimidia pars singulis competeret, eas vero facultates nequaquam se in argento habere, sed in aestimatione agrorum, novem scilicet ac triginta soli iugerum, ex quorum fructibus et tributa solverent et sibi ipsis non sine proprio labore victum compararent.

(3) Simulque manus ostendere coeperunt, duritiem cutis, 68
impressumque alte manibus callum ex laboris assiduitate, in testimonium operis sui proferentes. (4) Postremo interrogati de Christo et de regno illius, cuiusmodi id esset, et quando quibusve in locis appariturum, responderunt, non huius mundi nec terrarum imperium illud esse, sed angelicum et caeleste, quod in fine saeculorum futurum esset; tunc, cum Christus adveniens cum gloria vivos simul et mortuos iudicabit et unicuique operum suorum mercedem tribuet. (5) His auditis Domitianus nihil adversus illos asperius decrevit, sed vilitatem hominum aspernatus liberos abire iussit; missoque edicto persecutionem adversus Ecclesiam commotam compescuit.

ἀπολυθέντας ἡγήσασθαι τῶν Ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν δὴ μάρτυρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας τοῦ Κυρίου, γενομένης τε εἰρήνης, μέχρι Τραϊανοῦ παραμεῖναι αὐτοὺς τῷ βίῳ.» (7) Ταῦτα μὲν ὁ Ἡγήσιππος.

CB Eus. 2, 232 sqq. MG 20, 251 sqq.

## Series episcoporum Romanorum.

[Ib. 4, 22, 1—3.]

69 (1) Ὁ μὲν οὖν Ἡγήσιππος ἐν πέντε τοῖς εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσιν ὑπομνήμασιν τῆς ἰδίας γνώμης πληρεστάτην μνήμην καταλέλοιπεν· ἐν οἷς δηλοῖ ὡς πλείστοις ἐπισκόποις συμμίξειεν ἀποδημίαν στειλάμενος μέχρι Ῥώμης, καὶ ὡς ὅτι τὴν αὐτὴν παρὰ πάντων παρείληφεν διδασκαλίαν. Ἀκοῦσαί γέ τοι πάρεστιν μετά τινα περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα ἐπιλέγοντος ταῦτα·

70 (2) «Καὶ ἐπέμενεν ἡ Ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ· οἷς συνέμιξα πλέων εἰς Ῥώμην καὶ συνδιέτριψα τοῖς Κορινθίοις ἡμέρας ἱκανάς, ἐν αἷς συνανεπάημεν τῷ ὀρθῷ λόγῳ· (3) γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου· οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος, καὶ παρὰ

---

(6) Illos vero ad hunc modum dimissos, Ecclesiis posthac praefuisse narrant, utpote Christi martyres simul ac propinquos; et pace demum Ecclesiae reddita ad Traiani usque tempora vitam perduxisse.» (7) Haec quidem Hegesippus.

69 (1) Hegesippus quidem in quinque commentariorum libris qui ad nos pervenerunt, luculentissima fidei suae testimonia nobis reliquit. Scribit enim se, cum Romam proficisceretur, plurimos episcopos adiisse et ab omnibus unam eandemque audivisse doctrinam. Idem, postquam de Clementis ad Corinthios epistula quaedam commemoravit, haec addit, quae nos si placet audiamus:

70 (2) «Et Corinthiorum quidem», inquit, «Ecclesia in recta fide permansit usque ad Primum, eiusdem loci episcopum, quocum familiariter collocutus sum, dum Romam navigarem; nec paucos dies versatus sum cum Corinthiis mutuamque ex recta fide consolationem cepimus. (3) Romam vero cum venissem, episcoporum catalogum confeci usque ad Anicetum[1], cuius tum diaconus erat Eleutherus. Post

---

[1] Ita vertendum esse, luculenter defendit *F. X. Funk*, Kirchengesch. Abh. 1, 373 sqq. (Paderborn 1897), vide etiam *J. Chapman*, Rev. Bén. 1902, 13 sqq.; illa verba significare traditionem vel receptionem verae doctrinae ab uno ad alterum proposuerunt *C. H. Turner* et *E. Caspar*, vide Altaner, Patrologie 1938, 77. *Rufinus* habet: «permansi inibi, donec Aniceto Soter et Soteri successit Eleutherus.»

Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτήρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. Ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει ὡς ὁ νόμος κηρύσσει καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος.»

CB Eus. 2, 368 sqq. MG 20, 378 sq.

## PASSIO SANCTORUM SCILITANORUM anno 180.

### Acta proconsularia.

(1) Praesente bis et Claudiano consulibus, XVI Kalendas 71*
Augustas, Kartagine in secretario impositis Sperato, Nartzalo et Cittino, Donata, Secunda, Vestia,

Saturninus proconsul dixit: Potestis indulgentiam domni nostri imperatoris promereri, si ad bonam mentem redeatis. (2) Speratus dixit: Numquam malefecimus, iniquitati nullam operam praebuimus; numquam malediximus, sed male accepti gratias egimus: propter quod imperatorem nostrum observamus.

(3) Saturninus proconsul dixit: Et nos religiosi sumus, et simplex est religio nostra, et iuramus per genium domni nostri imperatoris, et pro salute eius supplicamus, quod et vos quoque facere debetis. (4) Speratus dixit: Si tranquillas praebueris aures tuas, dico mysterium simplicitatis. (5) Saturninus dixit: Initianti tibi mala de sacris nostris aures non praebeo; sed potius iura per genium domni nostri imperatoris. (6) Speratus dixit: Ego imperium huius seculi non cognosco: sed magis illi Deo servio, quem nemo hominum vidit nec videre his oculis potest. Furtum non feci; sed si quid emero, teloneum reddo: quia cognosco Dominum meum, regem regum et imperatorem omnium gentium. (7) Saturninus proconsul dixit ceteris: Desinite huius esse persuasionis. (8) Speratus dixit: Mala est persuasio homicidium facere, falsum testimonium dicere. (9) Saturninus proconsul dixit: Nolite huius dementiae esse participes. (10) Cittinus dixit: Nos non habemus alium quem timeamus, nisi Dominum Deum nostrum qui est in caelis. (11) Donata dixit: Honorem Caesari quasi Caesari, timorem autem Deo. (12) Vestia dixit: Christiana sum. (13) Secunda dixit: Quod sum, ipsud volo esse. (14) Saturninus proconsul Sperato dixit: Perseveras Christianus? (15) Speratus dixit: Christianus sum. Et cum eo omnes consenserunt.

---

obitum deinde Aniceti successit Soter, quem excepit Eleutherus. In singulis autem episcoporum successionibus et per singulas urbes eadem manent, quae per legem ac prophetas et a Domino ipso praedicata sunt.»

72 (16) Saturninus proconsul dixit: Numquid ad deliberandum spatium vultis? (17) Speratus dixit: In re tam iusta nulla est deliberatio. (18) Saturninus proconsul dixit: Quae sunt res in capsa vestra? (19) Speratus dixit: Libri et epistulae Pauli viri iusti. (20) Saturninus proconsul dixit: Moram XXX dierum habete et recordemini! (21) Speratus iterum dixit: Christianus sum. Et cum eo omnes consenserunt.

73 (22) Saturninus proconsul decretum ex tabella recitavit: Speratum, Nartzalum, Cittinum, Donatam, Vestiam, Secundam et ceteros ritu Christiano se vivere confessos, quoniam oblata sibi facultate ad Romanorum morem redeundi obstinanter perseveraverunt, gladio animadverti placet.

74 (23) Speratus dixit: Deo gratias agimus. (24) Nartzalus dixit: Hodie martyres in caelis sumus: Deo gratias.

75 (25) Saturninus proconsul per praeconem dici iussit: Speratum, Nartzalum, Cittinum, Veturium, Felicem, Aquilinum, Lactantium, Ianuariam, Generosam, Vestiam, Donatam, Secundam duci iussi.

76 (26) Universi dixerunt: Deo gratias. (27) Et ita omnes simul martyrio coronati sunt, et regnant cum Patre et Filio et Spiritu Sancto per omnia saecula saeculorum. Amen.

Ed. *Robinson* in «Texts and Studies» 1, 2 (Cambridge 1891, University Press), 112 sqq

## MARCUS AURELIUS imp. 161—180.

### Dictum de Christianis.

[Commentariorum quos sibi scripsit 11, 3.]

*77 (1) Οἵα ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος, καὶ ἤτοι σβεσθῆναι, ἢ σκεδασθῆναι, ἢ συμμεῖναι. (2) Τὸ δὲ ἕτοιμον τοῦτο, ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται, μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ Χριστιανοί, ἀλλὰ λελογισμένως, καὶ σεμνῶς, καὶ ὥστε καὶ ἄλλον πεῖσαι, ἀτραγῴδως.

Ed. *Ioa. Stich* (Lipsiae 1903, BT) 144.

---

77 (1) Qualis est animus promptus, si iam debeat a corpore solvi atque vel exstingui vel dissolvi vel permanere. (2) Haec tamen promptitudo ut a proprio iudicio proficiscatur, nequaquam a mera obstinatione, ut in Christianis, sed re bene deliberata et cum gravitate et, ut etiam alii persuaderi possit, sine fastu tragico.

## MARTYRIUM CARPI, PAPYLI, AGATHONICES
tempore Marci Aurelii (161—180) vel Decii (249—251).

### Acta proconsularia.

(1) Ἐνδημοῦντος τοῦ ἀνθυπάτου ἐν Περγάμῳ προσ- 78
ήχθησαν αὐτῷ οἱ μακάριοι Κάρπος καὶ Παπύλος, μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ. (2) Ὁ δὲ ἀνθύπατος προκαθίσας ἔφη· τίς καλῇ; (3) Ὁ δὲ μακάριος ἔφη· τὸ πρῶτον καὶ ἐξαίρετον ὄνομα Χριστιανός, εἰ δὲ τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ζητεῖς, Κάρπος. (4) Ὁ ἀνθύπατος εἶπεν· ἔγνωσταί σοι πάντως τὰ προστάγματα τῶν Αὐγούστων περὶ τοῦ δεῖν ὑμᾶς σέβειν τοὺς θεοὺς τοὺς τὰ πάντα διοικοῦντας· ὅθεν συμβουλεύω ὑμῖν προσελθεῖν καὶ θῦσαι.

(5) Κάρπος εἶπεν· ἐγὼ Χριστιανός εἰμι, Χριστὸν τὸν 79
Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σέβομαι, τὸν ἐλθόντα ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐπὶ σωτηρίᾳ ἡμῶν καὶ ῥυσάμενον ἡμᾶς τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου, τοιούτοις δὲ εἰδώλοις οὐ θύω. (6) Ποίει ὃ θέλεις· ἐμὲ γὰρ ἀδύνατον θῦσαι κιβδήλοις φάσμασιν δαιμόνων· οἱ γὰρ τούτοις θύοντες ὅμοιοι αὐτοῖς εἰσιν. (7) Ὥσπερ γὰρ οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταί — κατὰ τὴν θείαν ὑπόμνησιν τοῦ Κυρίου, οἱ «ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ» προσκυνοῦντες τῷ Θεῷ [cf. Io 4, 23] — ἀφομοιοῦνται τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ καὶ εἰσὶν μετ' αὐτοῦ ἀθάνατοι, μεταλαβόντες τῆς αἰωνίου ζωῆς διὰ τοῦ Λόγου, οὕτως καὶ οἱ τούτοις λατρεύοντες ἀφομοιοῦνται τῇ

---

(1) Dum commoratur proconsul Pergami, adducti sunt 78
ei beati Carpus et Papylus, martyres Christi. (2) Proconsul, sedens pro tribunali, dixit: Quis vocaris? (3) Beatus: Primum mihi, inquit, atque eximium nomen Christianus; sin illud quaeris, quo in mundo appellor, Carpus. (4) Proconsul dixit: Innotuerunt tibi certe decreta Imperatorum, quibus iubemini deos colere, quorum numine omnia reguntur; quare suadeo tibi, ut accedas et sacrifices.

(5) Carpus respondit: Ego Christianus sum; Christum, 79
Filium Dei, colo, qui novissimis his temporibus venit ad salutem nostram et nos a fraude diaboli eripuit; talibus vero simulacris non sacrifico. (6) Fac, quod vis! Ego enim non possum sacrificare fallacibus spectris daemonum; nam ii, qui his sacrificant, similes iis sunt. (7) Etenim sicut veri adoratores — qui secundum divinum illud Domini effatum *in spiritu et veritate* Deum adorant — Dei gloriae similes evadunt atque cum eo sunt immortales, aeternae vitae per Verbum participes facti, ita etiam ii, qui his cultum exhibent, similes evadunt vanitati

ματαιότητι τῶν δαιμόνων καὶ σὺν αὐτοῖς ἀπόλλυνται ἐν γεέννῃ. (8) Δίκη γὰρ δικαία ἐστὶν μετὰ τοῦ πλανήσαντος τὸν ἄνθρωπον, τὸ ἐξαίρετον κτίσμα τοῦ Θεοῦ, λέγω δὴ τοῦ διαβόλου, τοῦ παραζηλώσαντος οἰκείᾳ πονηρίᾳ ⟨τοὺς δαίμονας⟩ ἐπὶ τοῦτο. Ὅθεν γίνωσκε, ἀνθύπατε, μὴ θύειν με τούτοις.

80 (9) Ὁ δὲ ἀνθύπατος θυμωθεὶς ἔφη· θύσατε τοῖς θεοῖς καὶ μὴ μωραίνετε. (10) Κάρπος ὑπομειδιάσας εἶπεν· θεοί, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν. (11) Ὁ ἀνθύπατος εἶπεν· θῦσαί σε δεῖ· οὕτως γὰρ ἐκέλευσεν ὁ Αὐτοκράτωρ. (12) Κάρπος εἶπεν· οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς οὐ θύουσιν. (13) Ὁ ἀνθύπατος εἶπεν· οἱ θεοὶ δοκοῦσίν σοι νεκροὶ εἶναι;

81 (14) Κάρπος εἶπεν· θέλεις ἀκοῦσαι; Οὗτοι οὔτε ἄνθρωποι ὄντες ποτὲ ἔζησαν, ἵνα καὶ ἀποθάνωσιν. (15) Θέλεις δὲ μαθεῖν ὅτι ἀληθές ἐστι τοῦτο; Ἆρον τὴν τιμήν σου ἀπ' αὐτῶν, ἣν δοκεῖς προσφέρειν αὐτοῖς, καὶ γνώσῃ ὅτι οὐθέν εἰσιν· ὕλη γῆς ὑπάρχοντα καὶ τῷ χρόνῳ φθειρόμενα. (16) Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν ἄχρονος ὢν καὶ τοὺς αἰῶνας ποιήσας, αὐτὸς ἄφθαρτος καὶ αἰώνιος διαμένει, ὁ αὐτὸς ἀεὶ ὤν, μήτε αὔξησιν μήτε μείωσιν ἐπιδεχόμενος· οὗτοι δὲ καὶ γίνονται ὑπὸ ἀνθρώπων καὶ φθείρονται, ὡς ἔφην, ὑπὸ τοῦ χρόνου. (17) Τὸ δὲ χρησμεύειν καὶ ἀπατᾶν αὐτοὺς μὴ θαυμάσῃς·

---

daemonum, et cum iis in gehenna pereunt. (8) Nam poena iusta est cum eo, qui hominem, eximiam hanc Dei creaturam, seduxit, diabolum dico, qui propria malitia ⟨daemones⟩ ad invidendum homini incitavit. Scito igitur, proconsul, me his non sacrificare.

80 (9) Tum proconsul iratus dixit: Sacrificate diis et nolite tam stulte agere! (10) Carpus subridens: Dii, inquit, qui caelum et terram non fecerunt, pereant! (11) Proconsul dixit: Sacrificare debes; nam ita praecepit Imperator. (12) Carpus respondit: Vivi mortuis non sacrificant. (13) Proconsul dixit: Dii tibi videntur mortui esse?

81 (14) Carpus dixit: Visne audire? Hi ne homines quidem fuerunt aut umquam vixerunt, ut morerentur. (15) An vis cognoscere hoc verum esse? Adime iis honorem, quo te putas illos afficere, et cognosces eos nihil esse: materia sunt et cum tempore intereunt. (16) Etenim Deus noster, cum sit temporis expers et saecula fecerit, ipse incorruptus et aeternus permanet, idem semper exsistens et neque augmentum neque detrimentum patitur; sed hi et ab hominibus fiunt et tempore, ut dixi, corrumpuntur. (17) Quod vero oracula edunt et homines

ὁ γὰρ διάβολος ἀπ' ἀρχῆς πεσὼν ἐκ τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ τάξεως, οἰκείᾳ μοχθηρίᾳ τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ στοργὴν ⟨πολεμεῖ⟩ καὶ καταπιεζόμενος ὑπὸ τῶν ἁγίων, τούτοις ἀνταγωνίζεται καὶ προκατασκευάζει πολέμους καὶ προλαμβάνων ἀπαγγέλλει τοῖς ἰδίοις. (18) Ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν καθ' ἡμέραν ἡμῖν συμβαινόντων, ἀρχαιότερος ὢν τῷ χρόνῳ, ἀποπειράσας τὰ συμβησόμενα προλέγει, ἅπερ αὐτὸς μέλλει κακοποιεῖν. (19) Ἔχει γὰρ ἐκ τῆς ἀποφάσεως τοῦ Θεοῦ τὴν ἀδικίαν ⟨καὶ⟩ τὸ εἰδέναι, καὶ κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ πειράζει τὸν ἄνθρωπον, ζητῶν πλανῆσαι τῆς εὐσεβείας. (20) Πείσθητι οὖν μοι, ὑπατικέ, ὅτι ἐν ματαιότητί ἐστε οὐ μικρᾷ.

(21) Ὁ ἀνθύπατος εἶπεν· πολλὰ ἐάσας σε φλυαρῆσαι 82
εἰς βλασφημίαν ἤγαγόν ⟨σε⟩ τῶν θεῶν καὶ τῶν Σεβαστῶν· ἵνα οὖν μὴ ἐπὶ πλεῖόν σοι προχωρήσῃ, θύεις ἢ τί λέγεις; (22) Κάρπος εἶπεν· ἀδύνατον ὅτι θύω, οὐ γὰρ πώποτε ἔθυσα εἰδώλοις. (23) Εὐθὺς οὖν ἐκέλευσεν αὐτὸν κρεμασθέντα ξέεσθαι. Ὁ δὲ ἔκραζεν· Χριστιανός εἰμι. Ἐπὶ πολὺ δὲ ξεόμενος ἔκαμνεν καὶ οὐκέτι ἴσχυσεν λαλῆσαι.

(24) Καὶ ἐάσας τὸν Κάρπον ὁ ἀνθύπατος ἐπὶ τὸν Πα- 83
πύλον ἐτρέπετο, λέγων αὐτῷ· βουλευτὴς εἶ; (25) Ὁ δὲ λέγει· πολίτης εἰμί. (26) Ὁ ἀνθύπατος εἶπεν· τίνων

---

fallunt, noli mirari. Namque diabolus a primaeva sua gloriosa sede lapsus, propria perversitate ei caritati, qua Deus hominem amplectitur ⟨se opponit⟩, et quia a sanctis supprimitur, his adversatur, et contra eos bella parat et suis ea quae facturus est ante annuntiat. (18) Similiter etiam ex iis, quae cotidie nobis eveniunt, magna experientia instructus (est enim aetate antiquior) futura praedicit, quae ipse machinatur. (19) Habet enim ex sententia Dei iniustitiam ⟨et⟩ scientiam, et permissu Dei tentat hominem, atque id agit, ut eum a pietate seducat. (20) Crede igitur mihi, consularis, vos in vanitate esse haud parva.

(21) Proconsul dixit: Eo quod te multa fabulari sivi, 82
⟨te⟩ ad maledicendum diis atque Augustis induxi. Itaque ut ne amplius progrediaris — sacrificasne? an quid dicis? (22) Carpus dixit: Fieri non potest, ut sacrificem; neque enim umquam sacrificavi simulacris. (23) Continuo igitur iussit eum suspensum radi. Is vero clamabat: Christianus sum. Et cum diu raderetur, defetiscebatur nec iam valuit loqui.

(24) Carpoque relicto proconsul ad Papylum se con- 83
vertebat, dicens ei: Decurio es? (25) Qui dicit: Civis sum. (26) Proconsul dixit: Cuius urbis civis? (27) Papylus

πολίτης; (27) Παπύλος εἶπεν· Θυατείρων. (28) Ὁ ἀνθύπατος εἶπεν· τέκνα ἔχεις; (29) Παπύλος εἶπεν· καὶ πολλὰ διὰ τὸν Θεόν.

84 (30) Εἷς δέ τις τῶν ἐκ τοῦ δήμου ἐβόησεν λέγων· κατὰ τὴν πίστιν αὐτοῦ τῶν Χριστιανῶν λέγει τέκνα ἔχειν. (31) Ὁ ἀνθύπατος εἶπεν· διὰ τί ψεύδῃ λέγων τὰ τέκνα ἔχειν; (32) Παπύλος εἶπεν· θέλεις μαθεῖν ὅτι οὐ ψεύδομαι, ἀλλ' ἀληθῆ λέγω; Ἐν πάσῃ ἐπαρχίᾳ καὶ πόλει εἰσίν μου τέκνα κατὰ Θεόν. (33) Ὁ ἀνθύπατος εἶπεν· θύεις ἢ τί λέγεις; (34) Παπύλος εἶπεν· ἀπὸ νεότητος Θεῷ δουλεύω, καὶ οὐδέποτε εἰδώλοις ἔθυσα, ἀλλ' εἰμὶ Χριστιανός, καὶ πλέον τούτου παρ' ἐμοῦ ἀκοῦσαι οὐκ ἔχεις· οὐδὲ γὰρ μεῖζον τούτου ἢ κάλλιόν ἐστίν τι εἰπεῖν με. (35) Ἀνακρεμασθεὶς δὲ καὶ οὗτος καὶ ξεόμενος ζυγὰς τρεῖς ἤλλαξεν καὶ φωνὴν οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ἀπεδέχετο τὸν θυμὸν τοῦ ἀντικειμένου.

85 (36) Ἰδὼν δὲ ὁ ἀνθύπατος τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτῶν ὑπομονὴν κελεύει αὐτοὺς ζῶντας καῆναι καὶ κατερχόμενοι ἔσπευδον οἱ ἀμφότεροι ἐπὶ τὸ ἀμφιθέατρον, ὅπως ταχέως ἀπαλλαγῶσιν τοῦ κόσμου.

86 (37) Καὶ πρῶτος ὁ Παπύλος προσηλωθεὶς εἰς τὸ ξύλον ἀνωρθώθη, καὶ προσενεχθέντος τοῦ πυρὸς ἐν ἡσυχίᾳ προσευξάμενος παρέδωκεν τὴν ψυχήν.

---

dixit: Thyatirorum. (28) Proconsul dixit: Liberosne habes? (29) Papylus respondit: Et quidem multos per Deum.

84 (30) Unus tum aliquis e vulgo clamavit et dixit: Secundum fidem suam christianam se dicit multos liberos habere. (31) Proconsul dixit: Quare mentiris ac dicis te liberos habere? (32) Papylus dixit: Visne cognoscere me non mentiri, sed vera dicere? In omni provincia et urbe sunt mihi liberi per Deum. (33) Proconsul dixit: Sacrificasne? an quid dicis? (34) Papylus: Ab adulescentia, inquit, Deo servio, neque umquam simulacris sacrificavi, sed sum Christianus; et plura a me audire non habes, neque enim hoc aut maius aut melius quidquam dicere possum. (35) Deinde et ipse suspensus et rasus, ter binis scalpris cruciatus est[1] et vocem nullam emisit, sed ut genuinus athleta iram adversarii sustinebat.

85 (36) Visa proconsul praestanti eorum patientia iubet eos vivos cremari; et descendentes properabant ambo ad amphitheatrum, ut celeriter e mundo discederent.

86 (37) Ac primus quidem Papylus clavis ligno affixus elevatus est et admoto igne tranquille precatus animam tradidit.

---

[1] Ad litteram: «tria paria mutavit».

(38) Καὶ μετὰ τοῦτον προσηλωθεὶς ὁ Κάρπος προσ- 87
εμειδίασεν· οἱ δὲ παρεστῶτες ἐκπλησσόμενοι ἔλεγον αὐτῷ· τί ἐστιν, ὅτι ἐγέλασας; (39) Ὁ δὲ μακάριος εἶπεν· Εἶδον τὴν δόξαν Κυρίου καὶ ἐχάρην, ἅμα δὲ καὶ ὑμῶν ἀπηλλάγην καὶ οὔκ εἰμι μέτοχος τῶν ὑμετέρων κακῶν. (40) Ὡς δὲ ὁ στρατιώτης τὰ ξύλα ἐπιτιθεὶς ὑφῆπτεν, ὁ ἅγιος Κάρπος κρεμώμενος εἶπεν· καὶ ἡμεῖς τῆς αὐτῆς μητρὸς ἐγεννήθημεν Εὔας καὶ τὴν αὐτὴν σάρκα ἔχομεν, ἀλλ' ἀφορῶντες εἰς τὸ δικαστήριον τὸ ἀληθινὸν πάντα ὑπομένωμεν. (41) Ταῦτα εἰπὼν καὶ προσφερομένου τοῦ πυρὸς προσηύξατο λέγων· εὐλογητὸς εἶ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ὅτι κατηξίωσας καὶ ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν ταύτης σου τῆς μερίδος. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἀπέδωκεν τὴν ψυχήν.

(42) Ἀγαθονίκη δέ τις ἑστῶσα καὶ ἰδοῦσα τὴν δόξαν 88
τοῦ Κυρίου, ἣν ἔφη ὁ Κάρπος ἑωρακέναι, καὶ γνοῦσα τὴν κλῆσιν εἶναι οὐράνιον εὐθέως ἐπῆρεν τὴν φωνήν· τὸ ἄριστον τοῦτο ἐμοὶ ἡτοίμασται, δεῖ οὖν με μεταλαβοῦσαν φαγεῖν τοῦ ἐνδόξου ἀρίστου.

(43) Ὁ δὲ δῆμος ἐβόα λέγων· ἐλέησόν σου τὸν υἱόν. 89
(44) Εἶπεν δὲ ἡ μακαρία Ἀγαθονίκη· Θεὸν ἔχει τὸν δυνάμενον αὐτὸν ἐλεῆσαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ πάντων προνοητής· ἐγὼ δὲ ἐφ' ᾧ πάρειμι; Καὶ ἀποδυσαμένη τὰ ἱμάτια αὐτῆς,

---

(38) Et post hunc Carpus clavis affixus subrisit; ii vero, qui 87
adstabant, mirantes dixerunt ei: Quid est cur riseris? (39) Beatus vero: Vidi, inquit, gloriam Domini et gavisus sum, ac simul a vobis liberor nec vestrorum malorum consors sum. (40) Cum deinde miles ligna apposita succenderet, sanctus Carpus pendens dixit: Nos quoque ab eadem matre Heva nati sumus eandemque carnem habemus; sed aspiciamus verum illud tribunal, et omnia patienter toleremus! (41) Haec locutus, dum ignis apponitur, precatus est dicens: Benedictus es, Domine Iesu Christe, Fili Dei, quod etiam me peccatorem hac tua sorte dignatus es. Quae cum dixisset, animam reddidit.

(42) Agathonice autem, mulier quaedam, quae adstabat, 88
cum vidisset gloriam Domini, quam Carpus se conspexisse dixerat, et cognovisset vocationem esse caelestem, subito exclamavit: Prandium istud mihi paratum est; oportet me igitur participem fieri ac de glorioso hoc prandio comedere.

(43) Vulgus clamabat, dicens: Miserere tui filii! (44) Beata 89
vero Agathonice dixit: Deum habet, qui potest eius misereri, nam ipse omnium est provisor. Ego autem, ad quid adsum? Et exutis vestimentis iubilans se ipsa stravit super lignum.

ἀγαλλιωμένη ἐφήπλωσεν ἑαυτὴν ἐπὶ τὸ ξύλον. (45) Οἱ δὲ ἰδόντες ἐθρήνησαν λέγοντες· δεινὴ κρίσις καὶ ἄδικα προστάγματα.

90 (46) Ἀνορθωθεῖσα δὲ καὶ τοῦ πυρὸς ἀψαμένη ἕως τρὶς ἐβόησεν εἰποῦσα· Κύριε, Κύριε, Κύριε, βοήθει μοι, πρὸς σὲ γὰρ κατέφυγα. (47) Καὶ οὕτως ἀπέδωκεν τὸ πνεῦμα καὶ ἐτελειώθη σὺν τοῖς ἁγίοις· ὧν τὰ λείψανα λαθραίως οἱ Χριστιανοὶ ἀνειλημμένοι διεφύλαξαν εἰς δόξαν Χριστοῦ καὶ ἔπαινον τῶν μαρτύρων αὐτοῦ, ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

**Ed.** *A. Harnack*, **Texte und Untersuchungen III 4 (Leipzig 1888, Hinrichs) 440 sqq.**

## POLYCRATES EP. EPHESINUS scripsit circa 190.

### De quaestione paschali ad Victorem Romanum (189—198).

[Apud *Eusebium*, Hist. eccles. 5, 24, 1—8.]

91 (1) Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων τὸ πάλαι πρότερον αὐτοῖς παραδοθὲν διαφυλάττειν ἔθος χρῆναι διισχυριζομένων ἡγεῖτο Πολυκράτης· ὃς καὶ αὐτὸς ἐν ᾗ πρὸς Βίκτορα καὶ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν διετυπώσατο γραφῇ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν ἐκτίθεται διὰ τούτων·

92 (2) «Ἡμεῖς οὖν ἀρᾳδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν, μήτε προστιθέντες μήτε ἀφαιρούμενοι. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν

---

(45) Quod qui videbant, lamentati sunt dicentes: Crudele iudicium et iniusta imperia!

90 (46) Tum ipsa quoque in altum sublata est atque ignem tetigit et ter clamavit dicens: Domine, Domine, Domine, auxiliare mihi, nam ad te confugi! (47) Et sic reddidit spiritum et consummata est cum sanctis. Quorum reliquias clam Christiani sublatas servaverunt ad gloriam Christi et laudem martyrum eius; quia ipsi decet gloria et imperium, Patri et Filio et Spiritui Sancto, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

91 **(1) Episcopis vero Asiae, qui morem sibi a maioribus traditum retinendum esse acriter contendebant, Polycrates praeerat. Qui quidem in ea epistula, quam ad Victorem et ad Romanae urbis Ecclesiam scripsit, traditionem ad sua tempora propagatam exponit his verbis:**

92 (2) «Nos igitur verum ac genuinum agimus diem, nec addentes quidquam nec detrahentes. Etenim in Asia magna

μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται· ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν καὶ ἀναζητήσει πάντας τοὺς ἁγίους, Φίλιππον τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν Ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται. (3) Ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκὼς καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος. (4) Οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται, ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ἐν Σμύρνῃ, καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· καὶ Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. (5) Τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται, ἔτι δὲ καὶ Παπίριον τὸν μακάριον καὶ Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν Ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον, ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσιν περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπήν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται;

(6) Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσ- 93
καιδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες· ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά

---

quaedam lumina exstincta sunt, quae illo adventus Dominici die resurrectura sunt, cum Dominus e caelo veniet plenus maiestate et gloria sanctosque omnes requiret. In quibus est Philippus, unus e duodecim apostolis, mortuus Hierapoli, et duae eius filiae, quae virgines consenuerunt; alia quoque eiusdem filia, quae Spiritu Sancto afflata vixit et Ephesi requiescit. (3) Praeterea Ioannes, qui in sinu Domini recubuit, qui etiam sacerdos fuit et laminam gestavit, martyr denique et doctor exstitit. (4) Hic, inquam, [Ioannes] Ephesi extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui Smyrnae episcopus et martyr fuit, itemque Thraseas, Eumeniae episcopus et martyr, qui Smyrnae requiescit. (5) Quid Sagarim episcopum eundemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceae est mortuus? Quid beatum Papirium, quid Melitonem eunuchum, qui Spiritu Sancto afflatus cuncta gessit, qui et Sardibus sepultus est, adventum Domini de caelis, in quo resurrecturus est, exspectans?

(6) Hi omnes diem Paschae quarta decima luna iuxta 93
Evangelium observarunt, nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates ex traditione cognatorum meorum,

τισιν αὐτῶν· ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυεν τὴν ζύμην.

94 (7) Ἐγὼ οὖν, ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς καὶ πᾶσαν ἁγίαν Γραφὴν διεληλυθώς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις· οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι· ‚πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις‘» [Act 5, 29].

95 (8) Τούτοις ἐπιφέρει περὶ τῶν γράφοντι συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων ταῦτα λέγων·

«Ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ καὶ μετεκαλεσάμην· ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πλήθη εἰσίν· οἳ δὲ εἰδότες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον συνηυδόκησαν τῇ ἐπιστολῇ, εἰδότες ὅτι εἰκῇ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλ' ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι.»

CB Eus. 2 (ed. *Ed. Schwartz*), 490 sqq MG 20, 494 sqq.

## IRENAEUS EP. LUGDUNENSIS obiit 202.

### De Polycarpo, discipulo Ioannis apostoli.

[Ex epistula ad Florinum presb. Romanum (apud *Eus.*, Hist. eccles. 5, 20, 5–6).]

96 (5) «Εἶδον γάρ σε, παῖς ἔτι ὤν, ἐν τῇ κάτω Ἀσίᾳ παρὰ Πολυκάρπῳ.... (6) Μᾶλλον γὰρ τὰ τότε διαμνημονεύω τῶν

---

quorum etiam nonnullos assectatus sum; fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis episcopi, quibus ego octavus accessi. Qui quidem omnes semper Paschae diem tunc celebrarunt, cum Iudaeorum populus fermentum abiceret.

94 (7) Ego, inquam, fratres, quinque et sexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus ex toto orbe venientibus sermones saepe contuli, qui Scripturam sacram omnem perlegi, nihil moveor iis, quae nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis, qui me longe maiores erant, dictum scio: *Oboedire oportet Deo magis quam hominibus.*»

95 (8) Post haec de episcopis qui simul aderant, cum haec scriberet, et eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur:

«Possem etiam episcoporum qui mecum sunt facere mentionem, quos petiistis ut convocarem, sicut et feci. Quorum nomina si ascripsero, ingens numerus videbitur. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistulam nostram assensu suo comprobarunt, gnari me canos istos non frustra gestare, sed vitam ex praeceptis institutisque Iesu Christi semper egisse.»

96 (5) «Vidi enim te, cum adhuc puer essem, in inferiore Asia apud Polycarpum.... (6) Etenim ea, quae tunc temporis

ἔναγχος γινομένων (αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἑνοῦνται αὐτῇ) ὥστε με δύνασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέγετο ὁ μακάριος Πολύκαρπος, καὶ τὰς προόδους αὐτοῦ καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου καὶ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν μετὰ Ἰωάννου συναναστροφήν, ὡς ἀπήγγελλεν, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἑορακότων τὸν Κύριον, καὶ ὡς ἀπεμνημόνευεν τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἃ παρ' ἐκείνων ἀκηκόει, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας....»

CB Eus. 2, 482 sqq. MG 20, 485 sq.

## De controversia paschali ad Victorem Romanum circa 190.

[Apud *Eusebium*, Hist. eccles. 5, 24, 9—18.]

(9) Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ 97
ἀθρόως τῆς Ἀσίας πάσης ἅμα ταῖς ὁμόροις Ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνειν, ὡς ἂν ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται, καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων ἀκοινωνήτους πάντας ἄρδην τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς. (10) Ἀλλ' οὐ πᾶσί γε τοῖς ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο. Ἀντιπαρακελεύονται δῆτα αὐτῷ τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἑνώσεώς τε καὶ ἀγάπης φρονεῖν, φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναὶ πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ Βίκτορος. (11) Ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν ἡγεῖτο κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπιστείλας, παρίσταται μὲν τῷ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς Κυρια-

---

gesta sunt, melius memoria teneo quam illa, quae nuper acciderunt (nam quae pueri didicimus, cum animo coalescunt eique uniuntur), adeo ut et locum ipsum possim dicere, in quo beatissimus Polycarpus sedens disserebat; processus quoque eius et ingressus vitaeque totius formam et corporis speciem; sermones denique quos ad populum habebat; et familiarem consuetudinem, quae illi cum Ioanne, ut narrabat, et cum reliquis qui Dominum ipsum vidissent, intercesserat: et qualiter dicta illorum commemorabat: et quaecumque de Domino ab iisdem audierat, de miraculis quoque illius ac de doctrina....»

(9) His ita gestis Victor quidem Romanae urbis episcopus ilico 97
omnes Asiae vicinarumque provinciarum Ecclesias tamquam contraria rectae fidei sentientes a communione abscindere conatur; datisque litteris universos qui illic erant fratres proscribit et ab unitate Ecclesiae prorsus alienos esse pronuntiat. (10) Verum haec non omnibus placebant episcopis. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut ea potius sentire vellet quae paci et unitati caritatique erga proximum congruerent. Exstant etiamnum eorum litterae, quibus Victorem acerbius perstringunt. (11) Ex quorum numero Irenaeus in epistula quam scripsit nomine fratrum, quibus praeerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die

κῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον, τῷ γε μὴν Βίκτορι προσηκόντως, ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας Ἐκκλησίας Θεοῦ ἀρχαίου ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρούσας, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ, καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασιν τάδε ἐπιλέγων·

98 (12) «Οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας. Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσιν τὴν ἡμέραν αὐτῶν. (13) Καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, τῶν παρὰ τὸ ἀκριβές, ὡς εἰκός, κρατούντων τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων, καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησιν.»

99 (14) Τούτοις καὶ ἱστορίαν προστίθησιν, ἣν οἰκείως παραθήσομαι, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον·

«Ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος πρεσβύτεροι, οἱ προστάντες τῆς Ἐκκλησίας ἧς σὺ νῦν ἀφηγῇ, Ἀνίκητον λέγομεν καὶ Πίον Ὑγῖνόν τε καὶ Τελεσφόρον καὶ Ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν οὔτε τοῖς μετ' αὐτῶν ἐπέτρεπον, καὶ οὐδὲν ἔλαττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες εἰρήνευον

---

**Dominico resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum; Victorem tamen decenter admonet, ne integras Dei Ecclesias morem sibi a maioribus traditum custodientes a communione abscindat. Et post multa alia in eam sententiam dicta his etiam utitur verbis:**

98 (12) «Neque enim de die solum controversia est, sed etiam de forma ipsa ieiunii. Quidam enim existimant unico die sibi esse ieiunandum, alii duobus, alii pluribus; nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. (13) Atque haec in observando ieiunio varietas non nostra primum aetate nata est, sed longe antea apud maiores nostros coepit, qui negligentius, ut verisimile est, praesidentes, ex simplicitate et imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen et omnes isti pacem inter se retinuerunt et nos invicem retinemus. Ita ieiuniorum diversitas consensionem fidei commendat.»

99 (14) **Narrationem deinde subiungit, quam hic opportune inseram. Est autem huiusmodi:**

«Sed et presbyteri illi qui ante Soterem Ecclesiam cui tu nunc praees gubernarunt, Anicetum dico et Pium et Hyginum cum Telesphoro et Xysto, neque ipsi umquam observarunt, neque his qui cum ipsis erant ut id observarent permiserunt. Ipsi tamen cum hoc minime observarent,

τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν ἐν αἷς ἐτηρεῖτο, ἐρχομένοις πρὸς αὐτούς· καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν τοῖς μὴ τηροῦσιν. (15) Καὶ οὐδέποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες, ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον Εὐχαριστίαν.

(16) Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος 100
τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου, μὴ φιλεριστήσαντες εἰς ἑαυτούς· οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα, οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισεν τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. (17) Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν Εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων, καὶ τῶν τηρούντων καὶ τῶν μὴ τηρούντων.»

---

pacem nihilominus colebant cum iis qui ad se venissent ex Ecclesiis in quibus id observabatur. Quamquam observantia iis, qui minime observabant, tanto magis contraria videbatur. (15) Nec ulli umquam ob eiusmodi consuetudinem reiecti sunt. Verum illi ipsi qui te praecesserunt presbyteri, quamvis id minime observarent, Ecclesiarum presbyteris qui id observabant, Eucharistiam transmittebant.

(16) Et cum beatissimus Polycarpus Aniceti tempori- 100
bus Romam venisset atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim tamen pacifice tractarunt de hoc capite neque inter se rixati sunt. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere umquam poterat ut observare desineret, quippe qui cum Ioanne Domini nostri discipulo et cum reliquis apostolis quibuscum familiariter vixerat, eum morem perpetuo observasset. Neque ex altera parte Polycarpus Aniceto persuasit ut observaret, cum Anicetus eorum qui ante se fuerant presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. (17) Quae cum ita se haberent, communicarunt sibi invicem, et Anicetus in ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit, tandemque cum pace a se invicem discesserunt; tam iis qui observabant, quam illis qui minime observabant pacem communionemque totius Ecclesiae retinentibus.»

101 (18) Καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος φερώνυμός τις ὢν τῇ προσηγορίᾳ αὐτῷ τε τῷ τρόπῳ εἰρηνοποιός, τοιαῦτα ὑπὲρ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης παρεκάλει τε καὶ ἐπρέσβευεν, ὁ δ' αὐτὸς οὐ μόνῳ τῷ Βίκτορι, καὶ διαφόροις δὲ πλείστοις ἄρχουσιν Ἐκκλησιῶν τὰ κατάλληλα δι' ἐπιστολῶν περὶ τοῦ κεκινημένου ζητήματος ὡμίλει.

CB Eus. 2, 494 sqq. MG 20, 497 sqq.

## Regula fidei.

[Contra haereses 1, 10, 1.]

102 (1) Ἡ μὲν γὰρ Ἐκκλησία, καίπερ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, τὸν «πεποιηκότα τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς» [Ps 145, 6; Act 4, 24; 14, 14], πίστιν· (2) καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν Υἱόν τοῦ Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· (3) καὶ εἰς Πνεῦμα Ἅγιον, τὸ διὰ τῶν προφητῶν κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας, (4) καὶ τὰς ἐλεύσεις, (5) καὶ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν, (6) καὶ τὸ πάθος, (7) καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, (8) καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, (9) καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ «ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα» [Eph 1, 10],

103 (10) καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, καὶ Θεῷ, καὶ Σωτῆρι,

---

101 (18) **Ac Irenaeus quidem nomini suo vere respondens, nec solo nomine, sed etiam vitae instituto ac proposito pacificus, pro Ecclesiarum pace haec monuit et allegavit. Nec ad Victorem solum, sed ad multos alios Ecclesiarum antistites de quaestione proposita litteras in eandem sententiam misit.**

[Versio latina saeculi tertii vel quarti hic et deinceps.]

102 (1) Ecclesia enim per universum orbem usque ad fines terrae seminata, et ab apostolis et a discipulis eorum accepit eam fidem, quae est in unum Deum, Patrem omnipotentem, *qui fecit caelum et terram, et mare, et omnia quae in iis sunt:* (2) et in unum Iesum Christum Filium Dei, incarnatum pro nostra salute: (3) et in Spiritum Sanctum, qui per prophetas praedicavit dispositiones Dei, (4) et adventum, (5) et eam, quae est ex Virgine, generationem, (6) et passionem, (7) et resurrectionem a mortuis, (8) et in carne in caelos ascensionem dilecti Iesu Christi Domini nostri, (9) et de caelis in gloria Patris adventum eius, ad *recapitulanda universa,*

103 (10) et resuscitandam omnem carnem humani generis, ut Christo Iesu Domino nostro, et Deo, et Salvatori, et Regi,

καὶ Βασιλεῖ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀοράτου «πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ» [Phil 2, 10 sq], (11) καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται, τὰ μὲν «πνευματικὰ τῆς πονηρίας» [Eph 6, 12], καὶ ἀγγέλους παραβεβηκότας, καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνόμους, καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ· (12) τοῖς δὲ δικαίοις, καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, τοῖς μὲν ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας, ζωὴν χαρισάμενος, ἀφθαρσίαν δωρήσηται, καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

MG 7, 549 sqq.

## De propagatione et unitate fidei christianae.

[Ib. 1, 10, 2.]

104 (1) Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ Ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα· καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν, καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. (2) Καὶ γάρ, αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιοι, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή.

---

secundum placitum Patris invisibilis *omne genu curvet caelestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur ei,* (11) et iudicium iustum in omnibus faciat: *spiritalia* quidem *nequitiae* et angelos transgressos, atque apostatas factos, et impios, et iniustos, et iniquos, et blasphemos homines in aeternum ignem mittat: (12) iustis autem et aequis, et praecepta eius servantibus, et in dilectione eius perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex paenitentia, vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, et claritatem aeternam circumdet.

104 (1) Hanc praedicationem cum acceperit, et hanc fidem, quemadmodum praediximus, Ecclesia, et quidem in universum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans: et similiter credit iis, videlicet quasi unam animam habens, et unum cor, et consonanter haec praedicat, et docet, et tradit, quasi unum possidens os. (2) Nam etsi in mundo loquelae dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eadem est.

105 (3) Καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι Ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν οὔτε ἐν ταῖς Ἰβηρίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς Ἀνατολάς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος, τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτός, οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῇ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.
106 (4) Καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις προεστώτων, ἕτερα τούτων ἐρεῖ (οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον), οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν. (5) Μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον ἠλαττόνησεν.

MG 7, 551 sqq.

### De Saturnino et Basilide.

[Ib. 1, 24.]

107 1. (1) Ex iis Saturninus, qui fuit ab Antiochia ea, quae est apud Daphnen, et Basilides, occasiones accipientes, distantes doctrinas ostenderunt: alter quidem in Syria, alter vero in Alexandria. (2) Saturninus quidem, similiter ut Menander, unum Patrem incognitum omnibus ostendit, qui fecit Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates. (3) A septem autem quibusdam Angelis mundum factum, et omnia quae in eo. (4) Hominem autem Angelorum esse facturam, desursum a summa Potestate lucida imagine apparente, quam cum tenere non potuissent, inquit, eo quod statim recurrerit

---

105 (3) Et neque hae quae in Germaniis sunt fundatae Ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hae quae in Hiberiis sunt, neque hae quae in Celtis, neque hae quae in Oriente, neque hae quae in Aegypto, neque hae quae in Libya, neque hae quae in medio mundi constitutae: sed sicut sol, creatura Dei, in universo mundo unus et idem est, sic et lumen, praedicatio veritatis, ubique lucet, et illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionem veritatis venire.
106 (4) Et neque is qui valde praevalet in sermone, ex iis qui praesunt Ecclesiis, alia, quam haec sunt, dicet (nemo enim super magistrum est): neque infirmus in dicendo deminorabit traditionem. (5) Cum enim una et eadem fides sit, neque is qui multum de ea potest dicere, ampliat, neque is qui minus, deminorat.

sursum, adhortati sunt semetipsos, dicentes: «Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem.» Qui cum factus esset, et non potuisset erigi plasma, propter imbecillitatem Angelorum, sed quasi vermiculus scarizaret, miserantem eius desuper Virtutem, quoniam in similitudinem eius esset factus, emisisse scintillam vitae, quae erexit hominem, et articulavit, et vivere fecit. (5) Hanc igitur scintillam vitae post defunctionem recurrere ad ea, quae sunt eiusdem generis, dicit: et reliqua ex quibus facta sunt illa resolvi.

2. (1) Salvatorem autem innatum demonstravit, et incorpo- 108
ralem, et sine figura, putative autem visum hominem: et Iudaeorum Deum unum ex Angelis esse dixit. (2) Et propter hoc quod dissolvere voluerint Patrem eius omnes principes, advenisse Christum ad destructionem Iudaeorum Dei, et ad salutem credentium ei; esse autem hos, qui habent scintillam vitae eius. (3) Duo enim genera hic primus hominum plasmata esse ab Angelis dixit, alterum quidem nequam, alterum autem bonum. (4) Et quoniam daemones pessimos adiuvant, venisse Salvatorem ad dissolutionem malorum hominum et daemoniorum, ad salutem autem bonorum. (5) Nubere autem et generare a Satana dicunt esse. (6) Multi autem ex iis, qui sunt ab eo, et ab animalibus abstinent, per fictam huiusmodi continentiam seducentes multos. (7) Prophetias autem quasdam quidem ab iis Angelis, qui mundum fabricaverint, dictas; quasdam autem a Satana: quem et ipsum Angelum adversarium mundi fabricatoribus ostendit, maxime autem Iudaeorum Deo.

3. (1) Basilides autem, ut altius aliquid et verisimilius 109
invenisse videatur, in immensum extendit sententiam doctrinae suae, ostendens Nun primo ab innato natum Patre, ab hoc autem natum Logon, deinde a Logo Phronesin, a Phronesi autem Sophiam et Dynamin, a Dynami autem et Sophia Virtutes, et Principes, et Angelos, quos et primos vocat, et ab iis primum caelum factum. (2) Dehinc ab horum derivatione alios autem factos aliud caelum simile priori fecisse, et simili modo ex eorum derivatione cum alii facti essent, antitypi iis qui super eos essent, aliud tertium deformasse caelum: et a tertio deorsum descendentium quartum, et deinceps secundum eum modum alteros et alteros Principes et Angelos factos esse dicunt, et caelos trecentos sexaginta quinque. Quapropter et tot dies habere annum, secundum numerum caelorum.

4. (1) Eos autem, qui posterius continent caelum, Angelos, 110
quod etiam a nobis videtur, constituisse ea quae sunt in mundo omnia, et partes sibi fecisse terrae, et earum, quae super eam sunt, gentium. (2) Esse autem principem ipsorum eum, qui Iudaeorum putatur esse Deus. Et quoniam hic suis

hominibus, id est Iudaeis, voluit subicere reliquas gentes, reliquos omnes principes contra stetisse ei et contra egisse. Quapropter et reliquos resiluerunt gentes eius genti. (3) Innatum autem et innominatum Patrem, videntem perditionem ipsorum, misisse primogenitum Nun suum (et hunc esse qui dicitur Christus), in libertatem credentium ei, a potestate eorum, qui mundum fabricaverunt. Et gentibus ipsorum autem apparuisse eum in terra hominem et virtutes perfecisse. (4) Quapropter neque passum eum, sed Simonem quendam Cyrenaeum angariatum portasse crucem eius pro eo: et hunc secundum ignorantiam et errorem crucifixum, transfiguratum ab eo, uti putaretur ipse esse Iesus: et ipsum autem Iesum Simonis accepisse formam, et stantem irrisisse eos. Quoniam enim virtus incorporalis erat, et Nus innati Patris, transfiguratum quemadmodum vellet, et sic ascendisse ad eum, qui miserat eum, deridentem eos, cum teneri non posset, et invisibilis esset omnibus. (5) Et liberatos igitur eos, qui haec sciant, a mundi fabricatoribus principibus: et non oportere confiteri eum qui sit crucifixus, sed eum qui in hominis forma venerit, et putatus sit crucifixus, et vocatus sit Iesus, et missus a Patre, uti per dispositionem hanc opera mundi fabricatorum dissolveret. (6) Si quis igitur, ait, confitetur Crucifixum, adhuc hic servus est, et sub potestate eorum qui corpora fecerunt: qui autem negaverit, liberatus est quidem ab iis, cognoscit autem dispositionem innati Patris.

111 5. (1) Animae autem solae [sic] esse salutem: corpus enim natura corruptibile exsistit. (2) Prophetias autem et ipsas a mundi fabricatoribus fuisse ait Principibus, proprie autem legem a Principe ipsorum, qui eduxerit populum de terra Aegypti. (3) Contemnere autem et idolothyta et nihil arbitrari, sed sine aliqua trepidatione uti iis: habere autem et reliquarum operationum usum indifferentem et universae libidinis. (4) Utuntur autem et hi magia et imaginibus et incantationibus et invocationibus et reliqua universa periergia: nomina quoque quaedam affingentes quasi Angelorum, annuntiant hos quidem esse in primo caelo, hos autem in secundo: et deinceps nituntur trecentorum sexaginta quinque ementitorum caelorum et nomina et principia et Angelos et Virtutes exponere. (5) Quemadmodum et mundus [sic] nomen esse, in quo dicunt descendisse et ascendisse Salvatorem, esse C a u l a c a u.

6. (1) Igitur, qui didicerit, et Angelos omnes cognoverit,
112 et causas eorum, invisibilem et incomprehensibilem eum Angelis et Potestatibus universis fieri, quemadmodum et Caulacau fuisse. (2) Et sicut Filium incognitum omnibus esse, sic et ipsos a nemine oportere cognosci; sed cum sciant ipsi omnes, et per omnes transeant, ipsos omnibus invisibiles et incognitos

esse. Tu enim, aiunt, omnes cognosce, te autem nemo cognoscat. (3) Quapropter et parati sunt ad negationem, qui sunt tales, immo magis ne pati quidem propter nomen possunt, cum sint omnibus similes. (4) Non autem multos scire posse haec, sed unum a mille, et duo a myriadibus. (5) Et Iudaeos quidem iam non esse dicunt, Christianos autem nondum: et non oportere omnino ipsorum mysteria effari, sed in abscondito continere per silentium.

7. Trecentorum autem sexaginta quinque caelorum locales 113
positiones distribuunt similiter ut mathematici. Illorum enim theoremata accipientes, in suum characterem doctrinae transtulerunt: esse autem principem illorum Ἀβράξας et propter hoc trecentos sexaginta quinque numeros habere in se.

MG 7, 673 sqq.

## De Cerintho, Ebionitis et Nicolaitis.

[Ib. 1, 26.]

1. (1) Et Cerinthus autem quidam in Asia, non a 114
primo Deo factum esse mundum docuit, sed a Virtute quadam valde separata, et distante ab ea principalitate, quae est super universa, et ignorante eum, qui est super omnia, Deum. (2) Iesum autem, subiecit, non ex Virgine natum (impossibile enim hoc ei visum est); fuisse autem Ioseph et Mariae filium similiter ut reliqui omnes homines, et plus potuisse iustitia et prudentia et sapientia ab hominibus. (3) Et post baptismum descendisse in eum, ab ea principalitate quae est super omnia, Christum figura columbae; et tunc annuntiasse incognitum Patrem, et virtutes perfecisse: in fine autem revolasse iterum Christum de Iesu, et Iesum passum esse et resurrexisse; Christum autem impassibilem perseverasse, exsistentem spiritalem.

2. (1) Qui autem dicuntur Ebionaei, consentiunt quidem 115
mundum a Deo factum: ea autem, quae sunt erga Dominum, consimiliter[1] ut Cerinthus et Carpocrates opinantur. (2) Solo autem eo quod est secundum Matthaeum Evangelio utuntur et apostolum Paulum recusant, apostatam eum legis dicentes. (3) Quae autem sunt prophetica curiosius exponere nituntur; et circumciduntur, ac perseverant in his consuetudinibus, quae sunt secundum legem, et iudaico charactere vitae, uti et Hierosolymam adorent, quasi domus sit Dei.

3. (1) Nicolaitae autem magistrum quidem habent 116
Nicolaum, unum ex septem qui primi ad diaconium ab apostolis ordinati sunt: qui indiscrete vivunt. (2) Plenissime autem per Ioannis Apocalypsin manifestantur qui sint, nullam

[1] Ita sec. *Grabe*: *versio antiqua*: non similiter.

differentiam esse docentes in moechando et idolothyton edere. Quapropter dixit et de iis sermo: *Sed hoc habes quod odisti opera Nicolaitarum, quae et ego odi* [Apc 2, 6].

MG 7, 686 sq.

## De Cerdone et Marcione.

[Ib. 1, 27.]

117 1. (1) Et Cerdon autem quidam ab iis qui sunt erga Simonem occasionem accipiens, cum venisset Romam sub Hygino, qui nonum [*Cod. Passerat.*: octavum] locum episcopatus per successionem ab apostolis habuit, docuit eum qui a lege et prophetis annuntiatus sit Deus, non esse Patrem Domini nostri Iesu Christi. (2) Hunc enim cognosci, illum autem ignorari: et alterum quidem iustum, alterum autem bonum esse.

118 2. (1) Succedens autem ei Marcion Ponticus adampliavit doctrinam, impudorate blasphemans eum, qui a lege et prophetis annuntiatus est Deus, malorum factorem, et bellorum concupiscentem, et inconstantem quoque sententia, et contrarium sibi ipsum dicens. (2) Iesum autem ab eo Patre, qui est super mundi fabricatorem Deum, venientem in Iudaeam temporibus Pontii Pilati praesidis, qui fuit procurator Tiberii Caesaris, in hominis forma manifestatum his qui in Iudaea erant, dissolventem prophetas et legem, et omnia opera eius Dei, qui mundum fecit, quem et Cosmocratorem dicit. (3) Et super haec, id quod est secundum Lucam Evangelium circumcidens, et omnia quae sunt de generatione Domini conscripta auferens, et de doctrina sermonum Domini multa auferens, in quibus manifestissime conditorem huius universitatis suum Patrem confitens Dominus conscriptus est; semetipsum esse veraciorem, quam sunt hi, qui Evangelium tradiderunt, apostoli, suasit discipulis suis, non Evangelium sed particulam Evangelii tradens iis. (4) Similiter autem et apostoli Pauli Epistulas abscidit, auferens quaecumque manifeste dicta sunt ab Apostolo de eo Deo, qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini nostri Iesu Christi, et quaecumque ex propheticis memorans Apostolus docuit, praenuntiantibus adventum Domini.

119 3. (1) Salutem autem solum animarum esse futuram earum, quae eius doctrinam didicissent, corpus autem, videlicet quoniam a terra sit sumptum, impossibile esse participare salutem. (2) Super blasphemiam autem quae est in Deum, adiecit et hoc, vere diaboli os accipiens, et omnia contraria dicens veritati: Cain, et eos qui similes sunt ei, et Sodomitas, et Aegyptios et similes iis, et omnes omnino gentes quae in omni permistione malignitatis ambulaverunt, salvatas esse a Domino, cum descendisset ad inferos, et accucurrissent ei, et

in suum assumpsisse regnum. (3) Abel autem et Enoch et Noe et reliquos iustos, et eos qui sunt erga Abraham patriarcham, cum omnibus prophetis, et his qui placuerunt Deo, non participasse salutem, qui in Marcione fuit serpens praeconavit. Quoniam enim sciebant, inquit, Deum suum semper tentantem eos, et tunc tentare eum suspicati, non accucurrerunt Iesu, neque crediderunt annuntiationi eius: et propterea remansisse animas eorum apud inferos dixit.

4. (1) Sed huic quidem, quoniam et solus manifeste ausus 120
est circumcidere Scripturas, et impudorate super omnes obtrectare Deum, seorsum contradicemus, ex eius scriptis arguentes eum; et ex iis sermonibus, qui apud eum observati sunt, Domini et Apostoli, quibus ipse utitur, eversionem eius faciemus, praestante Deo. (2) Nunc autem necessario meminimus eius, ut scires quoniam omnes qui quoquo modo adulterant veritatem, et praeconium Ecclesiae laedunt, Simonis Samaritani Magi discipuli et successores sunt. (3) Quamvis non confiteantur nomen magistri sui, ad seductionem reliquorum; attamen illius sententiam docent: Christi quidem Iesu nomen tamquam irritamentum proferentes, Simonis autem impietatem varie introducentes, mortificant multos, per nomen bonum sententiam suam male disperdentes, et per dulcedinem et decorem nominis, amarum et malignum principis apostasiae serpentis venenum porrigentes iis.

MG 7, 687 sqq.

## De Continentibus et Tatiano.

[Ib. 1, 28, 1.]

1. (1) Ab his autem, qui praedicti sunt, iam multae pro- 121
pagines multarum haeresum factae sunt, eo quod multi ex ipsis, immo omnes velint doctores esse, et abscedere quidem ab haeresi in qua fuerunt, aliud autem dogma ab alia sententia, et deinceps alteram ab altera componentes, nove docere insistunt, semetipsos adinventores sententiae, quamcumque compegerint, enarrantes. (2) Ut exempli gratia dicamus: a Saturnino et Marcione, qui vocantur Continentes, abstinentiam a nuptiis annuntiaverunt, frustrantes antiquam plasmationem Dei, et oblique accusantes eum, qui et masculum et feminam ad generationem hominum fecit: et eorum quae dicuntur apud eos animalia abstinentiam induxerunt, ingrati exsistentes ei, qui omnia fecit, Deo.

2. (1) Contradicunt quoque eius saluti, qui primus plasmatus 122
est: et hoc nunc adinventum est apud eos, Tatiano quodam primo hanc introducente blasphemiam. (2) Qui cum esset Iustini auditor, in quantum quidem apud eum erat nihil enarravit tale: post vero illius martyrium absistens ab Ecclesia et praesumptione magistri elatus et inflatus, quasi prae ceteris

esset, proprium characterem doctrinae constituit: (3) Aeonas quosdam invisibiles, similiter atque hi qui a Valentino sunt, velut fabulam enarrans: nuptiarum autem corruptelas et fornicationes, similiter ut Marcion et Saturninus, dicens; Adae autem saluti ex se contradictionem faciens.

MG 7, 690 sq.

## De quattuor Evangeliis et de commoratione Romana ss. Petri et Pauli.

[Ib. 3, 1, 1, v. 4—7.]

123 (4) Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου, τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν Ἐκκλησίαν. (5) Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον Μάρκος, ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε. (6) Καὶ Λουκᾶς δέ, ὁ ἀκόλουθος Παύλου, τὸ ὑπ' ἐκείνου κηρυσσόμενον Εὐαγγέλιον ἐν βιβλίῳ κατέθετο. (7) Ἔπειτα Ἰωάννης, ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, ὁ καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσών, καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων.

MG 7, 844 sq.

## De traditione apostolorum et origine episcopatus.

[Ib. 3, 3, 1.]

124 (1) Traditionem itaque apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni Ecclesia adest respicere omnibus qui vera velint videre: et habemus annumerare eos qui ab apostolis instituti sunt episcopi, et successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his [i. e. gnosticis] deliratur. (2) Etenim si recondita mysteria scissent apostoli, quae seorsim et latenter a reliquis perfectos docebant, his vel maxime

---

123 (4) Ita Matthaeus in Hebraeis ipsorum lingua scripturam edidit Evangelii, cum Petrus et Paulus Romae evangelizarent et fundarent Ecclesiam. (5) Post vero horum excessum Marcus, discipulus et interpres Petri, et ipse, quae a Petro annuntiata erant, per scripta nobis tradidit. (6) Et Lucas autem, sectator Pauli, quod ab illo praedicabatur Evangelium, in libro condidit. (7) Postea et Ioannes, discipulus Domini, qui et supra pectus eius recumbebat, et ipse edidit Evangelium, Ephesi Asiae commorans.

traderent ea, quibus etiam ipsas Ecclesias committebant. (3) Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes: quibus emendate agentibus fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas.

MG 7, 848.

## De «potentiore principalitate» Ecclesiae Romanae.

[Ib. 3, 3, 2.]

(1) Sed quoniam valde longum est in hoc tali volumine 125
omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximae et antiquissimae, et omnibus cognitae, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paulo Romae fundatae et constitutae Ecclesiae, eam quam habet ab apostolis traditionem, et annuntiatam hominibus fidem, per successiones episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sibi placentiam, vel vanam gloriam, vel per caecitatem et malam sententiam, praeterquam oportet, colligunt. (2) Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem [*Cod. Claromont.:* potiorem] principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea quae est ab apostolis traditio.

MG 7, 848 sq.

## Series episcoporum Romanorum.

[Ib. 3, 3, 3.]

(1) Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι 126
ἀπόστολοι τὴν Ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. (2) Τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται. (3) Διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος, μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλή-

---

(1) Fundantes igitur et instruentes beati apostoli Eccle- 126
siam, Lino episcopatum administrandae Ecclesiae tradiderunt. (2) Huius Lini Paulus in his quae sunt ad Timotheum epistulis meminit. (3) Succedit autem ei Anacletus: post eum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens,

μης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι.... (5) Τὸν δὲ Κλήμεντα τοῦτον διαδέχεται Εὐάρεστος· καὶ τὸν Εὐάρεστον Ἀλέξανδρος· εἶθ' οὕτως ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται Ξύστος, μετὰ δὲ τοῦτον Τελεσφόρος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν· ἔπειτα Ὑγῖνος, εἶτα Πίος, μεθ' ὃν Ἀνίκητος. (6) Διαδεξαμένου τὸν Ἀνίκητον Σωτῆρος, νῦν δωδεκάτῳ τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κατέχει κλῆρον Ἐλεύθερος. (7) Τῇ αὐτῇ τάξει καὶ τῇ αὐτῇ διδαχῇ ἥτε ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ παράδοσις καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κατήντηκεν εἰς ἡμᾶς.

(8) Et est plenissima haec ostensio, unam et eandem vivificatricem fidem esse, quae in Ecclesia ab apostolis usque nunc sit conservata, et tradita in veritate.

MG 7, 849 sqq.

### Infallibilitas Ecclesiae universalis.

[Ib. 3, 4, 1]

126[1] (1) Tantae igitur ostensiones cum sint, non oportet adhuc quaerere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere, cum apostoli quasi in depositorium dives plenissime in eam contulerint omnia quae sint veritatis, uti omnis quicumque velit, sumat ex ea potum vitae. (2) Haec est enim vitae introitus, omnes autem reliqui fures sunt et latrones. (3) Propter quod oportet devitare quidem illos, quae autem sunt Ecclesiae cum summa

---

qui et vidit ipsos apostolos, et contulit cum iis, et cum adhuc insonantem praedicationem apostolorum et traditionem ante oculos haberet, non solus; adhuc enim multi supererant tunc ab apostolis docti.... (5) Huic autem Clementi succedit Evaristus, et Evaristo Alexander, ac deinceps sextus ab apostolis constitutus est Sixtus, et ab hoc Telesphorus, qui etiam gloriosissime martyrium fecit: ac deinceps Hyginus, post Pius, post quem Anicetus. (6) Cum autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco episcopatum ab apostolis habet Eleutherius. (7) Hac ordinatione et successione, ea quae est ab apostolis in Ecclesia traditio et veritatis praeconatio pervenit usque ad nos.

diligentia diligere[1] et apprehendere veritatis traditionem. (4) Quid enim? Et si de aliqua modica quaestione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus apostoli conversati sunt, et ab iis de praesenti quaestione sumere quod certum et re liquidum est? (5) Quid autem, si neque apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis quibus committebant Ecclesias?

MG 7, 855.

### Haereticorum de genuinitate Evangeliorum testimonia.

[Ib. 3, 11, 7.]

(1) Et haec quidem sunt principia Evangelii, unum 127
Deum fabricatorem huius universitatis, eum qui et per prophetas sit annuntiatus, et qui per Moysem legis dispositionem fecerit, Patrem Domini nostri Iesu Christi annuntiantia, et praeter hunc alterum Deum nescientia, neque alterum Patrem. (2) Tanta est autem circa Evangelia haec firmitas, ut et ipsi haeretici testimonium reddant eis, et ex ipsis egrediens unusquisque eorum conetur suam confirmare doctrinam. (3) Ebionei etenim eo Evangelio, quod est secundum Matthaeum, solo utentes, ex illo ipso convincuntur, non recte praesumentes de Domino. (4) Marcion autem id quod est secundum Lucam circumcidens, ex his quae adhuc servantur penes eum, blasphemus in solum exsistentem Deum ostenditur. (5) Qui autem Iesum separant a Christo, et impassibilem perseverasse Christum, passum vero Iesum dicunt, id quod secundum Marcum est praeferentes Evangelium; cum amore veritatis legentes illud, corrigi possunt. (6) Hi autem qui a Valentino sunt, eo quod est secundum Ioannem plenissime utentes, ad ostensionem coniugationum suarum; ex ipso detegentur nihil recte dicentes, quemadmodum ostendimus in primo libro. Cum ergo hi, qui contradicunt, nobis testimonium perhibeant, et utantur his, firma et vera est nostra de illis ostensio.

MG 7, 884 sq.

---

[1] *Billius:* deligere.

## De quaterno numero Evangeliorum et de symbolis Evangelistarum.

[Ib. 3, 11, 8.]

128 (1) Neque autem plura numero quam haec sunt, neque rursus pauciora capit esse Evangelia.

(2) Ἐπειδὴ .. τέσσαρα κλίματα τοῦ κόσμου, ἐν ᾧ ἐσμέν, εἰσὶ καὶ τέσσαρα καθολικὰ πνεύματα, κατέσπαρται δὲ ἡ Ἐκκλησία ἐπὶ πάσης τῆς γῆς, «στῦλος δὲ καὶ στήριγμα» [1 Tim 3, 15] Ἐκκλησίας τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ πνεῦμα ζωῆς εἰκότως τέσσαρας ἔχειν αὐτὴν στύλους, πανταχόθεν πνέοντας τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ ἀναζωπυροῦντας τοὺς ἀνθρώπους. (3) Ἐξ ὧν φανερόν, ὅτι ὁ τῶν ἁπάντων τεχνίτης Λόγος, ὁ καθήμενος ἐπὶ χερουβίμ, καὶ συνέχων τὰ πάντα, φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις, ἔδωκεν ἡμῖν τετράμορφον τὸ Εὐαγγέλιον, ἑνὶ δὲ πνεύματι συνεχόμενον.

129 (4) Καθὼς ὁ Δαβίδ, αἰτούμενος αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, φησίν· «Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐμφάνηθι» [Ps 79, 2]. Καὶ γὰρ τὰ χερουβὶμ τετραπρόσωπα· καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν εἰκόνες τῆς πραγματείας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. «Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ζῶον, φησί, ὅμοιον λέοντι» [Apc 4, 7], τὸ ἔμπρακτον αὐτοῦ καὶ ἡγεμονικόν, καὶ βασιλικὸν χαρακτηρίζον. «Τὸ δὲ δεύτερον ὅμοιον μόσχῳ», τὴν ἱερουργικὴν καὶ ἱερατικὴν τάξιν ἐμφαῖνον. «Τὸ δὲ τρίτον ἔχον πρόσωπον ἀνθρώπου», τὴν κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ παρουσίαν φανερώτατα διαγράφον. «Τὸ δὲ τέταρτον ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ», τὴν

---

128 (2) Quoniam enim quattuor regiones mundi sunt in quo sumus, et quattuor principales spiritus, et disseminata est Ecclesia super omnem terram, *columna* autem *et firmamentum* Ecclesiae est Evangelium et spiritus vitae; consequens est quattuor habere eam columnas, undique flantes incorruptibilitatem, et vivificantes homines. (3) Ex quibus manifestum est, quoniam qui est omnium artifex Verbum, qui sedet super cherubim, et continet omnia, declaratus hominibus, dedit nobis quadriforme Evangelium, quod uno spiritu continetur.

129 (4) Quemadmodum et David postulans eius adventum, ait: *Qui sedes super cherubim, appare.* Etenim cherubim quadriformia, et formae ipsorum imagines sunt dispositionis Filii Dei. *Primum enim animal*, inquit, *simile leoni*, efficabile eius, et principale, et regale significans: *secundum vero simile vitulo*, sacrificalem et sacerdotalem ordinationem significans: *tertium vero habens faciem quasi humanam*, eum, qui est secundum hominem, adventum eius manifeste describens: *quartum vero*

τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐφιπταμένου δόσιν σαφηνίζον. Καὶ τὰ Εὐαγγέλια οὖν τούτοις σύμφωνα, ἐν οἷς ἐγκαθέζεται Χριστός.

(5) Τὸ μὲν γὰρ κατὰ Ἰωάννην, τὴν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς 130
ἡγεμονικὴν αὐτοῦ ..., καὶ ἔνδοξον γενεὰν διηγεῖται, λέγον· «Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, ⟨καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ ὁ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος⟩.» Καί· «Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν»....

(6) Τὸ δὲ κατὰ Λουκᾶν, ἅτε ἱερατικοῦ χαρακτῆρος 131
ὑπάρχον, ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου τοῦ ἱερέως θυμιῶντος τῷ Θεῷ ἤρξατο. Ἤδη γὰρ ὁ σιτευτὸς ἡτοιμάζετο μόσχος, ὑπὲρ τῆς ἀνευρέσεως τοῦ νεωτέρου παιδὸς μέλλων θυέσθαι.

(7) Ματθαῖος δὲ τὴν κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ γέννησιν κη- 132
ρύττει, λέγων· «Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.» Καί· «Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν.» Ἀνθρωπόμορφον οὖν τὸ Εὐαγγέλιον τοῦτο....

(8) Μάρκος δὲ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος, τοῦ 133
ἐξ ὕψους ἐπιόντος τοῖς ἀνθρώποις, τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, λέγων· «Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ»· τὴν πτερωτικὴν εἰκόνα τοῦ Εὐαγ-

---

*simile aquilae volanti,* Spiritus in Ecclesiam advolantis gratiam manifestans. Et Evangelia igitur his consonantia, in quibus insidet Christus Iesus.

(5) Aliud enim ⟨secundum Ioannem⟩ illam, quae est 130
a Patre, principalem, et efficabilem et gloriosam generationem eius enarrat, dicens sic: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum;* et: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Propter hoc et omni fiducia plenum est Evangelium istud; talis est enim persona eius.

(6) Id vero, quod est secundum Lucam, quoniam quidem 131
sacerdotalis characteris est, a Zacharia sacerdote sacrificante Deo inchoavit. Iam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inventione minoris filii inciperet mactari.

(7) Matthaeus vero eam, quae est secundum hominem, 132
generationem eius enarrat: *Liber* dicens, *generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham.* Et iterum: *Christi autem generatio sic erat.* Humanae formae igitur hoc Evangelium: propter hoc et per totum Evangelium humiliter sentiens, et mitis homo servatus est.

(8) Marcus vero a prophetico Spiritu, ex alto adveniente 133
hominibus, initium fecit: *Initium,* dicens, *Evangelii, quemadmodum scriptum est in Isaia propheta;* volatilem et pennatam imaginem Evangelii monstrans: propter hoc et compendiosam

γελίου δεικνύων· διὰ τοῦτο δὲ καὶ σύντομον, καὶ παρατρέχουσαν τὴν καταγγελίαν πεποίηται· προφητικὸς γὰρ ὁ χαρακτὴρ οὗτος.

134 (9) Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ τοῖς μὲν πρὸ Μωϋσέως πατριάρχαις, κατὰ τὸ θεϊκὸν καὶ ἔνδοξον ὡμίλει· τοῖς δὲ ἐν τῷ νόμῳ, ἱερατικὴν ... τάξιν ἀπένεμεν· μετὰ δὲ ταῦτα ἄνθρωπος γενόμενος, τὴν δωρεὰν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος εἰς πᾶσαν ἐξέπεμψε τὴν γῆν, σκεπάζων ἡμᾶς ταῖς ἑαυτοῦ πτέρυξιν. (10) Ὁποία οὖν ἡ πραγματεία τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοιαύτη καὶ τῶν ζώων μορφή· καὶ ὁποία ἡ τῶν ζώων μορφή, τοιοῦτος καὶ ὁ χαρακτὴρ τοῦ Εὐαγγελίου. Τετράμορφα γὰρ τὰ ζῶα, τετράμορφον καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ ἡ πραγματεία τοῦ Κυρίου. (11) Καὶ διὰ τοῦτο τέσσαρες ἐδόθησαν καθολικαὶ διαθῆκαι τῇ ἀνθρωπότητι· μία μὲν τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε, ἐπὶ τοῦ τόξου· δευτέρα δὲ τοῦ Ἀβραάμ, ἐπὶ τοῦ σημείου τῆς περιτομῆς· τρίτη δὲ ἡ νομοθεσία ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως· τετάρτη δὲ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. [Discrepat versio antiqua.]

MG 7, 885 sqq.

## De sacrificio Eucharistiae.

[Ib. 4, 17, 5.]

135 (1) Sed et suis discipulis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est, accepit, et gratias egit, dicens: *Hoc est meum corpus* [Mt 26, 26 sqq]. (2) Et calicem similiter, qui est ex

---

et prae<ter>currentem annuntiationem fecit: propheticus enim character est hic.

134 (9) Et ipsum autem Verbum Dei, illis quidem qui ante Moysem fuerunt patriarchis, secundum divinitatem et gloriam colloquebatur: his vero qui in lege, sacerdotalem et ministerialem actum praebebat: post deinde nobis homo factus, munus caelestis Spiritus in omnem misit terram, protegens nos alis suis. (10) Qualis igitur dispositio Filii Dei, talis et animalium forma: et qualis animalium forma, talis et character Evangelii. Quadriformia autem animalia, et quadriforme Evangelium, et quadriformis dispositio Domini. (11) Et propter hoc quattuor data sunt testimenta humano generi: unum quidem ante cataclysmum sub Adam; secundum vero post cataclysmum sub Noe, tertium vero legislatio sub Moyse; quartum vero, quod renovat hominem, et recapitulat in se omnia, quod est per Evangelium, elevans et pennigerans homines in caeleste regnum.

ea creatura, quae est secundum nos, suum sanguinem confessus est, et Novi Testamenti novam docuit oblationem; quam Ecclesia ab apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis praestat, primitias suorum munerum in Novo Testamento. (3) De quo in duodecim prophetis Malachias sic praesignificavit: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, et sacrificium non accipiam de manibus vestris. Quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum clarificatur inter gentes, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium purum; quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens* [Mal 1, 10 sq]; manifestissime significans per haec, quoniam prior quidem populus cessabit offerre Deo; omni autem loco sacrificium offeretur ei, et hoc purum; nomen autem eius glorificatur in gentibus.

MG 7, 1023 sq.

### De infallibilitate episcopatus in apostolica successione constituta.

[Ib. 4, 26, 2, 1—2; 4, 1; 5.]

2. (1) Quapropter iis qui in Ecclesia sunt, presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab apostolis, sicut ostendimus; qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum, secundum placitum Patris acceperunt: reliquos vero, qui absistunt a principali successione, et quocumque loco colligunt, suspectos habere, vel quasi haereticos, et malae sententiae, vel quasi scindentes et elatos et sibi placentes, aut rursus ut hypocritas, quaestus gratia et vanae gloriae hoc operantes. (2) Omnes autem hi deciderunt a veritate. 136

4. (1) Ab omnibus igitur talibus abstinere oportet, adhaerere vero his qui et apostolorum, sicut praediximus, doctrinam custodiunt et cum presbyterii ordine sermonem sanum et conversationem sine offensa praestant ad confirmationem et correptionem reliquorum. 136[1]

5. (1) Tales presbyteros nutrit Ecclesia, de quibus et propheta ait: «*dabo principes tuos in pace et episcopos tuos in iustitia*» [Is 60, 17]. (2) De quibus et Dominus dicebat: «*Qui igitur erit fidelis actor, bonus et sapiens, quem praeponit Dominus super familiam suam ad danda iis cibaria in tempore? Beatus ille servus, quem veniens* 136[2]

*Dominus invenerit sic facientem»* [Mt 45, 46]. (3) Ubi igitur tales inveniat aliquis, Paulus docens ait: «*Posuit Deus in Ecclesia primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores*» [1 Cor 12, 28]. (4) Ubi igitur charismata Domini posita sunt, ibi discere oportet veritatem, apud quos est ea quae est ab apostolis Ecclesiae successio, et id, quod est sanum et irreprobabile conversationis et inadulteratum et incorruptibile sermonis constat. (5) Hi enim et eam, quae est in unum Deum, qui omnia fecit, fidem nostram custodiunt; et eam, quae est in Filium Dei, dilectionem adaugent, qui tantas dispositiones propter nos fecit; et Scripturas sine periculo nobis exponunt, neque Deum blasphemantes neque patriarchas exhonorantes neque prophetas contemnentes.

MG 7, 1053 sqq.

## **GAIUS PRESBYTER** scripsit inter 198—217.

### De sepulcris Romanis Principum Apostolorum.

[Apud *Eusebium*, Hist. eccles. 2, 25, 5—7.]

137 (5) Ταύτῃ γοῦν οὗτος, θεομάχος ἐν τοῖς μάλιστα πρῶτος ἀνακηρυχθείς, ἐπὶ τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς. Παῦλος δὴ οὖν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι καὶ Πέτρος ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι κατ' αὐτὸν ἱστοροῦνται, καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν ἡ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόσρησις. (6) Οὐδέν δὲ ἧττον καὶ ἐκκλησιαστικὸς ἀνήρ, Γάϊος ὄνομα, κατὰ Ζεφυρῖνον Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπον· ὃς δὴ Πρόκλῳ τῆς κατὰ Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθείς, αὐτὰ δὴ ταῦτα περὶ τῶν τόπων, ἔνθα τῶν εἰρημένων ἀποστόλων τὰ ἱερὰ σκηνώματα κατατέθειται, φησίν·

138 (7) «Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι. Ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βασικανὸν [sic]

---

137 (5) Sic igitur omnium divini Numinis hostium princeps et antesignanus [Nero] in ipsos etiam apostolos saeviit. Ac Paulus quidem Romae capite truncatus, Petrus vero cruci suffixus fuisse eodem regnante traduntur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine insignita monumenta, quae in urbis Romae coemeteriis etiamnum visuntur. (6) Sed et Gaius quidam, vir ecclesiasticus, qui Zephyrini Romanae urbis episcopi temporibus floruit, in eo libro quem scripsit adversus Proclum, patronum sectae Cataphrygarum, de loco, in quo praedictorum apostolorum sacra corpora deposita sunt, ita loquitur:

138 (7) «Ego vero», inquit, «apostolorum tropaea possum ostendere. Nam sive in Vaticanum sive ad Ostiensem viam

ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν Ἐκκλησίαν.»

CB Eus. 2 (ed. *Ed. Schwartz*), 176 sqq. MG 20, 207 sqq.

## CLEMENS ALEXANDRINUS circa 150—212.

### De exteriore specie Christi [1].

a. [Paedagogus 3, 1, fin.]

Τὸν δὲ Κύριον αὐτὸν τὴν ὄψιν αἰσχρὸν γεγονέναι, διὰ 139
Ἡσαΐου τὸ Πνεῦμα μαρτυρεῖ· «Καὶ εἴδομεν αὐτόν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς ἀνθρώπους» [Is 53, 2 sq]. Καὶ τίς ἀμείνων Κυρίου; Ἀλλ' οὐ τὸ κάλλος τῆς σαρκὸς τὸ φαντασιαστικόν, τὸ δὲ ἀληθινὸν καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἐνεδείξατο κάλλος· τῆς μὲν τὸ εὐεργετικόν, τὸ δὲ ἀθάνατον τῆς σαρκός.

CB Clem. Alex. (ed. *O. Stählin*) 1, 237. MG 8, 557 sqq.

b. [Stromata 2, 5, 22, 7.]

Καλὸν δ' αὖ εἶναι τὸν σοφόν, ὁ Ἀθηναῖος ξένος ὡδὶ λέγει, 140
«ὡς εἴ τις διισχυρίζοιτο εἶναι τοὺς δικαίους, ἂν καὶ τυγχάνωσιν ὄντες αἰσχροὶ τὰ σώματα, κατά γε τὸ δικαιότατον ἦθος ταύτῃ παγκάλους εἶναι, σχεδὸν οὐδεὶς ἂν λέγων οὕτω πλημμελῶς δόξειεν λέγειν» [Plato, Leg. 9]. Καὶ «τὸ εἶδος

---

pergere libet, occurrent tibi tropaea eorum qui Ecclesiam illam fundaverunt.»

Ipsum autem Dominum fuisse aspectu deformem, testatur 139
Spiritus per Isaiam: *Et vidimus ipsum, et non habebat speciem nec pulchritudinem, sed species eius vilis et deficiens prae hominibus.* Quis autem Domino praestantior! Sed non carnis pulchritudinem, quae visione apprehenditur, sed veram animae et corporis ostendit pulchritudinem; animae quidem, beneficentiam; carnis vero, immortalitatem.

Pulchrum autem esse sapientem, non alia ratione dicit 140
hospes Atheniensis, «quam si quis affirmet, quosdam esse iustos, etsi sint deformes corpore; nec sane male id diceret, ea ratione pulchros esse asserens, quatenus iustis moribus prae-

---

[1] Ex variis textibus, quos de hac re habemus, fortasse conicere licet sententias secundum mutata tempora (persecutionis et triumphi) mutatas esse.

αὐτοῦ ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ἦν» [Is 53, 3], ἡ προφητεία προηγόρευσεν.

CB l. c. 2, 124 sqq. MG 8, 955 sq.

## De honesta exercitatione atque recreatione.

[Paedagogus 3, 10]

141 (1) Μειρακίοις δὲ γυμνάσιον ἀπόχρη, κἂν βαλανεῖον παρῇ καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τοῖς ἀνδράσι παντὸς μᾶλλον πρὸ τῶν λουτρῶν ἐγκρῖναι οὐ φαῦλον ἴσως, ἔχοντά τι χρήσιμον τοῖς νέοις πρὸς ὑγίειαν, σπουδήν τε καὶ φιλοτιμίαν ἐντιθέντα, οὐχὶ εὐεξίας μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐψυχίας ἐπιμελεῖσθαι˙ ὃ δὴ γινόμενον ἄνευ τοῦ τῶν κρειττόνων ἔργων ἀποσπᾶσθαι, χαρίεν καὶ οὐκ ἀλυσιτελές.

142 (2) Οὐδὲ ἐνταῦθα ὑπεξαιρετέον τῆς κατὰ τὸ σῶμα διαπονήσεως τὰς γυναῖκας, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάλην καὶ δρόμους παρακλητέον αὐτάς, ταλασιουργίᾳ δὲ γυμναστέον, καὶ ἱστουργίᾳ καὶ τῷ παραστῆναι τῇ πεττούσῃ, εἰ δέοι. (3) Ἔτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρὴ ἐκ τοῦ ταμιείου τὰς γυναῖκας, ὧν δεοίμεθα, καὶ τῷ μύλῳ προσελθεῖν οὐκ αἰσχρὸν αὐταῖς˙ οὐδὲ μὴν περὶ τοὔψον ἀσχολεῖσθαι, ὅπως θυμῆρες ᾖ τἀνδρί, ὄνειδος οἰκουρῷ γαμετῇ καὶ βοηθῷ. (4) Εἰ δὲ καὶ στρωμνὴν ἀνατινάξαι δι' αὐτῆς καὶ ποτὸν ὀρέξαι διψῶντι τῷ γεγαμηκότι καὶ ὄψον παραθείη, εὐσχημονέστατα μέντ' ἂν καὶ εἰς

---

diti sunt». Et *species eius deficiebat praeter omnes filios hominum,* praedixit prophetia.

141 (1) Adulescentibus autem sufficit gymnasium, etiamsi adsit balneum. Etenim ut haec viri quoque longe balneis anteferant, forte non malum fuerit; ut quae habeant aliquid, quod iuvenibus confert ad sanitatem, studiumque ac laudis cupiditatem afferunt, ut non solum bonae corporis habitudinis, sed etiam animi hilaritatis curam gerant. Quod si fiat ita, ut a rebus interim melioribus non abstrahantur, scitum est et non inutile.

142 (2) Neque vero hic sunt abducendae mulieres a labore corporis, sed non ad luctam et cursum adhortandae sunt; verum in lana et tela sunt exercendae, et ut pistrici adsint, si opus sit. (3) Praeterea autem ipsas per se uxores oportet ex penu afferre ea, quibus opus habemus: et neque iis ad pistrinum accedere turpe est: sed neque in coquendo obsonio versari, ut id fiat marito gratum, mulieri domus custodi et auxiliatrici est dedecus. (4) Iam vero si et per se vestes stragulas excusserit, et sitienti marito potum praebuerit, cibumque apposuerit, seque honestissime ad moderatam sanitatem ita

σώφρονα ὑγίειαν γυμνασθείη τὴν τοιαύτην γυναῖκα ὁ Παιδαγωγὸς ἀποδέχεται, ἣ «τοὺς πήχεις ἐκτενεῖ εἰς τὰ χρήσιμα, τὰς χεῖρας ἐρείδεται εἰς ἄτρακτον· χεῖρας δὲ αὐτῆς διήνοιξε πένητι, καρπὸν δὲ ἐξέτεινε πτωχῷ» [Prov 31, 19 sq]· (5) τὴν μάλιστα διακονίαν οὐκ ἐπῃσχύνθη, ζηλώσασα Σάρραν, ὑπουργῆσαι τοῖς ὁδοιπόροις· εἶπε γὰρ αὐτῇ ὁ Ἀβραάμ· «Σπεῦσον, καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως· καὶ ποίησον ἐγκρυφίας» [Gn 18, 6]. (6) «Ῥαχὴλ δέ, ἡ θυγάτηρ Λάβαν, ἤρχετο», φησί, «μετὰ τῶν προβάτων τοῦ πατρὸς αὐτῆς.» Καὶ οὐκ ἤρκει ταῦτα, ἀλλὰ τὴν ἀτυφίαν ἐκδιδάσκων προσεπήγαγεν· «Αὕτη γὰρ ἔβοσκε τὰ πρόβατα τοῦ πατρὸς αὐτῆς» [Gn 29, 9]. (7) Καὶ μυρία ὅσα αἱ Γραφαὶ ὀρέγουσι εὐτελείας ἅμα καὶ αὐτουργίας, πρὸς δὲ καὶ γυμνασίων ὑποδείγματα.

(8) Ἀνδρῶν δὲ οἱ μὲν γυμνοὶ καὶ πάλης μετεχόντων, οἱ 143
δὲ καὶ σφαίρῃ τῇ μικρᾷ παιζόντων, τὴν Φαινίνδα παιδιὰν ἐν ἡλίῳ μάλιστα· ἄλλοις ὁ περίπατος αὐτάρκης ἀγρόνδε βαδίζουσιν ἢ εἰς ἄστυ κατιοῦσιν. Εἰ δὲ καὶ σκαπάνης ἅψαιντο, οὐκ ἀγεννὲς τοῦτο παρεμπόρευμα οἰκονομικὸν γυμνασίου γεωργικοῦ. (9) Ἀλλὰ γὰρ μικροῦ δεῖν ἔλαθέν με εἰπεῖν ὁ Πιττακὸς ἐκεῖνος, ὅτι ἤληθεν, ὁ Μιτυληναίων βασιλεύς, ἐνεργῷ γυμνασίῳ χρώμενος. (10) Καλὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἀνιμῆσαι δι' αὐτοῦ καὶ ξύλα διατεμεῖν, οἷς αὐτὸς χρήσεται. «Ἰακὼβ δὲ ἐποίμαινε τὰ πρόβατα Λάβαν τὰ

---

exercuerit, talem mulierem suscipit Paedagogus, quae *cubitos extendit ad ea, quae sunt utilia, manus suas colo fulcit, easdemque pauperi aperit, palmam vero mendico porrigit*, (5) nec, quod praecipuum est ministerium, ad imitationem Sarae viatoribus succurrere erubescit: dixit enim ei Abraham: *Festina et commisce tres mensuras similae, et fac subcinericios.* (6) *Rachel autem filia Laban veniebat*, inquit, *cum ovibus patris sui.* Nec ea suffecerunt, sed docens, quam ab omni esset fastu aliena, subiunxit: *Ipsa enim pascebat oves patris sui.* (7) Alia nobis innumerabilia praebent Scipturae exempla frugalitatis, ministerii, et etiam exercitii.

(8) Ex viris autem alii quidem nudi luctentur; alii vero 143
parvo quoque globo ludant, praecipue eo ludo, quem Pheninda dicunt, in sole. Aliis vero sufficit deambulatio rus euntibus, vel in urbem descendentibus. Quodsi etiam ligonem tractaverint, non est haec illiberalis quaestus oeconomici accessio ad agricolam pertinentis exercitii. (9) Ceterum oblitus sum propemodum dicere, quod Pittacus ille, rex Mitylenaeorum, molebat, acri utens exercitio. (10) Pulchrum est autem etiam aquam per se haurire, et ligna scindere, quibus sit usurus. *Iacob autem pascebat oves Laban, quae relictae fuerant*, regale

ὑπολειφθέντα», σημεῖον ἔχων βασιλικόν, «ῥάβδον στυρακίνην» [Gn 30, 36 sq], ἐναλλάττειν μελετῶσαν διὰ τοῦ ξύλου ἐπὶ τὸ βέλτιον τὴν φύσιν. (11) Πολλοῖς δὲ ἔσθ' ὅτε καὶ τὸ γεγωνὸν τῆς ἀναγνώσεως γυμνάσιόν ἐστιν. (12) Καὶ δὴ τά γε καὶ κατὰ πάλην, ἣν ἐνεκρίναμεν, μὴ φιλονεικίας ἀχρήστου παραλαμβανέσθω χάριν, εἰς δὲ ἱδρώτων ἀνδρωδῶν ἐκκρίσεις˙ καὶ οὔτι γε τὸ ἔντεχνον διαπονητέον, τὸ ἐπιδεικτικὸν αὐτῆς, τὰ δὲ ἀπὸ ὀρθῆς πάλης, ἀπ' αὐχένων καὶ χειρῶν καὶ πλευρῶν ἐξειλήσεως˙ κοσμιωδεστέρα γὰρ καὶ ἀνδρωδεστέρα μετ' εὐσχήμονος ῥώμης ἡ τοιαύτη διαπόνησις ὑγιείας ἕνεκεν εὐχρήστου καὶ ὀνησιφόρου παραλαμβανομένη, οἱ δὲ ἄλλοι πόνοι γυμναστικῆς οὐκ ἐλευθέρων στάσεων μελέτην καταγγέλλοντες.

144 (13) Πανταχοῦ δὲ τοῦ μέτρου στοχαστέον. Ὡς γὰρ πόνους σιτίων ἡγεῖσθαι ἄριστον, οὕτω τὸ ὑπὲρ τὸ μέτρον πονεῖν καὶ κάκιστον καὶ κοπῶδες καὶ νοσοποιόν. Οὔτ' οὖν παντάπασιν ἀργὸν εἶναι χρή, οὐδὲ μὴν παντελῶς ἐπίπονον. (14) Καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς τροφῆς διεξεληλύθαμεν, παραπλησίως ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ˙ οὐ πρὸς ἡδυπάθειαν τετράφθαι καὶ ἀκόλαστον χρὴ δίαιταν, οὐδ' αὖ πρὸς τὴν ἐναντίαν τὴν ἄκρατον, ἀλλὰ τὴν μεταξὺ τούτων τὴν ἐμμελῆ τε καὶ σώφρονα καὶ καθαρὰν ἑκατέρας κακίας, τρυφῆς τε καὶ φει-

---

habens signum, *virgam styracinam,* quae per lignum meditabatur naturam mutare in melius. (11) Multis quoque, quae alta fit voce, lectio est exercitium. (12) Iam vero lucta quoque, quam admisimus, non assumatur gratia inutilis contentionis et vanae gloriae cupiditatis, sed ut viriles excernantur sudores. Nec vero laborandum est in ostentando ea in re artificio, sed recta lucta certandum est, collorum, manuum, laterum explicatione et motu. Est enim honestior et virilior, quae cum decoro robore fit hoc modo exercitatio, quae utilis et conducibilis sanitatis gratia assumitur. Reliquae vero gymnasticae non liberalium vitae studiorum meditationem profitentur.

144 (13) Modus autem est ubique attendendus. Quemadmodum enim est optimum, ut labores cibos praecedant, ita supra modum laborare est et pessimum, et molestum, et morborum causa. Neque ergo oportet esse omnino otiosum, neque penitus labore fatigatum. (14) Sicut enim de alimento diximus, ita etiam dicendum est ubique in omnibus: Non ad voluptatem luxuriosamque rationem vita agenda est, nec rursus ad contrariam, et quae nullum habeat temperamentum, sed eam, quae inter haec medium locum obtinet, estque temperata ac moderata et pura ab utroque vitio, deliciarum scilicet et parci-

δωλίας. (15) Ἤδη δέ, ὡς καὶ πρόσθεν εἰρήκαμεν, ἄτυφον ἡ αὐτάρκεια γυμνάσιον καὶ τὸ ὑποδήσασθαί τινα αὐτὸν αὑτῷ, καὶ τὸ ἀπονίψασθαι τὼ πόδε, πρὸς δὲ καὶ τὸ ἀληλιμμένον λίπα ἀνατρῖψαι αὐτόν· τὸ δὲ καὶ τὴν ἀμοιβὴν τὴν ἴσην ἀνταποδοῦναι τῷ τρίψαντι ἐναλλάξ, καὶ τοῦτο δικαιοσύνης ἐστὶ κοινωνικῆς τὸ γυμνάσιον· καὶ παραδαρθεῖν φίλῳ νοσοῦντι, καὶ ὑπουργῆσαι μὴ δυναμένῳ, καὶ παραθεῖναι δεομένῳ. (16) «Καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς», φησίν, «Ἀβραὰμ τοῖς τρισὶν ἄριστον ὑπὸ τὸ δένδρον καὶ παρέστη ἐσθίουσιν αὐτοῖς» [Gn 18, 18]. (17) Καὶ ἡ ἁλιεία, ὡς τῷ Πέτρῳ [cf. Io 21, 3], εἰ σχολὴν ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων τῶν ἐν Λόγῳ μαθημάτων ἄγοιμεν. Αὕτη δὲ βελτίων ἡ ἄγρα, ἣν ἐχαρίσατο ὁ Κύριος τῷ μαθητῇ, καθάπερ ἰχθῦς διὰ ὕδατος, «ἀνθρώπους ἁλιεύειν» [cf. Mc 1, 17] διδάξας.

CB l. c. 1, 264 sqq. MG 8, 619 sqq.

## Hymnus in Christum Regem et Servatorem.

[Paedagogus 3 in fine.]

Στόμιον πώλων ἀδαῶν,
Πτερὸν ὀρνίθων ἀπλανῶν,
Οἴαξ νηῶν ἀτρεκής,
Ποιμὴν ἀρνῶν βασιλικῶν·
Τοὺς σοὺς ἀφελεῖς
Παῖδας ἄγειρον,
Αἰνεῖν ἁγίως,
Ὑμνεῖν ἀδόλως
Ἀκάκοις στόμασι
Παίδων ἡγήτορα Χριστόν.

Frenum pullorum indocilium, 145
Penna volucrum non errantium,
Verus clavus navium,
Pastor agnorum regalium:
Tuos simplices 146
Pueros congrega,
Ad sancte laudandum,
Sincere canendum
Ore innoxio
Christum puerorum ducem.

---

tatis. (15) Iam vero, sicut etiam ante diximus, sibi ipsi sufficere est exercitium a fastu alienum: ut exempli gratia quis ipse sibi calceos induat, pedes lavet, oleo unctum confricet. Porro autem ei quoque, qui fricavit, mutuam dare operam, id quoque est communicativae iustitiae exercitium: et dormire iuxta amicum aegrotantem, et impotenti ministrare, et egenti ea, quae sunt necessaria, opponere. (16) *Et apposuit iis,* inquit, *tribus Abraham prandium sub arbore, et astitit iis comedentibus.* (17) Piscatio quoque, quemadmodum Petro, si nobis superfuerit a necessariis Logi disciplinis otium. Haec est autem melior piscatio, quam Dominus largitus est discipulo, qui tamquam pisces in aqua, *homines piscari* docuit.

147 Ἁγίων βασιλεῦ,
Λόγε πανδαμάτωρ
Πατρὸς ὑψίστου,
Σοφίας πρύτανι,
Στήριγμα πόνων,
Αἰωνοχαρές,
Βροτέας γενεᾶς
Σῶτερ Ἰησοῦ·
Ποιμήν, ἀροτήρ,
Οἴαξ, στόμιον,
Πτερὸν οὐράνιον
Παναγοῦς ποίμνης,
Ἁλιεῦ μερόπων
Τῶν σωζομένων
Πελάγους κακίας·
Ἰχθῦς ἁγνοὺς
Κύματος ἐχθροῦ
Γλυκερῇ ζωῇ δελεάζων·
Ἡγοῦ, προβάτων
Λογικῶν ποιμὴν ἅγι', ἡγοῦ,
Βασιλεῦ, παίδων ἀνεπάφων.

Sanctorum rex,
Verbum, qui domas omnia,
Patris altissimi,
Sapientiae rector,
Laborum sustentaculum,
Aevo gaudens,
Humani generis
Servator Iesu:
Pastor, arator,
Clavus, frenum,
Penna caelestis
Sanctissimi gregis,
Piscator hominum,
Qui servantur
Pelagi e vitiis;
Pisces castos
Unda ex infesta
Dulci vita inescans:
Sis dux, ovium
Rationalium pastor sancte, sis dux,
Rex, puerorum intactorum.

148 Ἴχνια Χριστοῦ
Ὁδὸς οὐρανία.
Λόγος ἀέναος,
Αἰὼν ἄπλετος,
Φῶς ἀΐδιον,
Ἐλέους πηγή·
Ῥεκτὴρ ἀρετῆς
Σεμνῇ βιοτῇ
Θεὸν ὑμνούντων,
Χριστὲ Ἰησοῦ,
Γάλα οὐράνιον
Μαστῶν γλυκερῶν
Νύμφης χαρίτων,
Σοφίας τῆς σῆς,
Ἐκθλιβόμενον·
Οἱ νηπίαχοι
Ἀταλοῖς στόμασιν
Ἀτιταλλόμενοι,
Θηλῆς λογικῆς

Vestigia Christi
Via caelestis.
Verbum perenne,
Aevum infinitum,
Lux aeterna,
Fons misericordiae;
Operator virtutis
Honesta vita
Deum laudantium,
Christe Iesu,
Lac caeleste
Dulcibus uberibus
Nymphae gratiarum,
Sapientiae tuae,
Expressum:
Infantuli
Ore tenero
Enutriti,
Mammae rationalis

Πνεύματι δροσερῷ
Ἐμπιπλάμενοι,
Αἴνους ἀφελεῖς,
Ὕμνους ἀτρεκεῖς
Βασιλεῖ Χριστῷ,
Μισθοὺς ὁσίους
Ζωῆς διδαχῆς,
Μέλπωμεν ὁμοῦ,
Μέλπωμεν ἁπλῶς
Παῖδα κρατερόν.

Roscido spiritu
Impleti,
Laudes simplices,
Hymnos veraces,
Regi Christo,
Mercedes sanctas
Vitae doctrinae,
Canamus simul,
Canamus simpliciter
Puerum valentem.

Χορὸς εἰρήνης,
Οἱ Χριστόγονοι,
Λαὸς σώφρων,
Ψάλλωμεν ὁμοῦ
Θεὸν εἰρήνης.

Chorus pacis, 149
Christogeniti,
Populus modestus,
Psallamus simul
Deum pacis.

CB l. c. 1, 291 sq. MG 8, 681 sqq.

### De Marco et Luca evangelistis.

[Adumbrationes in epistulam Petri primam catholicam 5, 13.]

Marcus, Petri sectator, praedicante Petro Evangelium palam Romae coram quibusdam Caesareanis equitibus et multa Christi testimonia proferente, petitus ab eis, ut possent, quae dicebantur, memoriae commendare, scripsit ex his, quae Petro dicta sunt, Evangelium, quod secundum Marcum vocitatur; sicut Lucas quoque et Actus apostolorum stylo exsecutus agnoscitur et Pauli ad Hebraeos interpretatus Epistulam. 150*

Ed. *Th. Zahn*, Forschungen zur Geschichte des neutest. Kanons 3 (Erlangen 1884, Deichert), 82 f.

*Testimonia Clementis de Epistula prima Petri, de ordine Evangeliorum et de commoratione Romana s. Petri vide postea apud Eusebium (n. 426 434).* 150 a

## EPISTULA AD DIOGNETUM scripta saec. II. vel III.

### De vita et moribus Christianorum.

[Cap. 5—6.]

5. (1) Χριστιανοὶ γὰρ οὔτε γῇ οὔτε φωνῇ οὔτε ἔθεσι διακεκριμένοι τῶν λοιπῶν εἰσιν ἀνθρώπων. (2) Οὔτε γάρ 151*

---

5. (1) Christiani enim neque regione neque sermone neque vitae institutis distincti a ceteris sunt hominibus. (2) Nam 151

που πόλεις ἰδίας κατοικοῦσιν οὔτε διαλέκτῳ τινὶ παρηλλαγμένῃ χρῶνται οὔτε βίον παράσημον ἀσκοῦσιν. (3) Οὐ μὴν ἐπινοίᾳ τινὶ καὶ φροντίδι πολυπραγμόνων ἀνθρώπων μάθημα τοῦτ' αὐτοῖς ἐστιν εὑρημένον, οὐδὲ δόγματος ἀνθρωπίνου προεστᾶσιν, ὥσπερ ἔνιοι. (4) Κατοικοῦντες δὲ πόλεις ἑλληνίδας τε καὶ βαρβάρους, ὡς ἕκαστος ἐκληρώθη, καὶ τοῖς ἐγχωρίοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες ἔν τε ἐσθῆτι καὶ διαίτῃ καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ θαυμαστὴν καὶ ὁμολογουμένως παράδοξον ἐνδείκνυνται τὴν κατάστασιν τῆς ἑαυτῶν πολιτείας. (5) Πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρίς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη. (6) Γαμοῦσιν ὡς πάντες, τεκνογονοῦσιν· ἀλλ' οὐ ῥίπτουσι τὰ γεννώμενα. (7) Τράπεζαν κοινὴν παρατίθενται, ἀλλ' οὐ κοίτην.

152 (8) «Ἐν σαρκὶ» τυγχάνουσιν, ἀλλ' «οὐ κατὰ σάρκα» [2 Cor 10, 3. Cf. Rom 8, 12 13] ζῶσιν. (9) Ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. (10) Πείθονται τοῖς ὡρισμένοις νόμοις, καὶ τοῖς ἰδίοις βίοις νικῶσι τοὺς νόμους. (11) Ἀγαπῶσι πάντας, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται. (12) Ἀγνοοῦνται, καὶ κατακρίνονται· θανατοῦνται, καὶ ζωοποιοῦνται. (13) «Πτωχεύουσι, καὶ πλουτίζουσι πολλούς» [2 Cor 6, 10]· πάντων ὑστεροῦνται, καὶ ἐν πᾶσι περισσεύουσιν. (14) Ἀτι-

---

neque civitates proprias incolunt neque sermone utuntur quodam insolito neque vitam degunt insignitam. (3) Neque vero cogitatione quadam et hominum curiosorum sollicitudine haec disciplina ab iis est inventa, neque dogmati humano patrocinantur, sicut nonnulli. (4) Incolentes autem civitates et graecas et barbaras, prout cuiusque sors tulit, et indigenarum instituta sequentes in vestitu victuque ac reliquo vivendi genere mirabilem et omnium consensu incredibilem vitae suae statum proponunt. (5) Patrias habitant proprias, sed tamquam inquilini; omnia cum aliis habent communia tamquam cives, et omnia patiuntur tamquam peregrini; omnis peregrina regio eorum est patria, et omnis patria peregrina. (6) Uxores ducunt ut omnes, liberos procreant; sed non abiciunt fetus. (7) Mensam communem habent, non lectum.

152 (8) *In carne* sunt, sed *non secundum carnem* vivunt. (9) In terra degunt, sed in caelo civitatem suam habent. (10) Obsequuntur legibus constitutis, et suo vitae genere superant leges. (11) Amant omnes, et omnes eos persequuntur. (12) Ignorantur, et condemnantur; morte afficiuntur, et vivificantur. (13) *Mendici sunt, et ditant multos;* omnibus rebus indigent, et omnia illis redundant. (14) Dedecorantur, et inter dede-

μοῦνται, καὶ ἐν ταῖς ἀτιμίαις δοξάζονται βλασφημοῦνται, καὶ δικαιοῦνται. (15) «Λοιδοροῦνται, καὶ εὐλογοῦσιν» [1 Cor 4, 12]˙ ὑβρίζονται, καὶ τιμῶσιν. (16) Ἀγαθοποιοῦντες ὡς κακοὶ κολάζονται˙ κολαζόμενοι χαίρουσιν ὡς ζωοποιούμενοι. (17) Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται˙ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας εἰπεῖν οἱ μισοῦντες οὐκ ἔχουσιν.

6. (1) Ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι ψυχή, τοῦτ' 153
εἰσὶν ἐν κόσμῳ Χριστιανοί. (2) Ἔσπαρται κατὰ πάντων τῶν τοῦ σώματος μελῶν ἡ ψυχή, καὶ Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις. (3) Οἰκεῖ μὲν ἐν τῷ σώματι ψυχή, οὐκ ἔστι δὲ ἐκ τοῦ σώματος˙ καὶ Χριστιανοὶ ἐν κόσμῳ οἰκοῦσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ κόσμου. (4) Ἀόρατος ἡ ψυχὴ ἐν ὁρατῷ φρουρεῖται τῷ σώματι˙ καὶ Χριστιανοὶ γιγνώσκονται μὲν ὄντες ἐν τῷ κόσμῳ, ἀόρατος δὲ αὐτῶν ἡ θεοσέβεια μένει. (5) Μισεῖ τὴν ψυχὴν ἡ σὰρξ καὶ πολεμεῖ μηδὲν ἀδικουμένη, διότι ταῖς ἡδοναῖς κωλύεται χρῆσθαι˙ μισεῖ καὶ Χριστιανοὺς ὁ κόσμος μηδὲν ἀδικούμενος, ὅτι ταῖς ἡδοναῖς ἀντιτάσσονται. (6) Ἡ ψυχὴ τὴν μισοῦσαν ἀγαπᾷ σάρκα καὶ τὰ μέλη˙ καὶ Χριστιανοὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπῶσιν. (7) Ἐγκέκλεισται μὲν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, συνέχει δὲ αὐτὴ τὸ σῶμα˙ καὶ Χριστιανοὶ κατέχονται μὲν ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ κόσμῳ, αὐτοὶ δὲ συνέχουσι

---

cora afficiuntur gloria; fama eorum laceratur, et iustitiae eorum testimonium perhibetur. (15) *Obiurgantur, et benedicunt;* contumeliose tractantur, et honorem deferunt. (16) Cum bonum faciant, tamquam improbi puniuntur; dum puniuntur, gaudent, tamquam vivificentur. (17) Iudaei adversus eos tamquam alienigenas bellum gerunt et gentiles eos persequuntur; atque causam inimicitiarum dicere osores nequeunt.

6. (1) Ut autem simpliciter dicam: quod est in corpore 153
anima, hoc sunt in mundo Christiani. (2) Dispersa est per omnia corporis membra anima: et Christiani per mundi civitates. (3) Habitat quidem in corpore anima, sed non est e corpore: et Christiani in mundo habitant, sed non sunt e mundo. (4) Invisibilis anima in visibili custoditur corpore: et Christiani conspiciuntur quidem in mundo degentes, sed invisibilis est eorum pietas. (5) Odio et bello animam caro prosequitur nulla affecta iniuria, quia voluptatibus frui prohibetur: odit et Christianos mundus nulla affectus iniuria, quia voluptatibus repugnant. (6) Anima carnem amat, quae ipsam odit, et membra: et Christiani osores amant. (7) Inclusa quidem est anima corpore, sed ipsa continet corpus: et Christiani detinentur quidem in mundo tamquam in custodia,

τὸν κόσμον. (8) Ἀθάνατος ἡ ψυχὴ ἐν θνητῷ σκηνώματι κατοικεῖ· καὶ Χριστιανοὶ παροικοῦσιν ἐν φθαρτοῖς, τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀφθαρσίαν προσδεχόμενοι. (9) Κακουργουμένη σιτίοις καὶ ποτοῖς ἡ ψυχὴ βελτιοῦται· καὶ Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν πλεονάζουσι μᾶλλον. (10) Εἰς τοσαύτην αὐτοὺς τάξιν ἔθετο ὁ Θεός, ἣν οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς παραιτήσασθαι.

Patres Apostolici, ed. *Fr. Xav. Funk* (1901) 1, 396 sqq.

## CLAUDIUS GALENUS medicus obiit circa 200.

### De «philosophia» Christianorum.

[Apud *Abulfeda*, Hist. anteislamica arabice scripta.]

*154 (1) Galeni tempore religio Christianorum magna iam incrementa ceperat, eorumque mentionem fecit in libro de sententiis Politiae Platonicae, his verbis:

(2) «Hominum plerique orationem demonstrativam continuam mente assequi nequeunt; quare indigent, ut instituantur mythis (narrationes dicit de praemiis et poenis in vita futura sperandis), veluti nostro tempore videmus homines illos, qui Christiani vocantur, fidem suam a mythis petiisse. (3) Hi tamen interdum talia faciunt, qualia qui vere philosophantur. Nam quod mortem contemnunt, id quidem ante oculos habemus; (4) item quod verecundia ducti ab usu rerum venerearum abhorrent. Sunt enim inter eos et feminae et viri, qui per totam vitam a concubitu abstinuerint; sunt etiam qui in animis regendis coercendisque et in acerrimo studio eo progressi sint, ut nihil cedant vere philosophantibus.» Haec Galenus.

Ed. *Fleischer* (Lips. 1831) 109.

## ABERCIUS HIEROPOLITANUS (Phrygiae salutaris) scripsit sub finem saeculi secundi.

### Epitaphium.

Integer fere textus traditur in vita Abercii scripta inter saec. III—VI. Constat 22 versibus, e quibus secundus pentameter, reliqui omnes hexametri sunt. Anno 1883 W. Ramsay invenit prope Hieropolim duo

---

sed ipsi continent mundum. (8) Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat: et Christiani peregrinantur in corruptibilibus, caelestem incorruptibilitatem exspectantes. (9) Anima cibis et potionibus male tractata fit melior: et Christiani suppliciis affecti cotidie numero crescunt. (10) In tanta eos statione posuit Deus, quam nefas est iis defugere.

fragmenta ipsius lapidis cum versibus 7—15 in 18 lineas distributis, quae ab anno 1892 Romae in museo Lateranensi asservantur. Iam anno 1882 Ramsay alium lapidem invenerat cum epitaphio Alexandri cuiusdam Hieropolitani, depositi anno p. Chr. 216, cuius versus 1—3 et 5—7 mutato nomine cum initio (1—3) et fine (20—22) nostri epitaphii consonant. — Textus epitaphii multoties, ultimum secundum quincuplicem traditionem atque cum magno apparatu editus est a **Guil. Lüdke** et **Theod. Nissen** (Lipsiae 1910 BT). — Litterae, quae in fragmentis exciderunt, quadratis uncis, quae coniectura additae sunt, rotundis includuntur.

1 Ἐ]κλεκτῆς πό[λε]ως ὁ πολεί‖[της τ]οῦτ' ἐποίη[σα][1] 155*
Ζῶν, ἵ]ν' ἔχω [καιρῷ]‖σώματος ἔνθα θέσιν.
3 Οὔνομ' [Ἀβέρκιος ὁ ὢν]‖μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ,
ὃς βόσκει προβάτων ἀγέλας ὄρεσιν πεδίοις τε,
5 ὀφθαλμοὺς ὃς ἔχει μεγάλους πάντη καθορόωντας.
Οὗτος γάρ μ' ἐδίδαξε (τὰ 'Ρώμης[2] vel τὰ Ζωῆς[3] vel Θεοῦ τὰ[4]) γράμματα πιστά·
7 εἰς 'Ρώμη[ν ὃς ἔπεμψεν]‖ἐμὲν[5] βασίλ[ει' ἀναθρῆσαι][6]
καὶ βασίλισ[σαν ἰδεῖν χρυσόσ]‖τολον χρ[υσοπέδιλον]·
λαὸν δ' εἶδον [ἐκεῖ λαμπρὰν] σφραγεῖδ' ἀνέ[χοντα][7].
10 Καὶ Συρίης πέ[δον εἶδα]‖καὶ ἄστεα πά[ντα, Νίσιβιν]
Εὐφράτην δια[βὰς πάν]‖τη δ' ἔσχον συνο[μίλους][8].
Παῦλον ἔχων ἔπο[χον?][9] ‖Πίστις [πάντη δὲ προῆγε]
καὶ παρέθηκε [τροφὴν]‖πάντη Ἰχθὺν ἀ[πὸ πηγῆς]
πανμεγέθη καθ[αρόν, ὃν]‖ἐδράξατο παρθ[ένος ἁγνή],
15 καὶ τοῦτον ἐπέ[δωκε φί]‖λοις ἐσθ[ίειν διὰ παντός],
16 οἶνον χρηστὸν ἔχουσα κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου.

Ταῦτα παρεστὼς εἶπον Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι,
ἑβδομηκοστὸν ἔτος καὶ δεύτερον ἦγον ἀληθῶς.
Ταῦθ' ὁ νοῶν εὔξαιτο ὑπὲρ Ἀβερκίου πᾶς ὁ συνῳδός[10].
20 Οὐ μέντοι τύμβῳ τις ἐμῷ‖ἕτερόν τινα θήσει·
εἰ δ' οὖν, 'Ρωμαίων τα[μ]είῳ‖θήσε[ι] δισχείλια [χ]ρυσᾶ[11]
καὶ [χ[ρηστῇ πατρίδι‖Ἱεροπόλει [χ]είλια χρυσᾶ.

Versio litteralis.

1 Electae urbis civis hoc statui [monumentum] 155[1]
vivus, ut habeam tempore quiescendi inibi locum.

---

[1] **Pronuntiandum**: ἐπόησα. [2] *Versio rossiaca.*
[3] *Pitra.* [4] *Bekker.* [5] Intellege: ἐμέ.
[6] *Gietmann; Versio rossiaca:* βασιλείαν ἀθροῖσαι. *Kaufmann:* βασιλείαν ἀθρῆσαι. *Zahn, Rauschen:* βασιλῆ ἀναθρῆσαι.
[7] *de Sanctis.* [8] *Versio rossiaca.* [9] *Zahn:* ἐγὼν ἑπόμην.
[10] Versus longior et malus. [11] Versus longior et malus.

3 Nomine Abercius sum, discipulus Pastoris sancti,
qui pascit ovium greges in montibus campisque,
5 oculos qui habet magnos quoquoversus spectantes.
Hic enim me docuit vitae (*vel:* Dei, *vel:* Romae) litteras fideles;
7 Romam qui misit, tum regiam arcem conspicere,
tum Reginam videre deaurato vestitu, auro calceatam;
populum quoque vidi ibi splendidum signum praeferentem.
10 Ac Syriae campum vidi et urbes cunctas, Nisibin
Euphraten transgressus; ubique autem nactus sum sodales.
Paulum convectorem habui. Fides autem ubique praeibat
et apponebat cibum ubique Piscem e fonte
maximum immaculatum, quem prehenderat Virgo casta,
15 et hunc attribuebat amicis manducandum perpetuo,
16 vinum bonum habens, mistum dans cum pane.

Haec astans iussi Abercius ita scribi;
septuagesimum annum et alterum agebam verissime.
Haec intuitus precetur pro Abercio, quisquis consona mente est.
20 Nequaquam vero tumulo quis meo alium quemquam ponet;
sin secus, Romanorum aerario pendet duo milia aurorum
et optimae patriae Hieropoli mille aureos.

Versio metrica[1].

155[2] 1 Urbis ego electae civis posui mihi vivus,
quem iusto subeant tempore membra locum.

3 Nomen Abercius est, sancti Pastoris alumnus
sum, qui pascit oves campis et montibus actas
5 atque oculos magnos circumfert cuncta tuentes.
Hic etenim docuit me scripta fidelia vitae;
qui Romam misit, Divini Regis ut aulam
Reginamque viderem auro corpusque pedesque
distinctam populumque gerentem clara sigilla.
10 Atque agros Syriae vidi, oppida cuncta, Nisibin
Euphraten transgressus — ubique fuere sodales.
Convector mihi Paulus ubique, Fidesque praeibat,
quae victum tribuit Piscemque per omnia fonte
permagnum purum, quem Virgo prehenderat alma,
15 atque cibum praebebat alendis semper amicis,
16 vinum commistum cum panibus acre propinans.

Iussi astans ego Abercius haec insculpere, septem
annorum decades explens, mihi crede, duosque.
Haec relegens pro me, qui concors mente, precetur.

---

[1] Auctore P. *G. Gietmann* S. J.

Verum alium tumulo ne quis deponat in isto,
aut fisco Romano auri duo milia pendet,
ac patria Hierapolis capiat proba mille repensos.

## FRAGMENTUM MURATORIANUM scriptum circa 200.

### De libris canonicis.

Nomen sumpsit a doctissimo L. A. Muratori, qui illud e codice Ambrosiano J 101 sup. (saec. VIII.) anno 1740 primus in lucem edidit (Antiquitates italicae medii aevi 3, 851 sqq). — Hic recensionem a H. Lietzmann (Bonn 1902, Marcus und Weber) factam reddimus.

quibus tamen interfuit, et ita posuit. 156*
Tertium Evangelii librum secundum Lucam. Lucas iste medicus, post ascensum Christi cum eum Paulus quasi litteris[1] studiosum secum adsumpsisset, nomine suo ex opinione conscripsit, Dominum tamen nec ipse vidit in carne, et ideo prout assequi potuit ita et a nativitate Iohannis incipit dicere.
Quartum Evangeliorum Iohannis ex discipulis. 157
Cohortantibus condiscipulis et episcopis suis dixit: «Conieiunate mihi hodie triduo, et quid cuique fuerit revelatum alterutrum nobis enarremus.» Eadem nocte revelatum Andreae ex apostolis, ut recognoscentibus cunctis Iohannes suo nomine cuncta describeret. Et ideo, licet varia singulis Evangeliorum libris principia doceantur, nihil tamen differt credentium fidei, cum uno ac principali spiritu declarata sint in omnibus omnia: De nativitate, de passione, de resurrectione, de conversatione cum discipulis suis ac de gemino eius adventu, primo in humilitate despectus[2], quod fuit, secundo in potestate regali praeclaro, quod futurum est. Quid ergo mirum, si Iohannes tam constanter singula etiam in epistulis suis profert dicens in semetipsum: *Quae vidimus oculis nostris et auribus audivimus et manus nostrae palpaverunt, haec scripsimus vobis* [1 Io 1, 1 sqq]. Sic enim non solum visorem se et auditorem, sed et scriptorem omnium mirabilium Domini per ordi-

---

[1] *Zahn:* itineris. [2] *Zahn:* despecto.

158 nem profitetur. Acta autem omnium apostolorum
sub uno libro scripta sunt. Lucas optimo Theophi-
lo comprendit, quae sub praesentia eius singula
gerebantur, sicuti et semota passione Petri
evidenter declarat, sed et profectione Pauli ab ur-
159 be ad Spaniam proficiscentis. Epistulae autem
Pauli quae a quo loco vel qua ex causa directae
sint volentibus intellegere ipsae declarant:
primum omnium Corinthiis schismae haereses in-
terdicens, deinceps Galatis circumcisionem,
Romanis autem ordinem scripturarum sed et
principium earum esse Christum intimans
prolixius scripsit. De quibus singulis neces-
se est a nobis disputari, cum ipse beatus
apostolus Paulus sequens prodecessoris sui
Iohannis ordinem non nisi nominatim septem
ecclesiis scribat ordine tali; ad Corinthios
prima, ad Ephesios secunda, ad Philippenses ter-
tia, ad Colossenses quarta, ad Galatas quin-
ta, ad Thessalonicenses sexta, ad Romanos
septima. Verum Corinthiis et Thessalonicen-
sibus licet pro correptione iteretur una
tamen per omnem orbem terrae ecclesia
diffusa esse dinoscitur. Et Iohannes enim in A-
pocalypsi licet septem ecclesiis scribat,
tamen omnibus dicit. Verum ad Philemonem unam
et ad Titum unam et ad Timotheum duas pro affec-
tu et dilectione, in honorem tamen ecclesiae ca-
tholicae in ordinationem ecclesiasticae
disciplinae sanctificatae sunt. Fertur etiam ad
Laodicenses, alia ad Alexandrinos Pauli no-
mine finctae ad haeresem Marcionis et alia plu-
ra, quae in catholicam ecclesiam recipi non
potest: fel enim cum melle misceri non con-
160 gruit. Epistula sane Iudae et superscripti
Iohannis duae in catholica habentur et Sapi-
entia ab amicis Salomonis in honorem ipsius
161 scripta. Apocalypses etiam Iohannis et Pe-
tri tantum recipimus, quam quidam ex no-
stris legi in ecclesia nolunt. Pastorem vero
nuperrime temporibus nostris in urbe
162 Roma Hermas conscripsit sedente cathe-
dra urbis Romae ecclesiae Pio episcopo fratre
eius: et ideo legi eum quidem oportet, se pu-
blicare vero in ecclesia populo neque inter
prophetas completo numero, neque inter
apostolos in fine temporum potest.

Arsinoi autem seu Valentini vel Miltiadis nihil in totum recipimus, qui etiam novum 163
Psalmorum librum Marcioni conscripserunt una cum Basilide Asiano, Cataphrygum constitutore.

Ed. *H. Lietzmann* 4—11.

## Q. SEPTIMIUS FLORENS TERTULLIANUS
obiit post 222.

### De iniquitate odii erga nomen Christianorum.
[Apologeticum (scriptum 197) 1.]

(1) Si non licet vobis, Romani imperii antistites, in 164
aperto et edito ipso fere vertice civitatis praesidentibus ad iudicandum, palam dispicere et coram examinare, quid sit liquido in causa Christianorum; si ad hanc solam speciem auctoritas vestra de iustitiae diligentia in publico aut timet aut erubescit inquirere; si denique, quod proxime accidit, domesticis iudiciis nimis operata infestatio sectae huius [os] obstruit defensioni: liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures vestras pervenire. (2) Nihil de causa sua deprecatur, quia nec de conditione miratur. (3) Scit se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire, ceterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in caelis habere. Unum gestit interdum, ne ignorata damnetur. (4) Quid hinc deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, quo etiam auditam damnabunt veritatem? (5) Ceterum, inauditam si damnent, praeter invidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientiae, nolentes audire, quod auditum damnare non possint.

(6) Hanc itaque primam causam apud vos collocamus, 165
iniquitatis odii erga nomen Christianorum. (7) Quam iniquitatem idem titulus et onerat et revincit, qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines, quod ignorant, etiamsi res mereretur odium? (8) Tunc etenim meretur, cum cognoscitur, an mereatur. Vacante autem meriti notitia, unde odii iustitia defenditur quae non de eventu, sed de conscientia probanda est? (9) Cum ergo propterea oderunt homines, quia ignorant, quale sit quod oderunt, cur non liceat

eiusmodi illud esse, quod non debeant odisse: (10) Ita utrumque ex alterutro redarguimus, et ignorare illos, dum oderunt, et iniuste odisse, dum ignorant. (11) Testimonium ignorantiae est, quae iniquitatem, dum excusat, condemnat; cum omnes, qui retro oderant, quia ignorabant quale sit quod oderant, simul desinunt ignorare, cessant et odisse. (12) Ex his fiunt Christiani, utique de comperto et incipiunt odisse quod fuerant, et profiteri quod oderant; et sunt tanti, quanti et denotamur.

166 (13) Obsessam vociferantur civitatem, in agris, in castellis, in insulis Christianos; omnem sexum, aetatem, conditionem etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi detrimento maerent. (14) Nec tamen hoc ipso ad aestimationem alicuius latentis boni promovent animos. Non licet rectius suspicari, non libet propius experiri. (15) Hic tantum curiositas humana torpescit. Amant ignorare, cum alii gaudeant cognovisse. Quanto magis hos Anacharsis denotasset imprudentes de prudentibus iudicantes, quam immusicos de musicis! (16) Malunt nescire, quia iam oderunt. Adeo quod nesciant, praeiudicant id esse, quod, si sciant, odisse non poterant; quando si nullum odii debitum deprehendatur, optimum utique sit desinere iniuste odisse; si vero de merito constet, non modo nihil odii detrahatur, sed amplius acquiratur ad perseverantiam, etiam iustitiae ipsius auctoritate.

167 (17) Sed non ideo, inquit, bonum, quia multos convertit. Quanti enim ad malum performantur, quanti transfugae in perversum? Quis negat? (18) Tamen quod vere malum est, ne ipsi quidem, quos rapit, defendere pro bono audent. Omne malum aut timore aut pudore natura perfudit. (19) Denique malefici gestiunt latere, devitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile aut semper confitentur; certe damnati maerent, dinumerant in semetipsos, mentis malae impetus; ⟨ignaviam⟩ vel fato vel astris imputant. Nolunt enim suum esse quia malum agnoscunt. (20) Christianus vero quid simile? Neminem pudet, neminem paenitet, nisi plane retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatus vel ultro confitetur; damnatus gratias agit. (21) Quid hoc mali est, quod naturalia mali non habet, timorem, pudorem, tergiversationem, paenitentiam, deplorationem? Quod hoc malum est, cuius reus

gaudet, cuius accusatio votum est, et poena felicitas? Non potes dementiam dicere, qui revinceris ignorare.

CV 69 (ed. *Henr. Hoppe,* 1940), 1 sqq. *Jos. Martin* (Bonae 1933, Hanstein, Floril. patrist. 6), 20 sqq. ML 1, 258 sqq.

## Quod solum nomen Christianis crimini detur.

[Ib. 2.]

(1) Si certum est denique nos nocentissimos esse, cur 168
a vobis ipsis aliter tractamur, quam pares nostri, id est ceteri nocentes, cum eiusdem noxae eadem tractatio deberet intervenire? (2) Quodcumque dicimur, cum alii dicuntur, et proprio ore et mercenaria advocatione utuntur ad innocentiae suae commendationem. Respondendi, altercandi facultas patet, quando nec liceat indefensos et inauditos omnino damnari. (3) Sed Christianis solis nihil permittitur loqui, quod causam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat iniustum. Sed illud solum exspectatur, quod odio publico necessarium est, confessio nominis, non examinatio criminis: (4) quando, si de aliquo nocente cognoscatis, non statim confesso eo nomen homicidae, vel sacrilegi, vel incesti, vel publici hostis, ut de nostris elogiis loquar, contenti sitis ad pronuntiandum, nisi et consequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, tempus, conscios, socios. (5) De nobis nihil tale, cum aeque extorqueri oporteret, quod cum falso iactatur, quot quisque iam infanticidia degustasset, quot incesta contenebrasset, qui coqui, qui canes affuissent. O quanta illius praesidis gloria, si eruisset aliquem, qui centum iam infantes comedisset!

(6) Atquin invenimus inquisitionem quoque in nos 169
prohibitam. Plinius enim Secundus, cum provinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum imperatorem, allegans, praeter obstinationem non sacrificandi nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quam coetus antelucanos ad canendum Christo ut Deo et ad confoederandam disciplinam; homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam et cetera scelera prohibentes. (7) Tunc Traianus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. (8) O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendos ut innocentes, et mandat

puniendos ut nocentes. Parcit et saevit, dissimulat et animadvertit. Quid temetipsam censura circumvenis? Si damnas, cur non et inquiris? Si non inquiris, cur non et absolvis? (9) Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur; in reos maiestatis et publicos hostes omnis homo miles est, ad socios, ad conscios usque inquisitio extenditur. (10) Solum Christianum inquiri non licet; offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio, quam oblationem. (11) Damnatis itaque oblatum, quem nemo voluit requisitum, qui, puto, iam non ideo meruit poenam, quia nocens est, sed quia, non requirendus, inventus est.

170 (12) Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus tormenta adhibetis ad confitendum, solis Christianis ad negandum; cum si malum esset, nos quidem negaremus, vos vero confiteri tormentis compelleretis. (13) Neque enim ideo non putaretis requirenda quaestionibus scelera, quia certi essetis admitti ea ex nominis confessione, qui hodie de confesso homicida, scientes homicidium quid sit, nihilominus ordinem extorquetis admissi: (14) Quo perversius, cum praesumatis de sceleribus nostris ex nominis confessione, cogitis tormentis de confessione decedere, ut negantes nomen pariter utique negemus et scelera, de quibus ex confessione nominis praesumpseratis.

171 (15) Sed, opinor, non vultis nos perire, quos pessimos creditis. Sic enim soletis dicere homicidae: Nega!, laniari iubere sacrilegum, si confiteri perseveraverit. (16) Si non ita agitis circa nos nocentes, ergo nos innocentissimos iudicatis, cum quasi innocentissimos non vultis in ea confessione perseverare, quam necessitate, non iustitia damnandam a vobis sciatis. (17) Vociferatur homo: Christianus sum. Quod est, dicit; tu vis audire quod non est. Veritatis extorquendae praesides, de nobis solis mendacium elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod quaeris an sim; quid me torques in perversum? Confiteor, et torques; quid faceres, si negarem? (18) Plane aliis negantibus non facile fidem accommodatis; nobis, si negaverimus, statim creditis. (19) Suspecta sit vobis ista perversitas, ne qua vis lateat in occulto, quae vos adversus formam, adversus naturam iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret. (20) Nisi fallor enim, leges malos erui iubent, non abscondi; confessos damnari praescribunt, non ab-

solvi. Hoc senatus consulta, hoc principum mandata definiunt. (21) Hoc imperium, cuius ministri estis, civilis, non tyrannica dominatio est. Apud tyrannos enim tormenta etiam pro poena adhibebantur; apud vos soli quaestioni temperantur. Vestram illis servate legem usque ad confessionem necessariis; et iam si confessione praeveniantur, vacabunt. (22) Sententia opus est; debito poenae nocens expungendus est, non eximendus. Denique nemo illum gestit absolvere; non licet hoc velle, ideo nec cogitur quisquam negare.

(23) Christianum, hominem omnium scelerum reum, 172
deorum, imperatorum, legum, morum, naturae totius inimicum existimas, et cogis negare, ut absolvas, quem non poteris absolvere, nisi negaverit. (24) Praevaricaris in leges. Vis ergo neget se nocentem, ut eum facias innocentem, et quidem invitum, iam nec de praeterito reum. (25) Unde ista perversitas, ut etiam illud non recogitetis, sponte confesso magis credendum esse quam per vim neganti? vel ne compulsus negare, non ex fide negarit, et absolutus ibidem post tribunal de vestra rideat aemulatione, iterum Christianus?

(26) Cum igitur in omnibus nos aliter disponitis, quam 173
ceteros nocentes, ad unum contendendo, ut de eo nomine excludamur (excludimur enim, si faciamus, quae faciunt non Christiani), intellegere potestis non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quaedam ratio aemulae óperationis insequitur, hoc primum agens, ut homines nolint scire pro certo, quod se nescire pro certo sciunt. (27) Ideo et credunt de nobis quae non probantur, et nolunt inquiri, ne probentur non esse quae malunt credidisse, ut nomen illius aemulae rationis inimicum, praesumptis, non probatis criminibus, de sua sola confessione damnetur. (28) Ideo torquemur confitentes, et punimur perseverantes, et absolvimur negantes, quia nominis proelium est. (29) Denique quid de tabella recitatis illum Christianum? Cur non et homicidam, si homicida Christianus? Cur non et incestum, vel quodcumque aliud esse nos creditis? (30) In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum pronuntiare! Christianus si nullius criminis nomen [reus] est, valde ineptum, si solius nominis crimen est.

CV 69, 4 sqq. Martin l. c. 24 sqq. ML 1, 270 sqq.

## De «lege» contra Christianos lata.

[Ib. 4, 3–15.]

174 (3) Sed quoniam, cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum obstruitur auctoritas adversus eam, ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges, aut ingratis necessitas obsequii praeferatur veritati, de legibus prius concurram vobiscum ut cum tutoribus legum. (4) Iam primum cum dure definitis dicendo: Non licet esse vos! Et hoc sine ullo retractatu humaniore praescribitis; vim profitemini et iniquam ex arce dominationem, si ideo negatis licere, quia vultis, non quia debuit non licere. (5) Quodsi quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio id non debet licere, quod male fit, et utique hoc ipso praeiudicatur licere, quod bene fit. (6) Si bonum invenero esse, quod lex tua prohibuit, nonne ex illo praeiudicio prohibere me non potest, quod, si malum esset, iure prohiberet? (7) Si lex tua erravit, puto, ab homine concepta est; neque enim de caelo ruit. (8) Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda, aut resipuisse in reprobanda? Nonne enim et ipsius Lycurgi leges a Lacedaemoniis emendatae, tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia de semetipso iudicarit? (9) Nonne et vos cotidie, experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem et squalentem silvam legum novis principalium rescriptorum et edictorum securibus truncatis et caeditis? (10) Nonne vanissimas Papias leges, quae ante liberos suscipi cogunt, quam Iuliae matrimonium contrahi, post tantae auctoritatis senectutem heri Severus, constantissimus principum, exclusit? (11) Sed et iudicatos retro in partes secari a creditoribus leges erant; consensu tamen publico crudelitas postea erasa est; in pudoris notam capitis poenae conversa est. Bonorum adhibita proscriptio suffundere maluit hominis sanguinem quam effundere.

175 (12) Quot adhuc vobis repurgandae latent leges, quas neque annorum numerus, neque conditorum dignitas commendat, sed aequitas sola? Et ideo, cum iniquae recognoscuntur, merito damnantur, licet damnent. (13) Quomodo iniquas dicimus? Immo, si nomen puniunt, etiam stultas; si vero facta, cur de solo nomine puniunt facta, quae in aliis de admisso, non de nomine probata de-

fendunt? (14) Incestus sum, cur non requirunt? infanticida, cur non extorquent? In deos, in Caesares aliquid committo, cur non audior, qui habeo quo purger? (15) Nulla lex vetat discuti quod prohibet admitti; quia neque iudex iuste ulciscitur, nisi cognoscat admissum esse quod non licet, neque civis fideliter legi obsequitur, ignorans, quale sit, quod ulciscitur lex. (16) Nulla lex sibi soli conscientiam iustitiae suae debet, sed iis, a quibus obsequium exspectat. Ceterum suspecta lex est, quae probari se non vult, improba autem, si non probata dominetur.

CV 69 12 sq. Martin l. c. 31 sqq. ML 1, 284 sqq.

## De persecutione Neronis.

[Ib. 5, 1—7.]

(1) Ut de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, vetus erat de- 176
cretum, ne qui deus ab imperatore consecraretur, nisi a senatu probatus. Scit M. Aemilius de deo suo Alburno. (2) Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit; homo iam deo propitius esse debebit. (3) Tiberius ergo, cuius tempore nomen christianum in saeculum introivit, annuntiatum sibi ex Syria Palaestina, quod illic veritatem ipsius divinitatis revelaverat, detulit ad senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit; Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus christianorum.

(4) Consulite commentarios vestros; illic reperietis primum Neronem in hanc sectam cum maxime Romae orientem caesariano gladio ferocisse. (5) Sed tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intellegere potest, non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum. (6) Tentaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate; sed qua et homo, facile coeptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat. (7) Tales semper nobis insecutores, iniusti, impii, turpes, quos et ipsi damnare consuestis, a quibus damnatos restituere soliti estis.

CV 69, 14 sq. Martin l. c. 33 sqq. ML 1, 290 sqq.

## De «Legione fulminatrice»[1] et de legibus contra Christianos.

[Ib. 5, 8—12.]

(8) Ceterum de tot exinde principibus ad hodiernum 177
divinum humanumque sapientibus edite aliquem debel-

[1] Varii textus de «Legione fulminatrice» belle demonstrant, quam diverse ex diversis partibus de una eademque re iudicari soleat.

latorem Christianorum! (9) At nos e contrario edimus protectorem, si litterae Marci Aurelii, gravissimi imperatoris, requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur[1]. (10) Sicut non palam ab eiusmodi hominibus poenam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adiecta etiam accusatoribus damnatione, et quidem tetriore.

177[1] (11) Quales ergo leges istae, quas adversus nos soli exercent impii iniusti turpes truces vani dementes, quas Traianus ex parte frustratus est vetando inquiri Christianos, quas nullus Hadrianus, quamquam omnium curiositatum explorator, nullus Vespasianus, quamquam Judaeorum debellator, nullus Pius, nullus Verus impressit! (12) Facilius utique pessimi ab optimis quibusque, ut ab aemulis, quam a suis sociis eradicandi iudicarentur.

CV 69, 15. Martin l. c. 35 sq. ML 294 sqq.

### De celerrima propagatione Christianismi.

[Ib. 37, 7—12.]

178 (7) Hesterni sumus ⟨et orbem iam[2]⟩ et vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum; sola vobis reliquimus templa. (8) ⟨Possumus dinumerare exercitus vestros: unius provinciae plures erunt[2]⟩. (9) Cui bello non idonei, non prompti fuissemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quam occidere? (10) Potuimus et inermes nec rebelles, sed tantummodo discordes, solius divortii invidia adversus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a vobis, suffudisset utique dominationem vestram tot qualiumcumque civium amisssio, immo etiam et ipsa destitutione punisset. (11) Procul dubio expavissetis ad solitudinem vestram, ad silentium rerum et stuporem quendam quasi mortui orbis; quaesissetis quibus imperaretis; plures hostes quam cives vobis remansissent. (12) Nunc enim pauciores hostes habetis prae multitudine Christianorum, paene omnium civi⟨tat⟩um paene omnes

---

[1] Litterae apocryphae exstant ad finem Apologiae I *Iustini:* MG 6, 435 sqq.

[2] Ita sec. cod. Fuld.

cives christianos habendo. — Sed hostes maluistis vocare generis humani potius quam erroris humani.

CV 69, 88 sq. Martin l. c. 127 sq. ML 1, 462 sq.

## De corporatione Christianorum et arca communi Ecclesiae.

[Ib. 39, 1—16.]

(1) Edam iam nunc ego ipse negotia christianae fac- 179
tionis, ut qui mala refutaverim, bona ostendam. Corpus sumus de conscientia religionis et disciplinae unitate et spei foedere. (2) Coimus in coetum et congregationem, ut ad Deum, quasi manu facta, precationibus ambiamus orantes. Haec vis Deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus, pro ministris [1] eorum et potestatibus, pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. (3) Coimus ad litterarum divinarum commemorationem, si quid praesentium temporum qualitas aut praemonere cogit aut recognoscere. (4) Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam praeceptorum nihilominus inculcationibus [2] densamus; ibidem etiam exhortationes, castigationes et censura divina. (5) Nam et iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu, summumque futuri iudicii praeiudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis et conventus et omnis sancti commercii relegetur. (6) Praesident probati quique seniores, honorem istum non pretio sed testimonio adepti; neque enim pretio ulla res Dei constat.

(7) Etiam si quod arcae genus est, non de honoraria 180
summa, quasi redemptae religionis congregatur. Modicam unusquisque stipem menstrua die, vel cum velit, et si modo velit et si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur, sed sponte confert. (8) Haec quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis nec potaculis nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisque, et pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, et si qui in metallis, et si qui in insulis, vel in custodiis, dumtaxat ex causa Dei sectae, alumni confessionis suae fiunt. (9) Sed eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. «Vide», inquiunt, «ut in-

---

[1] *Cod. Fuld.:* ministeriis. [2] *Cod. Fuld.:* in compulsationibus

vicem se diligant»: ipsi enim invicem oderunt; «et ut pro alterutro mori sint parati»: ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt. (10) Sed et quod fratres nos vocamus[1], non alias, opinor, insaniunt, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. (11) Fratres autem etiam vestri sumus, iure naturae matris unius, etsi vos parum homines, quia mali fratres. (12) At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur, qui unum patrem Deum agnoverint, qui unum Spiritum biberint sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unam lucem expaverint veritatis. (13) Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragoedia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quae penes vos fere dirimit fraternitatem.

181 (14) Itaque qui animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos, praeter uxores. (15) In isto loco consortium solvimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed et sua amicis patientissime subministrant: ex illa, credo, maiorum et sapientissimorum disciplina, Graeci Socratis et Romani Catonis, qui uxores suas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant liberorum causa et alibi creandorum. (16) Nescio quidem an invitas; quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donaverant? O sapientiae Atticae, o Romanae gravitatis exemplum! Leno est philosophus et censor.

CV 69, 91 sqq. Martin l. c. 130 sqq. ML 1, 468 sqq.

### De agapis.

[Ib. 39, 17—24.]

182 (17) Quid ergo mirum, si tanta caritas convivatur? Nam et cenulas nostras, praeterquam sceleris infames, ut prodigas quoque suggillatis. De nobis scilicet Diogenis dictum est: «Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, aedificant vero quasi numquam morituri.» (18) Sed stipulam quis in alieno oculo facilius perspicit, quam in suo trabem. Tot tribubus et curiis et decuriis ructantibus acescit aer. Saliis cenaturis creditor erit

---

[1] *Cod. Fuld.:* fratrum appellatione censemur.

necessarius. Herculanarum decimarum et polluctorum sumptus tabularii supputabunt. Apaturiis, Dionysiis, mysteriis Atticis cocorum delectus indicitur. Ad fumum cenae Serapiacae sparteoli excitabuntur. De solo triclinio Christianorum retractatur.

(19) Cena nostra de nomine rationem sui ostendit: id 183
vocatur, quod dilectio[1] penes Graecos. Quantiscumque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes quosque refrigerio isto iuvamus, non qua penes vos parasiti affectant ad gloriam famulandae libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua penes Deum maior est contemplatio mediocrium. (20) Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem disciplinae de causa aestimate. Quod sit de religionis officio: nihil vilitatis, nihil immodestiae admittit. (21) Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum praegustetur; editur quantum esurientes capiunt; bibitur quantum pudicis utile est. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse; ita fabulantur, ut qui sciant Dominum audire. Post aquam manualem et lumina, ut quisque de Scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere; hinc probatur, quomodo biberit. Aeque oratio convivium dirimit. (22) Inde disceditur non in catervas caesionum nec in classes discursationum nec in eruptiones lasciviarum, sed ad eandem curam modestiae et pudicitiae, ut qui non tam cenam cenaverint quam disciplinam.

(23) Haec coitio Christianorum merito sane illicita, si illi- 184
citis par, merito damnanda ⟨si non dissimilis damnandis[2]⟩, si quis de ea queritur eo titulo, quo de factionibus querela est. (24) In cuius perniciem aliquando convenimus? Hoc sumus congregati, quod et dispersi; hoc universi, quod et singuli; neminem laedentes, neminem contristantes. Cum probi, cum boni coeunt, cum pii, cum casti congregantur, non est factio dicenda, sed curia.

CV 69, 94 sq. Martin l. c. 135 sqq. ML 1, 473 sqq.

### Calamitates falso imputantur Christianis.

[Ib. 40, 1—6.]

(1) At e contrario illis nomen factionis accommodandum 185
est, qui in odium bonorum et proborum conspirant, qui

[1] i. e. ἀγάπη. [2] Haec addit *cod. Fuld.*

adversum sanguinem innocentium conclamant, praetexentes sane ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment omnis publicae cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse in causa. (2) Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in arva, si caelum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim «Christianos ad leonem» acclamatur. (3) Tantos ad unum? Oro vos, ante Tiberium, id est ante Christi adventum, quantae clades orbem et urbes ceciderunt? Legimus Hieran, Anaphen et Delon et Rhodon et Co insulas multis cum milibus hominum pessum abiisse. Memorat et Plato maiorem Asiae vel Africae terram Atlantico mari ereptam. Sed et mare Corinthium terrae motus ebibit, et vis undarum Lucaniam Italiae abscisam in Siciliae nomen relegavit. Haec utique non sine iniuria incolentium accidere potuerunt. (4) Ubi vero tunc, non dicam deorum vestrorum contemptores Christiani, sed ipsi dii vestri, cum totum orbem cataclysmus abolevit, vel, ut Plato putavit, campestre solummodo? (5) Posteriores enim illos clade diluvii contestantur ipsae urbes, in quibus nati mortuique sunt, etiam quas condiderunt; neque enim alias in hodiernum manerent, nisi et ipsae postumae cladis illius. (6) Nondum Iudaeum ab Aegypto examen Palaestina susceperat, nec iam illic christianae sectae origo consederat, cum regiones affines eius Sodoma et Gomorra igneus imber exussit. Olet adhuc incendio terra, et si qua illic arborum poma, conantur oculis tenus, ceterum contacta cinerescunt.

CV 69, 96 sq. Martin l. c. 137 sqq. ML 1, 478 sqq.

### «Semen est sanguis Christianorum.»

[Ib. 50, 12—13.]

185[1] (12) Sed hoc agite, boni praesides, meliores multo apud populum, si illis christianos immolaveritis: cruciate, torquete, damnate, atterite nos! Probatio est enim innocentiae nostrae iniquitas vestra. Ideo nos haec pati Deus patitur. Nam et proxime ad lenonem damnando christianam potius quam ad leonem, confessi estis, labem pudicitiae apud nos atrociorem omni poena et omni morte reputari. (13) Nec quicquam tamen proficit exquisitior quaeque crudelitas vestra: illecebra est magis sectae. Plures

efficimur, quoties metimur a vobis: semen est sanguis Christianorum!

CV 69, 120. Martin l. c. 171 sq. ML 1, 534 sq.

### De «lege» contra Christianos lata.

[Ad Nationes (197) 1, 6.]

(1) His propositionibus responsionibusque nostris, quas 186
veritas de suo suggerit, quotiens comprimitur et coarctatur conscientia vestra, tacitae ignorantiae suae testis, confugitis aestuantes ad arulam quandam, id est, legum auctoritatem quod utique non plecterent sectam istam, nisi de meritis apud conditores legum constitisset. (2) Quid ergo prohibuit apud exsecutores quoque legum perinde constare, cum de ceteris criminibus, quae similiter legibus arcentur ac puniuntur, nisi prius requiratur, poena cessat. (3) Verbi gratia, homicidam, adulterum lege: discutitur tamen de ordine admissi, et tamen cognitum est omnibus genus facti. (4) Christianum puniunt leges. (5) Si quod est factum Christiani, erui debet. Nulla lex prohibet inquirere; atquin pro legibus facit inquisitio. (6) Quomodo enim legem observabis cavendo quod lege prohibetur, adempta diligentia cavendi per defectum agnoscendi quid observes. (7) Nulla sibi lex debet conscientiam iustitiae suae, sed iis a quibus captat obsequium. (8) Ceterum suspecta lex est, si probari se non vult. (9) Merito igitur tamdiu iustae in Christianos et reverendae et observandae censentur, quamdiu ignoratur quod persequuntur, merito post agnitionem iniquissimae repertae, cum suis machaeris et patibulis et leonibus despuuntur. (10) Legis iniustae honor nullus est. (11) Ut opinor autem, dubitatur de iniquitate legum quarundam, cum cotidie novis consultis constitutisque duritias nequitiasque earum temperetis.

CV 20 (ed. *A. Reifferscheid* et *G. Wissowa*), 66. ML 1, 565 sq.

### De persecutione Neronis.

[Ib. 1, 7, 11—18.]

(11) Sed bene, quod omnia tempus revelat, testibus 187
sententiis et proverbiis vestris, ipsaque natura, quae ita ordinata est, ut nihil lateat, etiam quod fama non prodidit. (12) Videte, qualem prodigiam[1] adversus nos sub-

---

[1] *alii:* prodiciam.

ornastis, quia quod semel detulit tantoque tempore ad fidem corroboravit, usque adhuc probare non potuit. (13) Principe Augusto nomen hoc ortum est, Tiberio disciplina eius illuxit, sub Nerone damnatio invaluit, ut iam hinc de persona persecutoris ponderetis: si pius ille princeps, impii Christiani, si iustus, si castus, iniusti et incesti Christiani, si non hostis publicus, nos publici hostes; quales simus damnator ipse demonstravit, utique aemula sibi puniens. (14) Et tamen permansit erasis omnibus hoc solum institutum Neronianum, iustum denique ut dissimile sui auctoris. (15) Igitur aetati nostrae nondum anni CCL. (16) Tot iniqui interea, tot cruces divinitatem consecutae, tot infantiae trucidatae, tot panes cruentati, tot strages lucernarum, tot errores nuptiarum, et adhuc Christianis sola fama decernit. (17) Habet quidem grande fundamentum de vitio ingenii humani: felicius in acerbis atrocibusque mentitur. (18) Quanto enim proni ad malitiam, tanto ad mali fidem opportuni estis; facilius denique falso malo, quam vero bono creditur.

CV 20, 67 sq. ML 1, 567.

## Regulae fidei[1].

a. [De praescriptione haereticorum (circa 200) 13.]

188 Regula est autem fidei ut iam hinc quid defendamus profiteamur, illa scilicet qua creditur, (1) unum omnino Deum esse, nec alium praeter mundi conditorem; (2) qui universa de nihilo produxerit, (3) per Verbum suum (4) primo omnium emissum; (5) id Verbum, Filium eius appellatum, (6) in nomine Dei varie visum a Patriarchis, in Prophetis semper auditum; (7) postremo delatum ex Spiritu Patris Dei et virtute (8) in Virginem Mariam, (9) carnem factum in utero eius, et ex ea natum egisse Iesum Christum; (10) exinde praedicasse novam legem et novam promissionem regni caelorum; virtutes fecisse; (11) cruci fixum; tertia die resurrexisse; (12) in caelos ereptum (13) sedisse ad dexteram Patris; (14) misisse vicariam vim Spiritus Sancti, qui

[1] *K. Adam* secutus sum, qui (Der Kirchenbegriff Tertullians, Paderborn 1907, Schöningh, 38 sqq.) distinctis accurate regularum particulis ea quae ab ordinaria illius temporis regula discrepant interpositis spatiis notavit.

credentes agat; (15) venturum cum claritate, ad sumendos sanctos in vitae aeternae et promissorum caelestium fructum et ad profanos iudicandos igni perpetuo, (16) facta utriusque partis resuscitatione cum carnis restitutione.

*J. Martin,* Tertulliani liber de praescriptione haereticorum (Bonnae 1930, Hanstein) 16 sq. ML 2, 26 sq.

b. [De virginibus velandis (206) 1, 4—5.]

(4) Regula quidem fidei una omnino est, sola im- 189
mobilis et irreformabilis, credendi scilicet in (1) unicum Deum (2) omnipotentem, mundi conditorem, (3)—(4)—(5) et Filium eius (6)—(7)—(8) Iesum Christum, natum ex Virgine Maria, (9)—(10)—(11) crucifixum sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatum a mortuis, (12) receptum in caelis, (13) sedentem nunc ad dexteram Patris, (14)—(15) venturum iudicare vivos et mortuos (16) per carnis etiam resurrectionem. (5) Hac lege fidei manente cetera iam disciplinae et conversationis admittunt novitatem correctionis, operante scilicet et proficiente usque in finem gratia Dei.

ML 2, 889.

c. [Adversus Praxean (post 212) 2, 2.]

(2) Nos vero et semper et nunc magis, ut instructiores 190
per Paracletum, deductorem scilicet omnis veritatis (1) unicum quidem Deum credimus, sub hac tamen dispositione, quam οἰκονομίαν dicimus, ut unici Dei sit (2) *sub 4* (3) et Filius, sermo ipsius, (4) qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil. (5) *sub 8* (6)—(7) hunc missum a Patre (8) in Virginem (9) et ex ea natum, hominem et Deum, filium hominis et filium Dei, et cognominatum Iesum Christum; (10)—(11) hunc passum, hunc mortuum et sepultum secundum scripturas et resuscitatum a Patre (12) et in caelo resumptum (13) sedere ad dexteram Patris (14) *sub 16* (15) venturum iudicare vivos et mortuos; (16) qui exinde miserit secundum promissionem suam a Patre Spiritum Sanctum, Paracletum, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum.

*E. Kroymann,* Tertullian. adv. Praxean (Tübingen 1907, Mohr) 2 sq. CV 47 (ed. *Aem Kroymann*), 228 sq ML 2, 156 sq

## De Ecclesiis apostolicis earumque sobole.

[De praescriptione haer. 20.]

191 (1) Christus Iesus Dominus noster permittat dicere interim, quisquis est, cuiuscumque Dei Filius, cuiuscumque materiae homo et Deus, cuiuscumque fidei praeceptor, cuiuscumque mercedis repromissor, quid esset, quid fuisset, quam Patris voluntatem administraret, quid homini agendum determinaret, quamdiu in terris agebat, ipse pronuntiabat, sive populo palam sive discentibus seorsum; ex quibus duodecim praecipuos lateri suo adlegerat destinatos nationibus magistros. (2) Itaque, uno eorum decusso, reliquos undecim, digrediens ad Patrem post resurrectionem, iussit ire et docere nationes, intinguendas in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum. (3) Statim igitur Apostoli (quos haec appellatio missos interpretatur), assumpto per sortem duodecimo Mathia in locum Iudae, ex auctoritate prophetiae quae est in psalmo David, consecuti promissam vim Spiritus Sancti ad virtutes et eloquium primo per Iudaeam contestata fide in Iesum Christum et Ecclesiis institutis, dehinc in orbem profecti eandem doctrinam eiusdem fidei nationibus promulgaverunt, et perinde Ecclesias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei et semina doctrinae ceterae exinde Ecclesiae mutuatae sunt et cotidie mutuantur ut Ecclesiae fiant. Ac per hoc et ipsae apostolicae deputabuntur, ut soboles apostolicarum Ecclesiarum. (4) Omne genus ad originem suam censeatur necesse est. Itaque tot ac tantae Ecclesiae una est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primae et omnes apostolicae, dum una omnes. Probant unitatem communicatio pacis et appellatio fraternitatis et contesseratio hospitalitatis. Quae iura non alia ratio regit, quam eiusdem sacramenti una traditio.

Martin l. c. 20. ML 2, 31 sq.

## De seriebus episcoporum ad Apostolos attingentibus, praesertim Romae, et de apostolicitate Ecclesiarum.

[Ib. 32.]

192 (1) Ceterum, si quae audent interserere se aetati apostolicae, ut ideo videantur ab Apostolis traditae, quia sub Apostolis fuerunt, possumus dicere: edant ergo origines

Ecclesiarum suarum; evolvant ordinem episcoporum suorum ita per successionem ab initio decurrentem, ut primus ille episcopus aliquem ex Apostolis vel apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem et antecessorem. (2) Hoc enim modo Ecclesiae apostolicae census suos deferunt: sicut Smyrnaeorum Ecclesia Polycarpum ab Iohanne conlocatum refert, sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum. Itidem [perinde] utique et ceterae exhibent quos ab Apostolis in episcopatum constitutos apostolici seminis traduces habeant. (3) Confingant tale aliquid haeretici. Quid enim illis post blasphemiam inlicitum est? Sed etsi confinxerint, nihil promovebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum apostolica comparata ex diversitate et contrarietate sua pronuntiabit neque Apostoli alicuius auctoris esse neque apostolici, quia sicut Apostoli non diversa inter se docuissent, ita et apostolici non contraria Apostolis edidissent, nisi illi qui ab Apostolis didicerunt aliter praedicaverunt.

(4) Ad hanc itaque formam provocabuntur ab illis Ec- 193
clesiis, quae licet nullum ex Apostolis vel apostolicis auctorem suum proferant, ut multo posteriores, quae denique cotidie instituuntur, tamen in eadem fide conspirantes non minus apostolicae deputantur pro consanguinitate doctrinae. (5) Ita omnes haereses ad utramque formam a nostris Ecclesiis provocatae probent se quaqua putant apostolicas. Sed adeo nec sunt nec probare possunt quod non sunt, nec recipiuntur in pacem et communicationem ab Ecclesiis quoquo modo apostolicis, scilicet ob diversitatem sacramenti nullo modo apostolicae.

Martin l. c. 29 sq. ML 2, 44 sq.

## De Ecclesiis apostolicis et de auctoritate Ecclesiae Romanae.

[Ib. 36, 1—3.]

(1) Age iam, qui voles curiositatem melius exercere in 194
negotio salutis tuae, percurre Ecclesias apostolicas, apud quas ipsae adhuc cathedrae Apostolorum suis locis praesident; apud quas ipsae authenticae litterae eorum recitantur sonantes vocem et repraesentantes faciem uniuscuiusque. (2) Proxima est tibi Achaia? habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes Philippos, [habes Thessalonicenses]. Si potes in Asiam tendere, habes

Ephesum. (3) Si autem Italiae adiaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas praesto est. Ista quam felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt; ubi Petrus passioni Dominicae adaequatur; ubi Paulus Iohannis exitu coronatur ; ubi Apostolus Iohannes, posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur.

Martin l. c. 33 sq. ML 2, 49.

## De Primatu S. Petri.

a. [De praescriptione haer. 22, 2—4.]

194[1] (2) Solent dicere, non omnia apostolos scisse, eadem agitati dementia, qua susum rursus convertunt, omnia quidem apostolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse, in utroque Christum reprehensioni inicientes, qui aut minus instructos aut parum simplices apostolos miserit. (3) Quis igitur integrae mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos magistros Dominus dedit, individuos habens in comitatu, in discipulatu, in convictu, quibus obscura quaeque seorsim disserebat, illis dicens datum esse cognoscere arcana, quae populo intellegere non liceret? (4) Latuit aliquid Petrum, aedificandae Ecclesiae petram dictum [cf. Mt 16, 18 sq], claves regni coelorum consecutum et solvendi et alligandi in coelis et in terris potestatem?

Martin l. c. 21 sq. ML 2, 34.

b. [De monogamia (ca 217) 8, 6.]

194[2] Petrum solum invenio maritum, per socrum; monogamum praesumo, per Ecclesiam, quae super illum aedificata omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocatura.

ML 2, 939.

## De s. Petri commoratione Romana.

[De baptismo (inter 200—206) 4, 3—4.]

194[3] (3) Nemo dicat: Numquid ipsis enim aquis tingimur, quae tuno in primordio fuerunt? Non utique ipsis nisi ex ea parte, qua genus quidem unum, species vero complures. Quod autem generi attributum est, etiam in speciem redundat. (4) Ideoque nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alveo diluatur, nec quidquam refert inter eos, quos Ioannes in Iordane, et quos Petrus in Tiberi tinxit.

CV 20, 204. ML 1, 1203.

---

[1] Cf. De praescr. 24, 4: «Bene quod Petrus Paulo et in martyrio adaequatur.»

## De baptismo sanguinis.

[Ib. 16.]

(1) Est quidem nobis etiam secundum lavacrum, unum et ipsum, sanguinis scilicet. de quo Dominus *habeo,* inquit, *baptismo tingui* [Lc 12, 50], cum iam tinctus fuisset. (2) Venerat enim per aquam et sanguinem, sicut Ioannes scripsit [cf. 1 Io 5, 6], ut aqua tingueretur, sanguine glorificaretur, proinde nos faceret aqua vocatos, sanguine electos. (3) Hos duos baptismos de vulnere perfossi lateris emisit, quatenus, qui in sanguinem eius crederent, aqua lavarentur, qui aqua lavissent, etiam sanguinem potarent. (4) Hic est baptismus, qui lavacrum et non acceptum repraesentat et perditum reddit. 195

CV 20, 214. ML 1, 1217.

## De ministro ordinario et extraordinario baptismi.

[Ib. 17.]

(1) Superest ad concludendam materiolam de observatione quoque dandi et accipiendi baptismi commonefacere. (2) Dandi quidem habet ius summus sacerdos, qui est episcopus; dehinc presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate, propter Ecclesiae honorem, quo salvo salva pax est. (3) Alioquin etiam laicis ius est. Quod enim ex aequo accipitur, ex aequo dari potest. (4) Nisi episcopi iam aut presbyteri aut diaconi, vocantur discentes. (5) Domini sermo non debet abscondi ab ullo, perinde et baptismus, aeque Dei census, ab omnibus exerceri potest. (6) Sed quanto magis laicis disciplina verecundiae et modestiae incumbit, cum ea maioribus competat, ne sibi adsumant dicatum episcopis officium! (7) Episcopatus aemulatio schismatum mater est. (8) Omnia licere dixit sanctissimus Apostolus, sed non omnia expedire [cf. 1 Cor 6, 12; 10, 23]. (9) Sufficiat scilicet in necessitatibus ut utaris, sicubi aut loci aut temporis aut personae condicio compellit. (10) Tunc enim constantia succurrentis excipitur, cum urget circumstantia periclitantis, quoniam reus erit perditi hominis, si supersederit praestare, quod libere potuit. (11) Petulantia autem mulieris, quae usurpavit docere, utique non etiam tinguendi ius sibi pariet, nisi si quae nova bestia evenerit similis pristinae, ut, quemadmodum illa baptismum aufere- 196

bat, ita aliqua per se eum conferat. (12) Quodsi quae Pauli perperam inscripta sunt exemplum Theclae ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendunt, sciant in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum, id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. (13) Quam enim fidei proximum videretur, ut is docendi et tinguendi daret feminae potestatem, qui ne discere quidem constanter mulieri permisit? *Taceant,* inquit, et *domi maritos suos consulant* [1 Cor 14, 34 sq].

CV 20, 214 sq. ML 1, 1217 sqq.

### Contra baptismum infantium et de patrinis.

[Ib. 18, 10—14.]

197 (10) Itaque pro cuiusque personae condicione ac dispositione, etiam aetate, cunctatio baptismi utilior est, praecipue tamen circa parvulos. (11) Quid enim necesse, si non tam necesse est, sponsores etiam periculo ingeri, qui et ipsi per mortalitatem destituere promissiones suas possunt et proventu malae indolis falli. (12) Ait quidem Dominus: *Nolite illos prohibere ad me venire* [Mt 19, 14]. (13) Veniant ergo, dum adolescunt; veniant, dum discunt, dum quo veniant docentur; fiant Christiani, cum Christum nosse potuerint. (14) Quid festinat innocens aetas ad remissionem peccatorum?

CV 20, 216. ML 1, 1221.

### De praeparatione et confessione ante baptismum.

[Ib. 20, 1—4.]

198 (1) Ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis et geniculationibus et pervigiliis orare oportet et cum confessione omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Ioannis. *Tinguebantur,* inquit, *confitentes delicta sua* [Mt 3, 6]. (2) Nobis gratulandum est, si non[1] publice confitemur iniquitates aut turpitudines nostras. (3) Simul enim et de pristinis satisfacimus conflictatione carnis et spiritus et subsecuturis tentationibus munimenta praestruimus. (4) *Vigilate et orate,* inquit, *ne incidatis in tentationem* [Mt 26, 41].

CV 20, 217. ML 1, 1222 sq.

---

[1] *Iunius:* nunc.

## De paenitentia secunda.

[De paenitentia (inter 200—206) 7.]

(1) Hucusque, Christe Domine, de paenitentiae disciplina servis tuis dicere vel audire contingat, quousque etiam delinquere non oportet audientibus: vel nihil iam de paenitentia noverint, nihil eius requirant. (2) Piget secundae, immo iam ultimae spei subtexere mentionem, ne retractantes de residuo auxilio paenitendi, spatium adhuc delinquendi demonstrare videamur. (3) Absit, ut aliquis ita interpretetur, quasi eo sibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad paenitendum; et redundantia clementiae caelestis, libidinem faciat humanae temeritatis. (4) Nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior est, totiens delinquendo, quotiens ignoscitur. Ceterum finem utique evadendi habebit, cum offendendi non habebit. Evasimus semel; hactenus periculosis nosmetipsos inferamus, et si iterum evasuri videmur? (5) Plerique naufragio liberati exinde repudium et navi et mari dicunt et Dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi honorant. (6) Laudo timorem, diligo verecundiam; nolunt iterum divinae misericordiae oneri esse: formidant videri inculcare, quod consecuti sunt: bona certe sollicitudine iterum experiri vitant, quod semel didicerunt timere. Ita modus temeritatis testatio est timoris. Timor autem hominis Dei honor est. 199*

(7) Sed enim pervicacissimus hostis ille numquam malitiae suae otium facit. Atquin tunc maxime saevit, cum hominem plene sentit liberatum; tunc plurimum accenditur, dum exstinguitur. (8) Doleat et ingemiscat necesse est, venia peccatorum permissa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retro suae erasos. Dolet, quod ipsum et angelos eius Christi servus ille peccator iudicaturus est. (9) Itaque observat, oppugnat, obsidet, si qua possit aut oculos concupiscentia carnali ferire, aut animum illecebris saecularibus irretire, aut fidem terrenae potestatis formidine evertere, aut a via certa perversis traditionibus detorquere: non scandalis, non tentationibus deficit. (10) Haec igitur venena eius providens Deus, clausa licet ignoscentiae ianua et intinctionis sera obstructa, aliquid adhuc permisit patere. (11) Collocavit in vestibulo paenitentiam secundam, quae pulsan- 200

tibus patefaciat: sed iam semel, quia iam secundo. Sed amplius numquam, quia proxime frustra. Non enim et hoc semel satis est? Habes, quod iam non merebaris; amisisti enim, quod acceperas. (12) Si tibi indulgentia Domini accommodat, unde restituas, quod amiseras, iterato beneficio gratus esto nedum ampliato: maius est enim restituere quam dare, quoniam miserius est perdidisse quam omnino non accepisse. (13) Verum non statim succidendus ac subruendus est animus desperatione, si secundae quis paenitentiae debitor fuerit: pigeat sane peccare rursus, sed rursus paenitere non pigeat; pigeat iterum periclitari, sed iterum liberari neminem pudeat: iteratae valetudinis iteranda medicina est. (14) Gratus in Dominum exstiteris, si, quod tibi Dominus offert, non recusaveris: offendisti, sed reconciliari adhuc potes. Habes, cui satisfacias, et quidem volentem.

ML 1, 1240 sqq. Cf. ed. *E. Preuschen* (Tübingen 1910, Mohr) 11 sqq

## De opere exomologeseos.

[Ib. 9—10.]

201 9. (1) Huius igitur paenitentiae secundae et unius, quanto in arcto negotium est, tanto operosior probatio, ut non sola conscientia proferatur, sed aliquo etiam actu administretur. (2) Is actus, qui magis graeco vocabulo exprimitur et frequentatur, exomologesis est, qua delictum Domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione paenitentia nascitur, paenitentia Deus mitigatur. (3) Itaque exomologesis prosternendi et humilificandi hominis disciplina est, conversationem iniungens misericordiae illicem. (4) De ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deicere, illa quae peccavit tristi tractatione mutare; ceterum pastum et potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animae causa; plerumque vero ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrimari et mugire dies noctesque ad Dominum Deum suum, presbyteris advolvi et caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suae iniungere. (5) Haec omnia exomologesis, ut paenitentiam commendet, ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur et temporali

afflictatione aeterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat. (6) Cum igitur provolvit hominem, magis relevat: cum squalidum facit, magis mundatum reddit: cum accusat, cum condemnat, absolvit. In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus, crede, parcet.

10. (1) Plerosque tamen hoc opus, ut publicationem 202
sui, aut suffugere aut de die in diem differre, praesumo; pudoris magis memores quam salutis: velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conscientiam medentium vitant, et ita cum erubescentia sua pereunt. (2) Intolerandum scilicet pudori, Domino offenso satisfacere, saluti prodactae reformari. Nae tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum vero subducens. (3) Ego rubori locum non facio, cum plus de detrimento eius acquiro, cum ipse hominem quodammodo exhortatur: «ne me respexeris», dicens, «per te mihi melius est perire». (4) Certe periculum eius tunc, si forte, onerosum est, cum penes insultaturos in risiloquio consistit, ubi de alterius ruina alter attollitur, ubi prostrato superscenditur. Ceterum inter fratres atque conservos, ubi communis spes, metus, gaudium, dolor, passio (quia communis spiritus de communi Domino et Patre), quid tu hos aliud quam te opinaris? (5) Quid consortes casuum tuorum ut plausores fugis? Non potest corpus de unius membri vexatione laetum agere: condoleat universum et ad remedium collaboret necesse est. In uno et altero Ecclesia est, Ecclesia vero Christus.

(6) Ergo cum te ad fratrum genua protendis, Christum 203
contrectas, Christum exoras. Aeque illi cum super te lacrimas agunt, Christus patitur, Christus Patrem deprecatur. Facile impetratur semper, quod Filius postulat. (7) Grande plane emolumentum verecundiae occultatio delicti pollicetur. Videlicet si quid humanae notitiae subduxerimus, proinde et Deum celabimus? (8) Adeone existimatio hominum et Dei conscientia comparantur? An melius est damnatum latere quam palam absolvi? (9) Miserum est sic ad exomologesin pervenire. Malo enim ad miseriam pervenitur: sed ubi paenitendum est, deserit miserum, quia factum est salutare. Miserum est secari et cauterio exuri et pulveris alicuius mordacitate cruciari: tamen quae per insuavitatem medentur, et emo-

lumento curationis offensam sui excusant et praesentem iniuriam superventurae utilitatis gratia commendant.

ML 1, 1243 sqq. Preuschen l. c. 13 sqq.

### Contra matrimonia cum gentilibus.

[Ad uxorem (inter 200—206) 2, 3—4.]

204 3. (1) Haec cum ita sint, fideles gentilium matrimonia subeuntes stupri reos esse constat et arcendos ab omni communicatione fraternitatis, ex litteris Apostoli dicentis, *cum eiusmodi nec cibum sumendum* [1 Cor 5, 11]. (2) Aut numquid tabulas nuptiales de illo apud tribunal Domini proferemus? et matrimonium rite contractum allegabimus? quod vetuit ipse, non adulterium est? quod prohibitum est, non stuprum est? Extranei hominis admissio minus templum Dei violat, minus membra Christi cum membris adulterae commiscet? (3) Quod sciam, non sumus nostri, sed pretio empti; et quali pretio? sanguine Dei! Laedentes igitur carnem istam, eum laedimus. (4) De proximo quid sibi voluit ille qui dixit, delictum quidem esse extraneo nubere, sed minimum, cum alias, seposita carnis iniuria ad Dominum pertinentis, omne delictum voluntarium in Domino grande sit. Quanto enim potestas vitandi fuit, tanto contumaciae crimine oneratur. (5) Recenseamus nunc cetera pericula et vulnera, ut dixi, fidei ab Apostolo provisa, non carni tantum, verum etiam ipsi spiritui molestissima. Quis enim dubitet oblitterari cotidie fidem commercio infideli? Bonos corrumpunt mores confabulationes malae; quanto magis convictus et individuus usus? (6) Quaevis mulier fidelis Dominum observet necesse est. Et quomodo potest duobus dominis deservire, Domino et marito, adde, gentili? Gentilem enim observando gentilia exhibebit, formam, exstructionem, munditias saeculares, blanditias turpiores, ipsa etiam matrimonii secreta maculosa; non ut penes sanctos officia sexus cum honore ipsius necessitatis tamquam sub oculis Dei modeste et moderate transiguntur.

205 4. (1) Sed viderit, qualiter viro officia pendat. Domino certe non potest pro disciplina satisfacere, habens in latere diaboli servum, procuratorem domini sui ad impedienda fidelium studia et officia: (2) ut si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas; si ieiunia observanda sunt, maritus eadem die convivium exerceat; si proce-

dendum erit, numquam magis familiae occupatio obveniat. (3) Quis enim sinat coniugem suam visitandorum fratrum gratia vicatim aliena et quidem pauperiora quaeque tuguria circuire? quis nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, a latere suo adimi libenter feret? quis denique sollemnibus Paschae abnoctantem securus sustinebit? quis ad convivium Dominicum illud, quod infamant, sine sua suspicione dimittet? quis in carcerem ad osculanda vincula martyris reptare patietur? (4) Iam vero alicui fratrum ad osculum convenire? aquam sanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo invadere, desiderare, in mente habere? Si et peregre frater adveniat, quod in aliena domo hospitium? Si cui largiendum erit horreum, proma praeclusa sunt.

ML 1, 1292 sqq.

### Matrimonii christiani laudes.

[Ib. 2, 9.]

(1) Dubitandum et inquirendum et identidem delibe- 206
randum est, an idoneus sit invectis dotalibus, cui Deus censum suum credidit. (2) Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, quod Ecclesia conciliat et confirmat oblatio et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet? Nam nec in terris filii sine consensu patrum recte et iure nubunt. (3) Quale iugum fidelium duorum unius spei, unius disciplinae, eiusdem servitutis! Ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnisve discretio. Atquin vere duo in carne una; ubi caro una, unus et spiritus. (4) Simul orant, simul volutantur et simul ieiunia transigunt, alterutro docentes, alterutro hortantes, alterutro sustinentes. (5) In Ecclesia Dei pariter utrique, pariter in convivio Dei, pariter in angustiis, in persecutionibus, in refrigeriis; neuter alterum celat, neuter alterum vitat, neuter alteri gravis est; libere aeger visitatur, indigens sustentatur; eleemosynae sine tormento, sacrificia sine scrupulo, cotidiana diligentia sine impedimento; non furtiva signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio; sonant inter duos psalmi et hymni et mutuo provocant, quis melius Deo suo cantet. (6) Talia Christus videns et audiens gaudet, his pacem suam mittit; ubi duo, ibi et ipse; ubi et ipse, ibi et malus non est.

ML 1, 1302 sqq.

### De universali propagatione Christianismi.

[Adversus Iudaeos (inter 200—206) 7, 4—8.]

207 (4) ... ut Esaias dicit: *Sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino, cuius tenui dexteram, ut exaudiant illum gentes: fortitudines regum disrumpam, aperiam ante illum portas, et civitates non claudentur illi* [Is 45, 1 sq]. (5) Quod ipsum adimpletum videmus. Cui enim dexteram tenet Pater Deus, nisi Christo Filio suo? Quem exaudierunt omnes gentes, id est cui omnes gentes crediderunt, cuius et praedicatores Apostoli in psalmis David ostenduntur: *In universa*, inquit, *terra exiit sonus eorum, et usque ad terminos terrae verba eorum* [Ps 18, 5]. In quem enim alium universae gentes crediderunt, nisi in Christum qui iam venit? cui enim et aliae gentes crediderunt? (6) *Parthi, Medi, Elamitae, et qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, et incolentes Pontum, et Asiam et Pamphyliam, immorantes Aegyptum et regionem Africae quae est trans Cyrenem inhabitantes, Romani et incolae, tunc et in Hierusalem Iudaei* [Act 2, 9 sqq] et ceterae gentes: (7) ut iam Getulorum varietates et Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini et Galliarum diversae nationes et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita, et Sarmatarum et Dacorum et Germanorum et Scytharum et abditarum multarum gentium et provinciarum et insularum multarum nobis ignotarum et quae enumerare minus possumus? In quibus omnibus locis Christi nomen qui iam venit regnat; utpote ante quem omnium civitatum portae sunt apertae et cui nullae sunt clausae; ante quem serae ferreae sunt comminutae et valvae aereae sunt apertae [cf. Is 45, 1 sq]. (8) Quamquam et ista spiritaliter sint intelligenda, quo praecordia singulorum variis modis a diabolo obsessa, fide Christi sint reserata; attamen perspicue sunt adimpleta, utpote in quibus omnibus locis populus nominis Christi inhabitet.

ML 2, 610 sq.

### De exteriore specie Christi.

a. [Ib. 14.]

208 (1) Discite nunc ex abundantia erroris vestri ducatum. (2) Duos dicimus Christi habitus a prophetis demonstratos totidem adventus eius praenotasse, unum in humilitate,

utique primum, cum *tamquam ovis ad victimam duci* habebat et *tamquam agnus ante tondentem sine voce, sic non aperuit os suum* [Is 53, 7]; ne aspectu quidem honestus: *Adnuntiamus* enim, inquit, *de illo sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, et non erat ei species neque gloria. Et vidimus eum et non habebat speciem neque decorem, sed species eius inhonorata, deficiens citra filios hominum, homo in plaga, sciens ferre infirmitatem* [Is 53, 2 sqq]: scilicet ut *positus* a Patre *in lapidem offensionis* [Is 8, 14] et *minoratus ab eo modicum citra angelos* [Ps 8, 6]; *vermem* se pronuntiat et *non hominem, ignominiam hominis et abiectionem populi* [Ps 21, 7]. (3) Quae ignobilitatis argumenta primo adventui competunt sicut sublimitatis secundo; cum fiet, iam non *lapis offensionis* nec *petra scandali,* sed *lapis summus angularis, post reprobationem adsumptus* et sublimatus in consummationem [Is 28, 16]: et petra sane illa apud Danielem de monte praecisa, quae imaginem saecularium regnorum comminuet et conteret [Dn 2, 34 sqq] (4) De quo secundo adventu idem Daniel dixit: *Et ecce cum nubibus caeli tamquam filius hominis veniens, venit usque ad Veterem dierum et aderat in conspectu eius. Et qui adsistebant adduxerunt illum, et data est ei potestas regia, et omnes nationes terrae secundum genus et omnis gloria servient illi; et potestas illius aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur* [Dn 7, 13 sq]. (5) Tunc scilicet speciem honorabilem et decorum habiturus est indeficientem supra filios hominum; *tempestivus* enim *decore citra filios hominum. Effusa est gratia,* inquit, *in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in saecula. Accingere ensem tuum circa femur tuum, potens tempestivitate et pulchritudine tua* [Ps 44, 3 sqq], cum et Pater postea, cum *diminuit illum modicum quid citra angelos, gloria et honore coronavit illum, et subiecit omnia sub pedibus eius* [Ps 8, 6 8. Hebr 2, 7]. *Et tunc cognoscent eum, quem pupugerunt. Et caedent pectora sua tribus ad tribum* [Zach 12, 10. Io 19, 37], utique quod retro non agnoverint eum in humilitate condicionis humanae constitutum.

ML 2, 638 sq.

b. [De carne Christi (inter 208—211) 9, 6—10.]

(6) Denique verbis tantummodo et factis, doctrina et virtute sola Christi homines obstupescebant. Notaretur 209

etiam carnis in illo novitas miraculo habita. (7) Sed carnis terrenae non mira condicio; ipsa erat quae cetera eius miranda faciebat, cum dicerent: *Unde huic doctrina et signa ista* [cf. Mc 1, 27]? Etiam despicientium formam eius haec erat vox. Adeo nec humanae honestatis corpus fuit, nedum caelestis claritatis. (8) Tacentibus apud nos quoque Prophetis de ignobili aspectu eius, ipsae passiones ipsaeque contumeliae loquuntur: passiones quidem humanam carnem, contumeliae vero inhonestam probavere. (9) An ausus esset aliquis ungue summo perstringere corpus novum, sputaminibus contaminare faciem nisi merentem? Quid dicis caelestem carnem, quam unde caelestem intellegas non habes? Quid terrenam negas, quam unde terrenam agnoscas habes? (10) Esuriit sub diabolo, sitiit sub Samaritide, lacrimatus est super Lazarum, trepidavit ad mortem. *Caro* enim, inquit, *infirma* [Mc 14, 38]. Sanguinem fudit postremo. Haec sunt, opinor, signa caelestia. (11) Sed quomodo, inquam, contemni et pati posset, sicut et dixi, si quid in illa carne de caelesti generositate radiasset? Ex hoc ergo convincimus nihil in illa de caelis fuisse, propterea ut contemni et pati posset.

ML 2, 772 sq.

## De ss. Petri et Pauli Romano martyrio.

[Adversus Marcionem (inter 207—208) 4, 5, 2.]

210 Videamus, quod lac a Paulo Corinthii hauserint; ad quam regulam Galatae sint recorrecti; quid legant Philippenses, Thessalonicenses, Ephesii; quid etiam Romani de proximo sonent, quibus Evangelium et Petrus et Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt.

CV 47, 430. ML 2, 366.

## De ritu baptismatis.

[De corona (211) 3, 5—7.]

211 (5) Denique ut a baptismate ingrediar, aquam adituri, ibidem, sed et aliquanto prius in ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renuntiare diabolo et pompae et angelis eius. (6) Dehinc ter mergitamur amplius aliquid respondentes quam Dominus in Evangelio determinavit. (7) Inde suscepti lactis et mellis concordiam praegustamus, exque ea die lavacro quotidiano per totam hebdomadem abstinemus.

ML 2, 79.

### De oblationibus (sacrificiis) pro defunctis etc.

[Ib. 3, 8—10.]

(8) Eucharistiae sacramentum et in tempore victus et omnibus mandatum a Domino etiam antelucanis coetibus nec de aliorum manu quam praesidentium sumimus; oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. (9) Die Dominica ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paschae in Pentecosten usque gaudemus. (10) Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxie patimur. 212

ML 2, 79 sq.

### De signaculo Crucis.

[Ib. 3, 11]

Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad calciatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quaecumque nos conversatio exercet, frontem Crucis signaculo terimus. 213

ML 2, 80.

### An Christianis militia conveniat.
### («paganus» = «non militans».)

[Ib. 11]

(1) Etenim ut ipsam causam coronae militaris aggrediar, puto prius conquirendum, an in totum Christianis militia conveniat. Quale est alioquin de accidentibus retractare, cum a praecedentibus culpa sit? (2) Credimusne humanum sacramentum divino superduci licere et in alium dominum respondere post Christum? et eierare patrem ac matrem, et omnem proximum, quos et lex honorari et post Deum diligi [cf. Ex 20; Lv 19] praecipit, quos et Evangelium [cf. Mt 10, 37] solo Christo pluris non faciens, sic quoque honoravit? (3) Licebit in gladio conversari, Domino pronuntiante [Mt 26, 52], gladio periturum qui gladio fuerit usus? Et praelio operabitur filius pacis cui nec litigare conveniet? Et vincula et carcerem et tormenta et supplicia administrabit nec suarum ultor iniuriarum? (4) Iam stationes aut alii magis faciet quam Christo? aut et Dominico die, quando nec Christo? Et excubabit pro templis quibus renuntiavit? et coenabit illic ubi Apostolo non placet? et quos interdiu exorcismis fugavit, noctibus defensabit incumbens et requiescens super pilum 214

quo perfossum est latus Christi? (5) Vexillum quoque portabit aemulum Christi? et signum postulabit a principe qui iam a Deo accepit? (6) Mortuus etiam tuba inquietabitur aeneatoris qui excitari a tuba angeli exspectat? et cremabitur ex disciplina castrensi Christianus, cui cremare non licuit, cui Christus merita ignis indulsit? (7) Quanta alia in delictis circumspici possunt castrensium munium transgressione interpretanda? Ipsum de castris lucis in castra tenebrarum nomen deferre transgressio est.
215 (8) Plane si quos militia praeventos fides posterior invenit, alia condicio est; ut illorum quos Ioannes admittebat ad lavacrum [cf. Lc 3, 8], ut centurionum fidelissimorum quem Christus probat [cf. Mt 8] et quem Petrus catechizat [cf. Act 10]; dum tamen suscepta fide atque signata aut deserendum statim sit, ut a multis actum, aut omnibus modis cavillandum ne quid adversus Deum committatur, quae nec ex militia permittuntur; aut novissime perpetiendum pro Deo, quod aeque fides pagana condixit. Nec enim delictorum impunitatem aut martyriorum immunitatem militia promittet. (9) Nusquam Christianus aliud est. Unum Evangelium et idem Iesus negaturus omnem negatorem, et confessurus omnem confessorem Dei, et salvam facturus animam pro nomine eius amissam, perditurus autem de contrario adversus nomen eius lucri habitam. (10) Apud hunc tam *miles est paganus fidelis* quam *paganus est miles infidelis*. (11) Non admittit status fidei necessitates. Nulla est necessitas delinquendi quibus una est necessitas non delinquendi. Nam et ad sacrificandum et directo negandum necessitate quis premitur tormentorum sive poenarum; tamen nec illi necessitati disciplina connivet, quia potior est necessitas timendae negationis et obeundi martyrii quam evadendae passionis et implendi officii. (12) Ceterum subvertit totam substantiam sacramenti causatio eiusmodi, ut etiam voluntariis delictis fibulam laxet. Nam et voluntas poterit necessitas contendi, habens scilicet unde cogatur. Vel ipsam praestruxerim et ad ceteras officialium coronarum causas quibus familiarissima est advocatio necessitatis, cum idcirco aut officia fugienda sint, ne in delictis incidamus, aut et martyria toleranda sint, ut officia rumpamus. (13) De prima specie quaestionis etiam militiae ipsius illicitae plura non faciam, ut secunda reddatur,

ne si omni ope expulero militiam frustra iam de corona militari provocarim.

ML 2, 91 sqq.

## De Primatu s. Petri.

[Scorpiace (211 vel 212) 10, 9—12.]

(9) Christiano coelum ante patet quam via; quia nulla via in coelum, 215[1]
nisi cui patet coelum; quod qui attigerit, intrabit. (10) Quas mihi potestates ianitrices affirmas iuxta romanam superstitionem, Barnum[1] quendam et Forculum et Limentinum? Quas a cancellis ordinas potestates? (11) Si unquam legisti apud David: *«auferte portas, principes, vestras, et subleventur portae aeternae et intrabit rex gloriae»* [Ps 23, 7]; si item audisti apud Amos: *«qui ascensum suum aedificat in coelos et profusionem suam fundat in terras»* [Am 9, 6]: scito et ascensum illum exinde complanatum vestigiis Domini et introitum exinde reseratum viribus Christi nec ullam moram aut quaestionem in limine Christianis occursuram, qui non dignosci habeant illic sed agnosci, nec interrogari sed admitti. (12) Nam etsi adhuc clausum putas coelum, memento claves eius hic Dominum Petro et per eum Ecclesiae reliquisse, quas hic unusquisque interrogatus atque confessus feret secum.

CV 20, 167. ML 2, 142.

## De passionibus apostolorum et de ss. Petri et Pauli sub Nerone Romano martyrio.

[Ib. 15, 2 - 5.]

(2) Quae tamen passos apostolos scimus, manifesta 216
doctrina est; hanc intelligo solam Acta decurrens; nihil quaero; carceres illic et vincula et flagella et saxa et gladii et impetus Iudaeorum et coetus nationum et tribunorum elogia et regum auditoria et proconsulum tribunalia et Caesaris nomen interpretem non habent. (3) Quod Petrus caeditur, quod Stephanus opprimitur, quod Iacobus immolatur, quod Paulus distrahitur, ipsorum sanguine scripta sunt. (4) Et si fidem commentarii voluerit haereticus, instrumenta imperii loquentur, ut lapides Ierusalem. Vitas Caesarum legimus: orientem fidem Romae primus Nero cruentavit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruci adstringitur. (5) Tunc Paulus civitatis Romanae consequitur nativitatem, cum illic martyrii renascitur generositate.

CV 20, 178. ML 2, 151.

---

[1] *Rigaltius:* Ianum.

### De Septimio Severo (193—211) Christianorum amico.

[Ad Scapulam (212) 4, 8—9.]

217 (8) Ipse etiam Severus, pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam et Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodeae [?] procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requisivit et in palatio suo habuit usque ad mortem eius: quem et Antoninus optime noverat lacte christiano educatus. (9) Sed et clarissimas feminas et clarissimos viros Severus sciens huius sectae esse, non modo non laesit, verum et testimonio exornavit et populo furenti in nos palam restitit.

ML 1, 703.

### De «Legione fulminatrice».

[Ib. 4, 10.]

218 Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione christianorum militum orationibus ad Deum factis imbres in siti illa impetravit. Quando non geniculationibus et ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsae? Tunc et populus acclamans Deo deorum, qui solus potens, in Iovis nomine Deo nostro testimonium reddidit.

ML 1, 703.

### De Praxea modalista et antimontanista.

[Adversus Praxean (post 213) 1, 4—10.]

*218 bis (4) Sed enim ipse [scil. diabolus] potius a primordio mendax est, et si quem hominem de suo subornaverit ut Praxean[1]. (5) Nam iste primus ex Asia hoc genus perversitatis intulit Romanae humo, ⟨homo⟩[2] et alias inquietus, insuper de iactatione martyrii inflatus ob solum et simplex et breve carceris taedium; quando et si corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecisset dilectionem Dei non habens, cuius charismata quoque expugnavit. (6) Nam idem tunc episcopum Romanum, agnoscentem iam prophetias Montani, Priscae, Maximillae et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiae et Phrygiae inferentem,

---

[1] Sunt qui dicant Praxean a Tertulliano vocari Callistum Romanum. Vide *Kroymann*, Tertullianus adv. Praxean p. VIII (Tübingen 1907, Mohr). *G. Esser*, Wer war Praxeas? (Bonn 1910, Georgi) contendit Praxean eundem fuisse atque Epigonum Noeti discipulum.

[2] Ita *Kroymann* CV 47, 228.

falsa de ipsis prophetis et Ecclesiis eorum asseverando et praedecessorum eius auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare iam emissas et a proposito recipiendorum charismatum concessare. (7) Ita duo negotia diaboli Praxeas Romae procuravit, prophetiam expulit et haeresim intulit; Paracletum fugavit et Patrem crucifixit. (8) Fruticaverant avenae Praxeanae hic quoque, superseminatae dormientibus multis in simplicitate doctrinae; traductae dehinc per quem Deus voluit etiam evulsae videbantur. Denique caverat pristinum doctor de emendatione sua; et manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc gesta res est. Exinde silentium. (9) Et nos quidem postea agnitio Paracleti atque defensio disiunxit a Psychicis. (10) Avenae vero illae utique tunc semen excusserant. Ita aliquamdiu per hypocrisin subdola vivacitate latitavit et nunc denuo erupit. Sed et denuo eradicabitur, si voluerit Dominus in isto commeatu; si quo minus, die suo colligentur omnes adulterae fruges et cum ceteris scandalis igni inexstinguibili cremabuntur.

CV 47, 227 sq. ML 2, 155 sq.

### De edicto paenitentiali (Callisti vel Agrippini?).

[De pudicitia (inter 217—222) 1, 6—10.]

(6) Audio etiam edictum esse propositum, et quidem 219*
peremptorium. Pontifex scilicet maximus, quod est episcopus episcoporum, dixit: »Ego et moechiae et fornicationis delicta paenitentia functis dimitto.« (7) O edictum, cui adscribi non poterit *Bonum Factum!* (8) Et ubi proponetur liberalitas ista? Ibidem, opinor, in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis. Illic eiusmodi paenitentia promulganda est, ubi delinquentia ipsa versabitur. Illic legenda est venia, quo cum spe eius intrabitur. (9) Sed hoc in Ecclesia legitur et in Ecclesia pronuntiatur, et virgo est. Absit, absit a sponsa Christi tale praeconium! Illa, quae vera est, quae pudica, quae sancta, carebit etiam aurium macula. Non habet, quibus hoc repromittat, et si habuerit, non repromittit, quod et terrenum Dei templum citius spelunca latronum appellari potuit a Domino [cf. Mt 21, 13] quam moechorum et fornicatorum. (10) Erit igitur et hic adversus Psychicos titulus, adversus meae quoque sententiae retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam levitatis

obiectent. Nunquam societatis repudium delicti praeiudicium.

CV 20, 220. ML 2, 980 sq.

### Contra matrimonia clandestina.

[Ib. 4, 4]

220 Ideo penes nos occultae quoque coniunctiones, id est non prius apud Ecclesiam professae, iuxta moechiam et fornicationem iudicari periclitantur, ne inde consertae nuptiae obtentu matrimonii crimen eludant.

CV 20, 225. ML 2, 987.

### De Primatu Petri.

[Ib. 21, 9—13.]

221 (9) De tua nunc sententia quaero, unde hoc ius Ecclesiae usurpes: si, quia dixerit Petro Dominus: *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, tibi dedi claves regni caelestis;* vel: *Quaecumque alligaveris vel solveris in terra, erunt alligata vel soluta in caelis* [Mt 16, 18 sq], idcirco praesumis et ad te derivasse solvendi et alligandi potestatem, id est ad omnem Ecclesiam Petri propinquam? (10) Qualis es, evertens atque commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem? *Super te,* inquit, *aedificabo Ecclesiam meam,* et *dabo tibi claves,* non Ecclesiae, et, *quaecumque solveris vel alligaveris,* non quae solverint vel alligaverint. (11) Sic enim et exitus docet. In ipso Ecclesia exstructa est, id est per ipsum, ipse clavem imbuit. Vide quam: *Viri Israelitae, auribus mandate quae dico: Iesum Nazarenum, virum a Deo vobis destinatum* [Act 2, 22] et reliqua. (12) Ipse denique primus in Christi baptismo reseravit aditum caelestis regni [cf. Act 2, 38], quo solvuntur alligata retro delicta et alligantur quae non fuerint soluta, secundum veram salutem; et Ananiam vinxit vinculo mortis [cf. Act 5, 3 sqq] et debilem pedibus absolvit vitio valetudinis [Act 3, 7]. (13) Sed et in illa disceptatione custodiendae necne legis primus omnium Petrus Spiritu instinctus et de nationum vocatione praefatus et *nunc,* inquit, *cur tentatis Dominum de imponendo iugo fratribus, quod neque nos neque patres nostri sufferre valuerunt? Sed enim per gratiam Iesu credimus nos salutem consecuturos sicut et illi* [Act 15, 10 sq].

CV 20, 269 sq. ML 2, 1025 sq.

## MINUCIUS FELIX scripsit ante 197?

### Contra falsas criminationes de Christianis.

[Octavius 28, 1—10 et 29, 1.]

28. (1) Quam autem iniquum sit, de incognitis et in- 222*
exploratis iudicare, quod facitis, nobis ipsis paenitentibus
credite. (2) Et nos enim idem fecimus et eadem vobis-
cum quondam adhuc caeci et hebetes sentiebamus, quasi
Christiani monstra colerent, infantes vorarent, convivia
incesta miscerent, nec intellegebamus ab his fabulas istas
semper ventilari et numquam vel investigari vel probari,
nec tanto tempore aliquem exsistere qui proderet, non
tantum facti veniam, verum etiam indicii gratiam con-
secuturum: malum autem adeo non esse, ut Christianus
reus nec erubesceret nec timeret, et unum solummodo,
quod non ante fuerit, paeniteret.

(3) Nos tamen cum *sacrilegos* aliquos et *incestos*, 223
*parricidas* etiam defendendos et tuendos suscipiebamus,
hos nec audiendos in totum putabamus, nonnumquam
etiam miserantes eorum crudelius saeviebamus, ut tor-
queremus confitentes ad negandum, videlicet ne perirent,
exercentes in his perversam quaestionem, non quae verum
erueret, sed quae mendacium cogeret. (4) Et si qui in-
firmior malo pressus et victus Christianum se negasset,
favebamus ei, quasi eierato nomine iam omnia facta sua
illa negatione purgaret. (5) Agnoscitisne eadem nos
sensisse et egisse, quae sentitis et geritis? Cum si ratio
non instigatio daemonis iudicaret, ⟨essent⟩ urgendi magis,
non ut diffiterentur se Christianos, sed ut de incestis
stupris, de inpiatis sacris de *infantibus immolatis*
faterentur. (6) His enim et huiusmodi fabulis idem dae-
mones ad exsecrationis horrorem imperitorum aures ad-
versus nos referserunt. Nec tamen mirum, cum hominum
fama, quae semper insparsis mendaciis alitur, ostensa veri-
tate consumitur, sit et negotium daemonum; ab ipsis
enim rumor falsus et seritur et fovetur.

(7) Inde est quod audire te dicis, *caput asini* rem 224
nobis esse divinam. Quis tam stultus, ut hoc colat! Quis
stultior ut hoc coli credat? Nisi quod vos et totos asinos
in stabulis cum vestra vel Epona consecratis et eosdem
asinos cum Iside religiose decoratis, item boum capita et
capita vervecum et immolatis et colitis, de capro etiam

et homine mixtos deos et leonum et canum vultibus deos dedicatis. (8) Nonne et Apin bovem cum Aegyptiis adoratis et pascitis? Nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodillis, beluis ceteris et avibus et piscibus, quorum aliquem deum si quis occiderit, etiam capite punitur. (9) Idem Aegyptii cum plerisque vobis non magis Isidem quam ceparum acrimonias metuunt, nec Serapidem magis quam strepitus per pudenda corporis expressos contremescunt. (10) Etiam ille qui de adoratis sacerdotis virilibus adversum nos fabulatur, temptat in nos conferre quae sua sunt. . . .

225 29. (1) Haec et huiusmodi propudia nobis non licet nec audire, etiam pluribus turpe defendere est: ea enim de castis fingitis et pudicis, quae fieri non crederemus, nisi de vobis probaretis.

Ed. *J. P. Waltzing* (Louvain 1903) 127 sqq. CV 2 (ed. *C. Halm*), 40 sqq. ML 3, 327 sqq.

## DIO CASSIUS obiit circa 230.

### De Flaviis et Glabrione sub Domitiano martyribus.

[Historia Romana 67, 14.]

226 (1) Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπὸ Σινοέσσης ἐς Πουτεόλους ἄγουσα, λίθοις ἐστορέσθη. Κἀν τῷ αὐτῷ ἔτει ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Φλάουιον ⟨τὸν⟩ Κλήμεντα ὑπατεύοντα, καίπερ ἀνεψιὸν ὄντα, καὶ γυναῖκα καὶ αὐτὴν συγγενῆ ἑαυτοῦ Φλαουίαν Δομιτίλλαν ἔχοντα, κατέσφαξεν ὁ Δομιτιανός. (2) Ἐπηνέχθη δὲ ἀμφοῖν ἔγκλημα ἀθεότητος, ὑφ' ἧς καὶ ἄλλοι ἐς τὰ τῶν Ἰουδαίων ἤθη ἐξοκέλλοντες πολλοὶ κατεδικάσθησαν. (3) Καὶ οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ τῶν γοῦν οὐσιῶν ἐστερήθησαν, ἡ δὲ Δομιτίλλα ὑπερωρίσθη μόνον εἰς Πανδατερίαν. (4) Τὸν δὲ δὴ

---

226 (1) Iisdem temporibus ea via, quae Sinuessa Puteolos ducit, lapidibus strata est. Eodem anno Domitianus cum alios multos, tum vero Flavium Clementem consulem, etsi is consobrinus eius erat ac Flaviam Domitillam, et ipsam Domitiani consanguineam, uxorem habebat, morte affecit, (2) illato ambobus crimine impietatis in deos; quo crimine et plures alii, qui ad mores Iudaeorum aberraverant, damnati sunt. (3) Quorum pars occisa est, pars spoliata facultatibus. Domitilla tantummodo in Pandateriam relegata est.

Γλαβρίωνα τὸν μετὰ τοῦ Τραιανοῦ ἄρξαντα, κατηγορηθέντα τά τε ἄλλα, καὶ οἷα οἱ πολλοὶ καὶ ὅτι καὶ θηρίοις ἐμάχετο, ἀπέκτεινεν. (5) Ἐφ' ᾧ που καὶ τὰ μάλιστα ὀργὴν αὐτῷ ὑπὸ φθόνου ἔσχεν, ὅτι ὑπατεύοντα αὐτόν, ἐς τὸ Ἀλβανὸν ἐπὶ τὰ Νεανισκεύματα ὠνομασμένα καλέσας, λέοντα ἀποκτεῖναι μέγαν ἠνάγκασε. Καὶ ὃς οὐ μόνον οὐδὲν ἐλυμάνθη, ἀλλὰ καὶ εὐστοχώτατα αὐτὸν κατειργάσατο.

Ed. *U. Ph. Boissevain* 3 (Berlin 1901, Weidmann), 181.

### De «Legione fulminatrice».

[In excerptis Xiphilini 71, 8.]

(1) Μαρκομάνους μὲν οὖν καὶ Ἰάζυγας πολλοῖς 227
καὶ μεγάλοις ἀγῶσι καὶ κινδύνοις Μάρκος ὑπέταξεν. (2) Ἐπὶ δὲ τοὺς καλουμένους Κουάδους καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας καὶ νίκη παράδοξος εὐτυχήθη, μᾶλλον δὲ παρὰ θεοῦ ἐδωρήθη. Κινδυνεύσαντας γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Ῥωμαίους παραδοξότατα τὸ θεῖον ἐξέσωσε. (3) Κυκλωσάντων γὰρ αὐτοὺς τῶν Κουάδων ἐν τόποις ἐπιτηδείοις, συνασπίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι προθύμως ἠγωνίζοντο· καὶ οἱ βάρβαροι τὴν μὲν μάχην ἐπέσχον, προσδοκήσαντές σφας ῥᾳδίως ὑπό τε τοῦ καύματος καὶ ὑπὸ τοῦ δίψους αἱρήσειν· πάντα δὲ τὰ πέριξ διαλαβόντες ἀπέφραξαν, ὅπως μηδαμόθεν ὕδωρ λάβωσι. Πολὺ γὰρ καὶ τῷ πλήθει περιῆσαν. (4) Τῶν

---

(4) Glabrionem quoque, qui cum Traiano magistratum gesserat, accusatum cum de aliis, tum de illis, ob quae plerique deferebantur, et quod cum bestiis pugnavisset, interfici iussit. (5) Ea enim de causa praesertim propter invidiam ei infensus erat. Nam cum ipsum, consulem, in Albanum vocasset ad Iuvenalia coegissetque immanem leonem occidere, Glabrio non solum a leone laesus non est, sed eundem etiam directis gnaviter ictibus confecit.

(1) Igitur Marcus multis magnisque proeliis et periculis 227
Marcomannos et Iazygas subegit. (2) Post haec bellum ei magnum instructa acie fuit cum iis, qui Quadi appellantur: quo in bello victoria praeter spem vel potius dei beneficio feliciter consecuta est, quando Romanos pugnantes ex periculo, in quo versabantur, numen divinum mirabiliter liberavit. (3) Erant a Quadis circumsepti in locis opportunis; cumque constipatis clipeis fortiter pugnarent, barbari intermittere proelium coeperunt, sperantes eos ipso iam aestu et siti venturos in potestatem; interim circumiacentia loca omnia sic munimentis concluserunt, ut aqua haberi nulla ex parte posset. Nam numero erant multo plures. (4) Hic Romani in summis

οὖν Ῥωμαίων ἐν παντὶ κακοῦ, καὶ ἐκ τοῦ καμάτου καὶ ἐκ τῶν τραυμάτων, τοῦ τε ἡλίου καὶ τοῦ δίψους γενομένων, καὶ μήτε μάχεσθαι διὰ ταῦτα μήτε χωρῆσαί πῃ δυναμένων, ἀλλ' ἔν τε τῇ τάξει καὶ τοῖς τόποις ἑστηκότων καὶ κατακαιομένων, νέφη πολλὰ ἐξαίφνης συνέδραμε, καὶ ὑετὸς πολὺς οὐκ ἀθεεὶ κατερράγη. (5) Καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει, Ἀρνοῦφίν τινα μάγον Αἰγύπτιον, συνόντα τῷ Μάρκῳ, ἄλλους τέ τινας δαίμονας καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι καὶ δι' αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι.

L. c. 3, 259 sq.

## HIPPOLYTUS ROMANUS obiit 235.

### Contra Callistum ep. Romanum (217—222).

[Philosophumena 9, 12.]

*228 1. (1) Οἰκέτης ἐτύγχανε Καρποφόρου τινὸς ἀνδρὸς πιστοῦ ὄντος ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. (2) Τούτῳ ὁ Καρποφόρος, ἅτε δὴ ὡς πιστῷ, χρῆμα οὐκ ὀλίγον κατεπίστευσεν, ἐπαγγειλάμενος κέρδος προσοίσειν ἐκ πραγματείας τραπεζιτικῆς· ὃς λαβὼν τράπεζαν ἐπεχείρησεν ἐν τῇ λεγομένῃ πισκινῇ πουπλικῇ, ᾧ οὐκ ὀλίγαι παραθῆκαι τῷ χρόνῳ ἐπιστεύθησαν ὑπὸ χηρῶν καὶ ἀδελφῶν προσχήματι τοῦ Καρποφόρου. (3) Ὁ δὲ ἐξαφανίσας τὰ πάντα ἠπόρει. Οὗ ταῦτα πράξαντος οὐκ ἔλιπεν ὃς ἀπαγγείλῃ

---

difficultatibus versari, cum et labore et vulneribus, et ardore solis ac siti vexarentur, nec ob eas res aut pugnare possent aut alio secedere, sed in acie suis quisque locis stantes urerentur. Tum vero multae nubes derepente ita coactae sunt, ut maximus imber ceciderit non sine dei beneficio. (5) Fertur enim Arnuphis quidam magus Aegyptius, qui cum Marco erat, Mercurium praesertim aerium aliosque daemonas quibusdam artibus magicis invocavisse ac per eos pluviam elicuisse.

228 1. (1) Servus erat Carpophori cuiusdam viri fidelis e familia Caesaris. (2) Carpophorus ei, quippe fideli, pretium non parvum concredidit, iussitque eum sibimet lucrum parare ex argentaria: qui accepto pretio argentariam instituit in piscina, quae vocatur publica, cui temporis progressu non parva deposita a viduis et fratribus concredita sunt praetextu Carpophori. (3) Is autem omnibus consumptis in angustiis erat. Qui cum ea fecisset, non defuit, qui Carpophoro renun-

τῷ Καρποφόρῳ· ὁ δὲ ἔφη ἀπαιτεῖν λόγους παρ' αὐτοῦ. (4) Ταῦτα συνιδὼν ὁ Κάλλιστος καὶ τὸν παρὰ τοῦ δεσπότου κίνδυνον ὑφορώμενος, ἀπέδρα τὴν φυγὴν κατὰ θάλασσαν ποιούμενος· ὃς εὑρὼν πλοῖον ἐν τῷ Πόρτῳ ἕτοιμον πρὸς ἀναγωγήν, ὅπου ἐτύγχανε πλέον, ἀνέβη πλευσόμενος. (5) Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως λαθεῖν δεδύνηται· οὐ γὰρ ἔλιπεν ὃς ἀπαγγείλῃ τῷ Καρποφόρῳ τὸ γεγενημένον. (6) Ὁ δὲ ἐπιστὰς κατὰ τὸν λιμένα ἐπειρᾶτο ἐπὶ τὸ πλοῖον ὁρμᾶν κατὰ ⟨τὰ⟩ μεμηνυμένα· τοῦτο δὲ ἦν ἑστὸς ἐν μέσῳ τῷ λιμένι. (7) Τοῦ δὲ πορθμέως βραδύνοντος, ἰδὼν πόρρωθεν ὁ Κάλλιστος τὸν δεσπότην, ὢν ἐν τῷ πλοίῳ καὶ γνοὺς ἑαυτὸν συνειλῆφθαι, ἠφείδησε τοῦ ζῆν, καὶ ἔσχατα ταῦτα λογισάμενος ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. (8) Οἱ δὲ ναῦται καταπηδήσαντες εἰς τὰ σκάφη ἄκοντα αὐτὸν ἀνείλοντο, τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γῆς μεγάλα βοώντων· καὶ οὕτως τῷ δεσπότῃ παραδοθεὶς ἐπανήχθη εἰς τὴν Ῥώμην, ὃν ὁ δεσπότης εἰς πίστρινον κατέθετο.

2. (1) Χρόνου δὲ διελθόντος, ὡς συμβαίνει γίνεσθαι, 229
προσελθόντες ἀδελφοὶ παρεκάλουν τὸν Καρποφόρον, ὅπως ἐξαγάγῃ τῆς κολάσεως τὸν δραπέτην, φάσκοντες αὐτὸν ὁμολογεῖν ἔχειν παρά τισι χρῆμα ἀποκείμενον. (2) Ὁ δὲ Καρποφόρος, ὡς εὐλαβής, τοῦ μὲν ἰδίου ἔλεγεν

---

tiaret; hic autem dixit se rationem reposcere ab eo. (4) Harum rerum conscius Callistus et periculum a domino instans suspicatus, se abstulit fugam ad mare versus faciens: qui cum navem in Portu invenisset ad exeundum expeditam, profecturus, quo illa erat profectura, ascendit. (5) Sed ne sic quidem latere potuit; non enim defuit, qui renuntiaret Carpophoro, quae facta erant. (6) Is autem astans ad portum conabatur in navem ferri nuntium secutus, ea autem collocata erat in medio portu. (7) Portitore autem morante Callistus, qui e longinquo conspexit herum, cum esset in navi atque cognovisset se esse captum, vitam abiecit et haec extrema esse putans se in mare praecipitavit. (8) Nautae autem, postquam in scaphas desiluerunt, invitum eum eripuerunt, dum ii, qui in terra erant, magna voce clamabant: et in hunc modum hero traditus Romam reductus est, quem herus in pistrinum dedit.

2. (1) Tempore autem elapso, ut forte evenit, fratres 229
accedentes Carpophorum adhortabantur, ut poenae eximeret fugitivum, dicentes confiteri eum se pecuniam apud quosdam conditam habere. (2) Carpophorus autem, utpote pius, suam rem se omittere dixit, deposita autem sibi curae esse

ἀφειδεῖν, τῶν δὲ παραθηκῶν φροντίζειν (πολλοὶ γὰρ αὐτῷ ἀπεκλαίοντο λέγοντες, ὅτι τῷ αὐτοῦ προσχήματι ἐπίστευσαν τῷ Καλλίστῳ, ἃ ἐπεπιστεύκεισαν), καὶ πεισθεὶς ἐκέλευσεν ἐξαγαγεῖν αὐτόν. (3) Ὁ δὲ μηδὲν ἔχων ἀποδιδόναι καὶ πάλιν ἀποδιδράσκειν μὴ δυνάμενος διὰ τὸ φρουρεῖσθαι, τέχνην θανάτου ἐπενόησε, καὶ Σαββάτῳ σκηψάμενος ἀπιέναι ὡς ἐπὶ χρεώστας, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων συνηγμένων, καὶ στὰς κατεστασίαζεν αὐτῶν. (4) Οἱ δὲ καταστασιασθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἐνυβρίσαντες αὐτὸν καὶ πληγὰς ἐμφορήσαντες ἔσυρον ἐπὶ τὸν Φουσκιανόν, ἔπαρχον ὄντα τῆς πόλεως. (5) Ἀπεκρίναντο δὲ τάδε· Ῥωμαῖοι συνεχώρησαν ἡμῖν τοὺς πατρῴους νόμους δημοσίᾳ ἀναγινώσκειν, οὗτος δὲ ἐπεισελθὼν ἐκώλυε καταστασιάζων ἡμῶν, φάσκων εἶναι Χριστιανός. (6) Τοῦ δὲ Φουσκιανοῦ πρὸ βήματος τυγχάνοντος καὶ τοῖς ὑπ' Ἰουδαίων λεγομένοις κατὰ τοῦ Καλλίστου ἀγανακτοῦντος, οὐκ ἔλιπεν ὁ ἀπαγγείλας τῷ Καρποφόρῳ τὰ πρασσόμενα. (7) Ὁ δὲ σπεύσας ἐπὶ τὸ βῆμα τοῦ ἐπάρχου ἐβόα· Δέομαι, κύριε Φουσκιανέ, μὴ σὺ αὐτῷ πίστευε, οὐ γάρ ἐστι Χριστιανός, ἀφορμὴν δὲ ζητεῖ θανάτου χρήματά μου πολλὰ ἀφανίσας, ὡς ἀποδείξω. (8) Τῶν δὲ Ἰουδαίων ὑποβολὴν τοῦτο νομισάντων, ὡς ζητοῦντος τοῦ Καρποφόρου ταύτῃ τῇ προφάσει ἐξελέσθαι αὐτόν, μᾶλλον ἐπιφθόνως κατεβόων τοῦ

---

(multi enim flentes ei dicebant, se eius praetextu concredidisse Callisto, quae concrediderant) precibusque motus iussit eum educi. (3) Ille autem, cum nihil haberet quod restitueret, et iterum aufugere non posset, quia custodiebatur, artificium mortis commentus est, et Sabbato simulans se ad debitores ire, ruit ad conventum Iudaeorum congregatorum, et astans turbam inter eos faciebat. (4) Illi autem turbati ab eo contumeliis verberibusque eum affectum truserunt ad Fuscianum, praefectum urbis. (5) Responderunt autem haecce: Romani nobis concesserunt patrias leges publice recitandas; iste vero ad nos ingressus impediebat nos obturbans, dictitans se esse Christianum. (6) Fuscianus autem, cum pro tribunali esset et per ea, quae a Iudaeis dicebantur, in Callistum irasceretur, non defuit, qui Carpophoro res gestas renuntiaret. (7) Is autem ad tribunal praefecti festinavit clamavitque: Peto, domine Fusciane, ne tu ei fidem habeas, non enim Christianus est, ansam vero mortis quaerit, postquam pecuniam mihi magnam perdidit, sicuti probabo. (8) Iudaei autem, cum hoc fraudem esse arbitrarentur, quasi Carpophorus hoc praetextu eum liberare studeret, infestius etiam

ἐπάρχου. (9) Ὁ δὲ κινηθεὶς ὑπ' αὐτῶν, μαστιγώσας αὐτὸν ἔδωκεν εἰς μέταλλον Σαρδονίας.

3. (1) Μετὰ χρόνον δὲ ἑτέρων ἐκεῖ ὄντων μαρτύρων, θελήσασα ἡ Μαρκία ἔργον τι ἀγαθὸν ἐργάσασθαι, οὖσα φιλόθεος παλλακὴ Κομμόδου, προσκαλεσαμένη τὸν μακάριον Οὐΐκτορα, ὄντα ἐπίσκοπον τῆς Ἐκκλησίας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἐπηρώτα, τίνες εἶεν ἐν Σαρδονίᾳ μάρτυρες. (2) Ὁ δὲ πάντων ἀναδοὺς τὰ ὀνόματα, τὸ τοῦ Καλλίστου οὐκ ἔδωκεν, εἰδὼς τὰ τετολμημένα παρ' αὐτοῦ. (3) Τυχοῦσα οὖν τῆς ἀξιώσεως ἡ Μαρκία παρὰ τοῦ Κομμόδου, δίδωσι τὴν ἀπολύσιμον ἐπιστολὴν Ὑακίνθῳ τινὶ σπάδοντι πρεσβυτέρῳ, ὃς λαβὼν διέπλευσεν εἰς τὴν Σαρδονίαν, καὶ ἀποδοὺς τῷ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς χώρας ἐπιτροπεύοντι ἀπέλυσε τοὺς μάρτυρας πλὴν τοῦ Καλλίστου. (4) Ὁ δὲ γονυπετῶν καὶ δακρύων ἱκέτευε καὶ αὐτὸς τυχεῖν ἀπολύσεως. (5) Δυσωπηθεὶς οὖν ὁ Ὑάκινθος ἀξιοῖ τὸν ἐπίτροπον ⟨ἀπολύειν⟩, φάσκων θρέψας εἶναι Μαρκίας, τασσόμενος αὐτῷ τὸ ἀκίνδυνον· ὁ δὲ πεισθεὶς ἀπέλυσε καὶ τὸν Κάλλιστον. (6) Οὗ παραγενομένου ὁ Οὐΐκτωρ πάνυ ἤχθετο ἐπὶ τῷ γεγονότι, ἀλλ' ἐπεὶ εὔσπλαγχνος ἦν, ἡσύχασε· φυλασσόμενος δὲ τὸν ὑπὸ πολλῶν ὄνειδον (οὐ γὰρ ἦν μακρὰν τὰ ὑπ' αὐτοῦ τετολμημένα), ἔτι δὲ καὶ τοῦ Καρποφόρου ἀντιπίπτοντος,

---

praefectum inclamabant. (9) Is autem ab iis motus, flagellis eum caesum tradidit in metallum Sardiniae.

3. (1) Tempore autem elapso, cum alii illic essent martyres, Marcia volens facinus aliquod bonum facere, quippe quae Commodi erat pellex Dei amans, arcessivit beatum Victorem, qui illo tempore episcopus Ecclesiae erat, et sciscitabatur, quinam in Sardinia essent martyres. (2) Is autem cum omnium nomina traderet, Callisti non dedit, quia novit eius conatus. (3) Marcia igitur compos facta sui voti per Commodum dimissionis litteras dat Hyacintho, spadoni cuidam presbytero, qui acceptis litteris in Sardiniam transnavigavit, et postquam eas illi, qui tunc temporis ei terrae praeerat, tradidit, dimisit martyres excepto Callisto. (4) Is autem genua flectens lacrimansque supplicabat, ut et ipse dimissionem acciperet. (5) Hyacinthus igitur precibus commotus postulat, ut praeses eum ⟨dimittat⟩, dictitans se altorem esse Marciae; stipulans ei securitatem; ille autem persuasus dimisit et Callistum. (6) Qui cum adesset, Victor molestissime ferebat quae facta erant, quoniam autem misericors erat, quietum se tenuit; cavens vero probra a multis facienda (non enim longo intervallo aberant eius conatus), cum etiam

πέμπει αὐτὸν καταμένειν ἐν Ἀνθείῳ, ὁρίσας αὐτῷ μηνιαῖόν τι ἐκτροφῆς.

231 4. (1) Μεθ' οὗ κοίμησιν Ζεφυρῖνος συναράμενον αὐτὸν σχὼν πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ κλήρου, ἐτίμησε τῷ ἰδίῳ κακῷ, καὶ τοῦτον μεταγαγὼν ἀπὸ τοῦ Ἀνθείου εἰς τὸ κοιμητήριον κατέστησεν. (2) Ὧι ἀεὶ συνὼν καί, καθὼς φθάσας προεῖπον, ὑποκρίσει αὐτὸν θεραπεύων, ἐξηφάνισε μήτε κρῖναι τὰ λεγόμενα δυνάμενον μήτε νοοῦντα τὴν τοῦ Καλλίστου ἐπιβουλήν, πάντα αὐτῷ πρὸς ἃ ἥδετο ὁμιλοῦντος. (3) Οὕτω μετὰ τὴν τοῦ Ζεφυρίνου τελευτὴν νομίζων τετυχηκέναι οὗ ἐθηρᾶτο, τὸν Σαβέλλιον ἀπέωσεν ὡς μὴ φρονοῦντα ὀρθῶς, δεδοικὼς ἐμὲ καὶ νομίζων οὕτω δύνασθαι ἀποτρίψασθαι τὴν πρὸς τὰς Ἐκκλησίας κατηγορίαν, ὡς μὴ ἀλλοτρίως φρονῶν. (4) Ἦν οὖν γόης καὶ πανοῦργος καὶ ἐπὶ χρόνῳ συνήρπασε πολλούς. (5) Ἔχων δὲ καὶ τὸν ἰὸν ἐγκείμενον ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ εὐθέως μηδὲν φρονῶν, ἅμα δὲ καὶ αἰδούμενος τὰ ἀληθῆ λέγειν, διὰ τὸ δημοσίᾳ ἡμῖν ὀνειδίζοντα εἰπεῖν· «Δίθεοί ἐστε»· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Σαβελλίου συχνῶς κατηγορεῖσθαι ὡς παραβάντα τὴν πρώτην πίστιν, ἐφεῦρεν αἵρεσιν τοιάνδε, λέγων τὸν Λόγον αὐτὸν εἶναι Υἱόν, αὐτὸν καὶ Πατέρα ὀνόματι μὲν καλούμενον, ἓν δὲ ὂν τὸ Πνεῦμα ἀδιαίρετον· οὐκ ἄλλο εἶναι

---

Carpophorus adversaretur, dimittit eum commoraturum Antii, definito ei menstruo aliquo ad victum.

231 4. (1) Cuius post obitum Zephyrinus, consecutus eum socium et ministrum ad regendum clerum, ornavit eum suo damno, et Antio traductum in coemeterio constituit. (2) Cui cum semper adesset, et sicuti modo antea dixi, simulate eum coleret, perdidit virum, qui neque dicta iudicare poterat, neque Callisti insidias sentiebat, quippe qui omnia cum eo colloquebatur, quae illi grata erant. (3) Sic post Zephyrini obitum arbitratus se esse nactum quod venabatur, Sabellium extrusit, utpote non recte sentientem, timens me et arbitrans se in hunc modum abstergere posse criminationem apud Ecclesias, quasi non aliena sentiat. (4) Erat igitur praestigiator et ad fraudem acutus et tempore procedente multos secum abripuit. (5) Cum autem et virus cordi insitum haberet nihilque recte sentiret, simul vero etiam verecundaretur vera dicere, propterea quod coram populo nobis convicians dicebat: «Dithei estis»; verum etiam propterea quod a Sabellio continenter accusabatur, tamquam primam fidem reliquisset, adinvenit talem quandam haeresim, dicens Logum ipsum esse Filium, eundem etiam Patrem nomine quidem vocatum, revera

Πατέρα, ἄλλο δὲ Υἱόν, ἓν δὲ καὶ τὸ αὐτὸ ὑπάρχειν· καὶ τὰ πάντα γέμειν τοῦ θείου Πνεύματος τά τε ἄνω καὶ κάτω· καὶ εἶναι τὸ ἐν τῇ Παρθένῳ σαρκωθὲν Πνεῦμα οὐχ ἕτερον παρὰ τὸν Πατέρα, ἀλλὰ ἓν καὶ τὸ αὐτό. (6) Καὶ τοῦτο εἶναι τὸ εἰρημένον· «Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί;» [Io 14, 11.] Τὸ μὲν γὰρ βλεπόμενον, ὅπερ ἐστὶν ἄνθρωπος, τοῦτο εἶναι τὸν Υἱόν, τὸ δὲ ἐν τῷ Υἱῷ χωρηθὲν Πνεῦμα τοῦτο εἶναι τὸν Πατέρα· οὐ γάρ, φησίν, ἐρῶ δύο θεούς, Πατέρα καὶ Υἱόν, ἀλλ' ἕνα. (7) Ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ γενόμενος Πατὴρ προσλαβόμενος τὴν σάρκα ἐθεοποίησεν ἑνώσας ἑαυτῷ, καὶ ἐποίησεν ἕν, ὡς καλεῖσθαι Πατέρα καὶ Υἱὸν ἕνα Θεόν, καὶ τοῦτο ἓν ὂν πρόσωπον μὴ δύνασθαι εἶναι δύο, καὶ οὕτως τὸν Πατέρα συμπεπονθέναι τῷ Υἱῷ. (8) Οὐ γὰρ θέλει λέγειν τὸν Πατέρα πεπονθέναι καὶ ἓν εἶναι πρόσωπον, <ὡς> ἐκφυγεῖν τὴν εἰς τὸν Πατέρα βλασφημίαν ὁ ἀνόητος καὶ ποικίλος, ὁ ἄνω κάτω σκεδάζων βλασφημίας, ἵνα μόνον κατὰ τῆς ἀληθείας λέγειν δοκῇ, ποτὲ μὲν εἰς τὸ Σαβελλίου δόγμα ἐμπίπτων, ποτὲ δὲ εἰς τὸ Θεοδότου οὐκ αἰδεῖται.

5. (1) Τοιαῦτα ὁ γόης τολμήσας συνεστήσατο διδασκα- 232
λεῖον κατὰ τῆς Ἐκκλησίας οὕτως διδάξας, καὶ πρῶτος τὰ πρὸς τὰς ἡδονὰς τοῖς ἀνθρώποις συγχωρεῖν ἐπενόησε,

---

autem unum esse Spiritum indivisum; non aliud esse Patrem, aliud Filium, sed unum et idem esse, omniaque esse repleta divino Spiritu et superiora et inferiora, Spiritumque in Virgine carne indutum non esse aliud atque Patrem, sed unum idemque. (6) Et hoc esse id quod dictum est: *Non credis, quia ego in Patre et Pater in me est?* Visibile enim, quod quidem est homo, Filium esse, Spiritum autem, qui in Filium cesserit, esse Patrem; non enim, inquit, profitebor duos deos, Patrem et Filium, sed unum. (7) Pater enim, qui in eo exsistit, carnem postquam assumpsit, deificavit sibi unitum et fecit unum, ita ut Pater et Filius vocetur unus Deus, et hanc personam, cum una sit, non posse esse duas, et sic Patrem compassum esse cum Filio. (8) Non enim vult dicere Patrem esse passum unamque esse personam, ut effugiat blasphemiam in Patrem insipidus iste vaferque, qui sursum deorsum spargens blasphemias, modo ut contra veritatem loqui videatur, tum in Sabellii doctrinam incidens, tum in Theodoti non erubescit.

5. (1) Talia conatus praestigiator ille scholam constituit 232
adversus Ecclesiam ita docendo, et primus ea, quae ad voluptates faciunt, hominibus concedere ausus est, dicens omnibus

λέγων πᾶσιν ὑπ' αὐτοῦ ἀφίεσθαι ἁμαρτίας. (2) Ὁ γὰρ παρ' ἑτέρῳ τινὶ συναγόμενος καὶ λεγόμενος Χριστιανὸς εἴ τι ἂν ἁμάρτῃ, φασίν, οὐ λογίζεται αὐτῷ ἡ ἁμαρτία, εἰ προσδράμοι τῇ τοῦ Καλλίστου σχολῇ. (3) Οὗ τῷ ὅρῳ ἀρεσκόμενοι πολλοὶ συνείδησιν πεπληγότες ἅμα τε καὶ ὑπὸ πολλῶν αἱρέσεων ἀποβληθέντες, τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ καταγνώσει ἔκβλητοι τῆς Ἐκκλησίας ὑφ' ἡμῶν γενόμενοι, προσχωρήσαντες αὐτοῖς ἐπλήθυναν τὸ διδασκαλεῖον αὐτοῦ. (4) Οὗτος ἐδογμάτισεν ὅπως εἰ ἐπίσκοπος ἁμάρτοι τι, εἰ καὶ πρὸς θάνατον, μὴ δεῖν κατατίθεσθαι. (5) Ἐπὶ τούτου ἤρξαντο ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι δίγαμοι καὶ τρίγαμοι καθίστασθαι εἰς κλήρους· (6) εἰ δὲ καί τις ἐν κλήρῳ ὢν γαμοίη, μένειν τὸν τοιοῦτον ἐν τῷ κλήρῳ ὡς μὴ ἡμαρτηκότα· ἐπὶ τούτῳ φάσκων εἰρῆσθαι τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥηθέν· «Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην;» [Rom 14, 4.] Ἀλλὰ καὶ παραβολὴν τῶν ζιζανίων πρὸς τοῦτο ἔφη λέγεσθαι· «Ἄφετε τὰ ζιζάνια συναύξειν τῷ σίτῳ» [cf. Mt 13, 29 sq], τουτέστιν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς ἁμαρτάνοντας. (7) Ἀλλὰ καὶ τὴν κιβωτὸν τοῦ Νῶε εἰς ὁμοίωμα Ἐκκλησίας ἔφη γεγονέναι, ἐν ᾗ καὶ κύνες καὶ λύκοι καὶ κόρακες καὶ πάντα τὰ καθαρὰ καὶ ἀκάθαρτα· οὕτω φάσκων δεῖν εἶναι ἐν Ἐκκλησίᾳ ὁμοίως· καὶ ὅσα πρὸς τοῦτο δυνατὸς ἦν συνάγειν οὕτως ἡρμήνευσεν. (8) Οὗ οἱ ἀκροαταὶ ἡσθέντες τοῖς δόγ-

---

a semet dimitti peccata. (2) Nam si forte, qui apud alium quem congregatur et Christianus vocatur, quid peccaverit, aiunt, non imputatur ei peccatum, modo Callisti scholae accedat. (3) Cuius definitionem amplectentes multi, conscientia morsi simulque etiam a multis sectis reiecti, nonnulli vero et per condemnationem a nobis ex Ecclesia eiecti, ad eos transgressi eius scholam repleverunt. (4) Hic praecepit, tametsi episcopus peccet, etiamsi ad mortem, eum non oportere loco suo moveri. (5) Huius aetate inceperunt episcopi et presbyteri et diaconi digami et trigami in ordines ascisci. (6) Verum etiam si quis in ordine constitutus matrimonium ineat, manere talem hominem in ordine quasi non peccaverit; de hoc perhibens dictum esse, quod ab Apostolo dictum est: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum?* Verum etiam parabolam de zizaniis ad hoc pertinere: *Sinite zizania crescere cum tritico,* hoc est in Ecclesia peccantes. (7) Verum etiam arcam Noachi in similitudinem Ecclesiae dixit factam esse, in qua canes et lupi et corvi omniaque munda immundaque fuerint, sic dictitans in Ecclesia oportere esse consimiliter; et quaecumque ad hoc congerere poterat, in hunc modum interpretatus est. (8) Cuius

μασι διαμένουσιν ἐμπαίζοντες ἑαυτοῖς τε καὶ πολλοῖς, ὧν τῷ διδασκαλείῳ συρρέουσιν ὄχλοι. (9) Διὸ καὶ πληθύνονται, γαυριώμενοι ἐπὶ ὄχλοις διὰ τὰς ἡδονάς, ἃς οὐ συνεχώρησεν ὁ Χριστός· οὗ καταφρονήσαντες οὐδὲν ἁμαρτεῖν κωλύουσι, φάσκοντες αὐτὸν ἀφιέναι τοῖς εὐδοκοῦσιν.

6. (1) Καὶ γὰρ καὶ γυναιξὶν ἐπέτρεψεν, εἰ ἄνανδροι εἶεν 233
καὶ ἡλικίᾳ γε ἐκκαίοιντο ἀναξίᾳ, ἢ ἑαυτῶν ἀξίαν μὴ βούλοιντο καθαιρεῖν διὰ τὸ νομίμως γαμηθῆναι, ἔχειν ἕνα ὃν ἂν αἱρήσωνται σύγκοιτον εἴτε οἰκέτην, εἴτε ἐλεύθερον, καὶ τοῦτον κρίνειν ἀντὶ ἀνδρὸς μὴ νόμῳ γεγαμημένην. (2) Ἔνθεν ἤρξαντο ἐπιχειρεῖν πισταὶ λεγόμεναι ἀτοκίοις φαρμάκοις καὶ περιδεσμεῖσθαι πρὸς τὸ τὰ συλλαμβανόμενα καταβάλλειν, διὰ τὸ μήτε ἐκ δούλου βούλεσθαι ἔχειν τέκνον μήτε ἐξ εὐτελοῦς, διὰ τὴν συγγένειαν καὶ ὑπέρογκον οὐσίαν. (3) Ὁρᾶτε εἰς ὅσην ἀσέβειαν ἐχώρησεν ὁ ἄνομος μοιχείαν καὶ φόνον ἐν τῷ αὐτῷ διδάσκων· καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς τολμήμασιν ἑαυτοὺς οἱ ἀπηρυθριασμένοι καθολικὴν Ἐκκλησίαν ἀποκαλεῖν ἐπιχειροῦσι, καί τινες νομίζοντες εὖ πράττειν συντρέχουσιν αὐτοῖς. (4) Ἐπὶ τούτου πρώτως τετόλμηται δεύτερον αὐτοῖς βάπτισμα.

(5) Ταῦτα μὲν οὖν ὁ θαυμασιώτατος Κάλλιστος συνεστήσατο, οὗ διαμένει τὸ διδασκαλεῖον φυλάσσον τὰ ἔθη

---

auditores delectati placitis permanent illudentes et sibimet ipsis et multis, quorum turbae ad scholam illam confluunt. (9) Propterea et augentur superbientes turbis propter voluptates, quas non permisit Christus; quo contempto nullum peccatum prohibent, dictitantes eum ignoscere volentibus.

6. (1) Etenim et mulieribus permisit, ut, si innuptae essent 233
flagrarentque amore aetate indigna, vel dignitatem suam perdere nollent legitimo matrimonio, haberent unum, quemcumque elegerint, concubinum, sive servum sive liberum, eumque haberet pro marito non legitime nupta. (2) Exinde mulieres, quae dicebantur fideles, medicamenta tentare coeperunt, quae steriles faciunt, fasciasque ad partus abigendos, propterea quod nolebant e servo infantem habere neque e viro tenuiore propter cognatos nimiamque rem familiarem. (3) Videte, quoad impietatis processerit improbus ille adulterium caedemque simul docendo; et inter haec conamina impudentes illi catholicam Ecclesiam semet appellare aggrediuntur, nonnullique rem bene geri arbitrantes iis astipulantur. (4) Huius aetate primo baptismus iteratus ab iis tentatus est.

(5) Haec igitur mirificentissimus Callistus condidit, cuius schola permanet custodiens mores traditionemque, non dis-

καὶ τὴν παράδοσιν, μὴ διακρῖνον, τίσι δεῖ κοινωνεῖν, πᾶσι δ' ἀκρίτως προσφέρον τὴν κοινωνίαν· ἀφ' οὗ καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος μετέσχον ἐπίκλησιν καλεῖσθαι διὰ τὸν πρωτοστατήσαντα τῶν τοιούτων ἔργων Κάλλιστον Καλλιστιανοί.

MG 16 c, 3379 sqq.

## LIBELLUS SACRIFICATIONIS EX PERSECUTIONE DECIANA d. 25. Iunii 250.

Papyrus musei Berolinensis ex ruderibus Faijûmi Aegyptiaci extractus. Rotundis uncis abbreviationes completae, quadratis vero litterae coniectura suppletae includuntur.

Manus I.

234 Τοῖς ἐπὶ [τ]ῶν θυσιῶν ᾑρη|μένοις κώμ(ης) Ἀλεξ(άνδρου) Νήσου | παρὰ Αὐρηλ(ίου) Διογένου[ς] Σατα|βοῦτος ἀπὸ κώμ(ης) Ἀλεξάνδ(ρου) | Νήσου ὡς (ἐτῶν) οβ', οὐλ(ὴ) | ὀφρύι δεξ(ιᾷ).

Καὶ ἀεὶ | θύων τοῖς θεοῖς διετέ|λεσα καὶ νῦν ἐπὶ πα|ροῦσιν ὑμεῖν[1] κατὰ | τὰ προστε[τ]ατα[γ]μ[έ]|να[2] ἔθυσα [κα]ὶ ἔσ[πεισα] | [κ]αὶ τῶν ἱ[ε]ρείων [ἐγευ] | σάμην καὶ ἀξι[ῶ] ὑμ[ᾶς] | ὑποσημιώσασθαι[3].

Διευτυχεῖτα[4].

Αὐρήλ(ιος) [Δι]ογένης ἐπιδ[έ(δωκα)].

Iis qui sacrificiorum testes electi sunt in vico Alexandri Insula, Aurelius Diogenes, filius Satabutis, e vico Alexandri Insula, natus circiter annos 72, cicatrix in supercilio dextero.

Semper quidem diis sacrificare perseveravi, nunc vero vobis praesentibus secundum edicta sacrificavi et libavi et de victimis gustavi, quod vos rogo testificari.

Valete.

Ego Aurelius Diogenes obtuli.

Manus II.

235 Αὐρή[λ(ιος)] Σύρος Δι[ογένη] | θύοντα ἅμα ἡ[μῖν?] | κοινωνὸς σεσ(ημείωμαι).

Ego Aurelius Syrus Diogenem nobiscum sacrificasse particeps testificatus sum.

---

cernens, quibuscum oporteat communicare, sed omnibus sine discrimine communionem afferens: a quo etiam cognominis traxerunt nuncupationem, ut propter antesignanum harum rerum Callistum appellarentur Callistiani.

---

[1] = ὑμῖν. [2] = προστεταγμένα.
[3] = ὑποσημειώσασθαι. [4] = Διευτυχεῖτε.

Manus I.

[("Ετους)] α' Αὐτοκράτο-ο[ς] Καί[σαρος] [Γα]ίου Μεσσίου Κ[ο]ίν[του] [Τρ]α-ια[νοῦ Δε]κίου Εὐσ[εβοῦς] [Ε]ὐτ[υχοῦς] Σε[β]α[σ]τοῦ, ἐπ[ειφ] β'.

Anno 1° Imperatoris Caesaris Gai Messii Quinti Traiani Decii, Pii, Felicis, Augusti, die 2° epiphi (25. Iunii 250).

Ed. C. *Wessely* in Patrologia orientali, curantibus R. Graffin et F. Nau 4 (Paris. 1908, Firmin Didot) 115 sqq.

## EPITAPHIUM PECTORII AUGUSTODUNENSIS
saeculi secundi vel tertii.

**Septem fragmenta huius inscriptionis 1839 inventa sunt in vetusto coemeterio prope Autun, Galliae; hodie conservantur in museo illius civitatis. Litterae a viris doctis coniectura restitutae uncis includuntur. Constat inscriptio tribus distichis (1—6) et quinque hexametris (7—11).**

Cf. *H. Leclercq* in Dictionnaire d'archéol. chrét. 1, 3194 sqq.

Ἰχθύος[1] ο[ὐρανίου θε]ῖον γένος, ἤτορι σεμνῷ 236
Χρῆσε[2], λαβὼ[ν πηγὴ]ν ἄμβροτον ἐν βροτέοις
Θεσπεσίων ὑδάτ[ω]ν. Τὴν σήν, φίλε, θάλπεο ψυχ[ὴν]
Ὕδασιν ἀενάοις πλουτοδότου σοφίης.
Σωτῆρος [δ'] ἁγίων μελιηδέα λάμβαν[ε βρῶσιν],
ἔσθιε πιν[άω]ν[3] Ἰχθὺν ἔχων παλάμαις.

Ἰχθυῒ χό[ρταζ'] ἄρα, λιλαίω, Δέσποτα Σῶτερ.
Εὖ εὕδοι μ[ή]τηρ, σὲ λιτάζομε[4], φῶς τὸ θανόντων.
Ἀσχάνδιε [πά]τερ, τὠμῷ κε[χα]ρισμένε θυμῷ,
σὺν μ[ητρὶ γλυκερῇ καὶ ἀδελφει]οῖσιν ἐμοῖσιν,
Ἰ[χθύος εἰρήνῃ σοῦ] μνήσεο Πεκτοριοῖο.

**Versio litteralis:**

Piscis caelestis divum genus, corde augusto 236[1]
utere, accepto fonte immortali inter mortales
divinarum aquarum. Tuam, care, sine foveri animam
aquis perennibus ditantis sapientiae.
Servatoris sanctorum mellitum accipe cibum,
comede esuriens, Piscem tenens manibus.

Pisce ale igitur, rogo, Domine Redemptor.
Bene dormiat mater, te precor, Lux mortuorum.
Aschandi, pater, meo gratissime cordi,
cum matre dulci et fratribus meis
Piscis in pace tui memor esto Pectorii.

---

[1] Initialia quinque priorum versuum = Ἰχθύς.
[2] = χρῆσαι. [3] = πεινάων. [4] λιτάζομαι.

Versio metrica [1].

236a Piscis [2] caeligenae proles sacra, munere dignam
Induito mentem, quando perennis aquae
Sumis, homo, laticem. Tu languida viscera iugi,
Care, foveto unda, quae sapientia alit.
Ipse avidum pascat mellito pane Redemptor
Sanctorum, Piscem quem geris in manibus.

Pisce tuos pascas igitur, Domine, oro, Redemptor.
Dormiat hic mater, Lux, te rogo, viva, beata.
Aschandique, meo pater o gratissime cordi,
cum dulci genitrice et natis sanguine eodem
Pectorii memores in Piscis pace manete.

## ORIGENES circa 185—255.

### Regula fidei.

[De principiis (circa 230) 1, prooemium, 4—8 et 10.]

*237 4. (1) Species vero eorum quae per praedicationem apostolicam manifeste traduntur, istae sunt. (2) Primo quod unus Deus est qui omnia creavit atque composuit, quique, cum nihil esset, esse fecit universa, Deus a prima creatura et conditione mundi, omnium iustorum Deus, Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, duodecim patriarcharum, Moysis et prophetarum; (3) et quod hic Deus in novissimis diebus, sicut per prophetas suos ante promiserat, misit Dominum nostrum Iesum Christum, primo quidem vocaturum Israel, secundo vero etiam gentes post perfidiam populi Israel. (4) Hic Deus iustus et bonus Pater Domini nostri Iesu Christi, legem et prophetas et Evangelia ipse dedit, qui et apostolorum Deus est, et veteris et novi Testamenti. (5) Tum deinde quia Iesus Christus ipse qui venit, ante omnem creaturam natus ex Patre est. (6) Qui cum in omnium conditione Patri ministrasset, *per ipsum enim omnia facta sunt* [Io 1, 3], novissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus incarnatus est, cum esset Deus, et homo factus mansit quod erat Deus. (7) Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens quod natum ex Virgine et Spiritu Sancto est. (8) Et quoniam hic Iesus Christus natus et passus est in veritate, et non per phantasiam communem hanc

---

[1] Auctore P. *G. Gietmann* S. J.
[2] Initialia sex priorum versuum = *Piscis*.

mortem sustinuit, vere mortuus; (9) vere enim a mortuis resurrexit, et post resurrectionem conversatus cum discipulis suis, assumptus est. (10) Tum deinde honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum Sanctum. (11) In hoc non iam manifeste discernitur, utrum natus an innatus vel Filius etiam Dei ipse habendus sit, necne. Sed inquirenda iam ista pro viribus sunt de Sacra Scriptura, et sagaci perquisitione investiganda. (12) Sane quod iste Spiritus unumquemque sanctorum, vel prophetarum, vel apostolorum inspiraverit, et non alius Spiritus in veteribus, alius vero in his qui in adventu Christi inspirati sunt, fuerit, manifestissime in Ecclesiis praedicatur.

5. (1) Post haec iam quod anima substantiam vitam- 238
que habens propriam, cum ex hoc mundo discesserit, pro suis meritis dispensabitur, (2) sive vitae aeternae ac beatitudinis hereditate potitura, si hoc ei sua gesta praestiterint; (3) sive igni aeterno ac suppliciis mancipanda, si in hoc eam scelerum culpa detorserit; (4) sed et quia erit tempus resurrectionis mortuorum, cum corpus hoc quod nunc *in corruptione seminatur, surget in incorruptione;* et quod *seminatur in ignominia, surget in gloria* [1 Cor 15, 42]. (5) Est et illud definitum in ecclesiastica praedicatione, omnem animam rationabilem esse liberi arbitrii et voluntatis; (6) esse quoque ei certamen adversus diabolum et angelos eius, contrariasque virtutes, ex eo quod illi peccatis eam onerare contendant, nos vero si recte consulteque vivamus, ab huiusmodi onere nos exuere conemur. (7) Unde et consequens est intellegere, non nos necessitati esse subiectos, ut omnimodo, etiamsi nolimus, vel mala vel bona agere cogamur. (8) Si enim nostri arbitrii sumus, impugnare nos fortasse possunt aliquae virtutes ad peccatum, et aliae iuvare ad salutem; non tamen necessitate cogimur vel agere recte, vel male: quod fieri arbitrantur hi qui stellarum cursum et motus causam dicunt humanorum esse gestorum, non solum eorum quae extra arbitrii accidunt libertatem, sed et eorum quae in nostra sunt posita potestate. (9) De anima vero utrum ex seminis traduce ducatur, ita ut ratio ipsius vel substantia inserta ipsis seminibus corporalibus habeatur, an vero aliud habeat initium: et hoc ipsum initium si genitum est, aut non genitum: vel certe si extrinsecus corpori inditur, necne: non satis manifesta praedicatione distinguitur.

239 6. (1) De diabolo et angelis eius contrariisque virtutibus ecclesiastica praedicatio docuit, quoniam sunt quidem haec; quae autem sint, aut quomodo sint, non satis clare exposuit. (2) Apud plurimos tamen ista habetur opinio, quod angelus fuerit iste diabolus, et apostata effectus quamplurimos angelorum secum declinare persuaserit, qui et nunc usque angeli ipsius nuncupantur.
240 7. (1) Est praeterea et illud in ecclesiastica praedicatione, quod mundus iste factus sit, et a certo tempore coeperit, et sit pro ipsa sui corruptione solvendus. (2) Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, iam non pro manifesto multis innotuit. Non enim evidens de his in ecclesiastica praedicatione sermo profertur.
241 8 (1) Tum demum quod per Spiritum Dei Scripturae conscriptae sint et sensum habeant, non eum solum qui in manifesto est, sed et alium quendam latentem quamplurimos. . . .
242 10. (1) Est etiam illud in ecclesiastica praedicatione, esse angelos Dei quosdam et virtutes bonas, qui ei ministrant ad salutem hominum consummandam; sed quando isti creati sint, vel quales, aut quomodo sint, non satis in manifesto designatur. (2) De sole autem et luna et stellis utrum animantia sint, an sine anima, manifeste non traditur. (3) Oportet igitur velut elementis ac fundamentis huiusmodi uti secundum mandatum quod dicit: *Illuminate vobis lumen scientiae* [Os 10, 12], omnem, qui cupit seriem quandam et corpus ex horum omnium ratione perficere, ut manifestis et necessariis assertionibus de singulis quibusque quid sit in vero rimetur, et unum, ut diximus, corpus efficiat exemplis et affirmationibus, vel his quas in sanctis Scripturis invenerit, vel quas ex consequentiae ipsius indagine ac recti tenore repererit.
MG 11, 117 sqq.

## Quisnam possit et quibus conditionibus peccata remittere.

[De oratione (post 231) 28, 18—26 (CB 28, 8—10).]

243 8. (18) Ὁ δὲ Λουκᾶς εἰπών· «ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν» [Lc 11, 4] (ἐπεὶ τὰ ἁμαρτήματα ὀφειλόντων ἡμῶν καὶ

---

243 8. (18) Porro quod Lucas ait: *Dimitte nobis peccata nostra* (cum peccata inde oriantur, quod non reddimus quae debemus),

μὴ ἀποδιδόντων συνίσταται), τὸ αὐτὸ λέγει τῷ Ματθαίῳ, ὅστις οὐκ ἔοικε χώραν διδόναι τῷ βουλομένῳ μετανοοῦσιν ἀφιέναι τοῖς ὀφείλουσι μόνον, λέγων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος νενομοθετῆσθαι τὸ ἡμᾶς δεῖν ἐν τῇ εὐχῇ προστιθέναι· «καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν». (19) Πάντες μέντοι γε ἐξουσίαν ⟨ἔχομεν⟩ ἀφιέναι τὰ εἰς ἡμᾶς ἡμαρτημένα· ὅπερ δῆλόν ἐστιν ἔκ τε τοῦ «ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν» [Mt 6, 12], καὶ ἐκ τοῦ «καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν». (20) Ὁ δὲ ἐμπνευσθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς οἱ ἀπόστολοι, καὶ «ἀπὸ τῶν καρπῶν» [cf. Mt 7, 16 20] γινώσκεσθαι δυνάμενος, ὡς χωρήσας τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον καὶ γενόμενος πνευματικὸς τῷ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἄγεσθαι τρόπον Υἱοῦ Θεοῦ ἐφ' ἕκαστον τῶν κατὰ λόγον πρακτέων, ἀφίησιν ἃ ἐὰν ἀφῇ ὁ Θεός, καὶ κρατεῖ τὰ ἀνίατα τῶν ἁμαρτημάτων· ὑπηρετῶν, ὥσπερ οἱ προφῆται ἐν τῷ λέγειν οὐ τὰ ἴδια, ἀλλὰ τὰ τοῦ θείου βουλήματος τῷ Θεῷ, οὕτω καὶ αὐτὸς τῷ μόνῳ ἐξουσίαν ἔχοντι ἀφιέναι Θεῷ.

9. (21) Ἔχουσι δὲ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ 244
αἱ περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων γινομένης ἀφέσεως φωναὶ οὕτως· «Λάβετε Πνεῦμα Ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται» [Io 20, 23]. Εἰ δέ τις ἀβασανίστως ἐκλαμβάνει ταῦτα, ἐγκαλέσαι τις ἂν τοῖς ἀποστόλοις μὴ πᾶσιν ἀφιεῖσιν, ἵνα

---

idem ac Matthaeus dicit, qui non videtur locum ei dare, qui solis paenitentibus debitoribus remittere velit, cum dicat a Servatore praescriptum esse, ut orationi addamus: *Si quidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis.* (19) Habemus igitur omnes potestatem remittendi peccata in nos admissa, ut manifestum et ex his: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris,* et ex istis: *Si quidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis.* (20) Sed is in quem Iesus insufflavit, quemadmodum in apostolos, quique a fructibus cognosci potest accepisse Spiritum Sanctum et factus esse spiritualis, eo quod Spiritu Dei, more Filii Dei, agatur ad ea omnia quae ratione gerenda sunt; is dimittit quae dimitteret Deus et insanabilia peccata retinet, ministrans, ut prophetae Deo ministrabant loquentes non sua, sed quae divinae erant voluntatis, sic et ipse soli dimittendi potestatem habenti Deo.

9. (21) Sic autem habent in Evangelio secundum Ioannem 244
quae de remissione ab apostolis concedenda scripta sunt: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt.* Quae si absque examine accipiantur, accusandi videbuntur apostoli, quod non

πᾶσιν ἀφεθῇ, ἀλλά τινων τὰς ἁμαρτίας κρατοῦσιν, ὡς δι' αὐτοὺς καὶ παρὰ Θεῷ κρατεῖσθαι αὐτάς.

245 (22) Χρήσιμον δὲ παράδειγμα ἀπὸ τοῦ νόμου λαβεῖν, πρὸς τὸ νοηθῆναι τὴν δι' ἀνθρώπων ἄφεσιν ὑπὸ Θεοῦ γινομένην ἀνθρώποις ἁμαρτημάτων. Οἱ κατὰ νόμον ἱερεῖς κωλύονται περί τινων προσφέρειν ἁμαρτημάτων θυσίαν, ἵνα ἀφεθῇ τοῖς, περὶ ὧν αἱ θυσίαι, τὰ πλημμελήματα. Καὶ οὐ δή που τὴν περί τινων ἐξουσίαν ὁ ἱερεὺς ἀκουσίων ἢ πλημμελημάτων ἀναφορὰν ἔχων, ἤδη καὶ περὶ μοιχείας, ἢ ἑκουσίου φόνου, ἤ τινος ἄλλου χαλεπωτέρου πταίσματος προσφέρει ὁλοκαύτωμα καὶ περὶ ἁμαρτίας [cf. Ps 39, 7]. (23) Οὕτω τοιγαροῦν καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ τοῖς ἀποστόλοις ὡμοιωμένοι, ἱερεῖς ὄντες κατὰ τὸν μέγαν ἀρχιερέα [cf. Hebr 4, 14], ἐπιστήμην λαβόντες τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας, ἴσασιν, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος διδασκόμενοι, περὶ ὧν χρὴ ἀναφέρειν θυσίας ἁμαρτημάτων, καὶ πότε, καὶ τίνα τρόπον, καὶ γινώσκουσι περὶ ὧν οὐ χρὴ τοῦτο ποιεῖν. (24) Ὁ γοῦν ἱερεὺς Ἡλεὶ ἁμαρτάνοντας ἐπιστάμενος τοὺς υἱοὺς Ὀφνεὶ καὶ Φινεές, ὡς μηδὲν δυνάμενος εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων αὐτοῖς συνεργῆσαι, καὶ τὸ ἀπογινώσκειν τοῦτ' ἔσεσθαι, ὁμολογεῖ δι' ὧν φησίν «Ἐὰν ἁμαρτάνων ἁμάρτῃ ἀνὴρ εἰς ἄνδρα, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ· ἐὰν δὲ εἰς Κύριον ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ;» [1 Rg 2, 25.]

---

omnibus remittant, ut omnibus remittatur, sed quorundam retineant peccata ita ut propter eos etiam apud Deum retineantur.

245 (22) Utile autem erit exemplum e lege desumere, ut intelligatur ea quae per homines a Deo fit hominibus peccatorum remissio. Prohibentur legis sacerdotes pro quibusdam delictis offerre sacrificium, ut iis pro quibus sacrificia offeruntur remittantur delicta. Nec umquam sacerdos qui involuntaria quaedam remittendi potestatem habet aut pro negligentiis offerendi, iam etiam pro adulterio aut voluntaria caede, aut quovis alio graviori scelere holocaustum offeret, aut piaculum. (23) Sic itaque apostoli et qui similes apostolis sunt sacerdotes, iuxta magnum pontificem, disciplina divini cultus instructi et a Spiritu edocti, sciunt pro quibus peccatis, et quando et quomodo offerre sacrificium oporteat, et pro quibus non oporteat etiam norunt. (24) Quamobrem sacerdos Heli cum peccantes nosset filios Ophni et Phinees, quasi non posset eis opem in remissionem peccatorum afferre, etiam id posse fieri se desperare fatetur his verbis: *Si peccans peccaverit vir in virum, orabunt pro eo. Si autem in Dominum peccaverit, quis orabit pro eo?*

10. (25) Οὐκ οἶδ' ὅπως ἑαυτοῖς τινες ἐπιτρέψαντες τὰ ὑπὲρ τὴν ἱερατικὴν ἀξίαν, τάχα μηδὲ ἀκριβοῦντες τὴν ἱερατικὴν ἐπιστήμην, αὐχοῦσιν ὡς δυνάμενοι καὶ εἰδωλολατρείας συγχωρεῖν, μοιχίας τε καὶ πορνείας ἀφιέναι, ὡς διὰ τῆς εὐχῆς αὐτῶν περὶ τῶν ταῦτα τετολμηκότων λυομένης καὶ τῆς πρὸς θάνατον ἁμαρτίας. Οὐ γὰρ ἀναγινώσκουσι τό· «Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα τις ἐρωτήσῃ» [1 Io 5 16]. (26) Οὐκ ἀποσιωπητέον καὶ τὸν ἀνδρειότατον Ἰὼβ περὶ τῶν υἱῶν ἀναφέροντα θυσίαν, λέγοντα· «Μήποτε οἱ υἱοί μου ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν κακὰ ἐνενόησαν πρὸς Θεόν» [Iob 1, 5]. Περὶ γὰρ δισταζομένων εἰ ἥμαρτηται καὶ ταῦτα οὐδὲ μέχρι τῶν χειλέων ἐφθακότων, ἀναφέρει τὴν θυσίαν. 246

MG 11, 527 sqq. CB Orig. 2 (ed. *P. Koetschau*), 379 sqq.

## De evangeliis apocryphis.

[Homilia in Lucam (circa 233) 1, 3—6.]

(3) Τάχα δὲ καὶ τὸ «ἐπεχείρησαν» λεληθυῖαν ἔχει κατηγορίαν τῶν προπετῶς καὶ χωρὶς χαρίσματος ἐλθόντων ἐπὶ τὴν ἀναγραφὴν τῶν εὐαγγελίων. Ματθαῖος γὰρ οὐκ «ἐπεχείρησεν», ἀλλ' ἔγραψεν ἐξ Ἁγίου κινούμενος Πνεύματος, ὁμοίως καὶ Μάρκος καὶ Ἰωάννης· παραπλησίως δὲ καὶ Λουκᾶς. (4) Τὸ μέντοι ἐπιγεγραμμένον «Κατὰ Αἰγυπτίους» εὐαγγέλιον καὶ τὸ ἐπιγεγραμμένον «Τῶν Δώδεκα» 247*

---

10. (25) Sunt nonnulli qui nescio quomodo sibi arrogant ea quae sacerdotalem superant dignitatem, forte etiam rudes sacerdotalis disciplinae, glorianturque quasi possint etiam idololatriam condonare, adulteriaque et fornicationes remittere: quasi, modo pro iis oraverint qui eiusmodi facinora perpetrarunt, solvendum sit etiam, quod ad mortem est, peccatum. Non enim illud legunt: *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.* (26) Praetereundus non est fortissimus Iob, qui pro filiis offerebat sacrificia, dicebatque: *Ne forte filii mei in mente sua mala cogitaverint adversus Deum.* Nam pro iis peccatis offert sacrificium, quae an admissa sint dubitat, quaeque ad labia usque non processerunt. 246

(3) Forsitan ergo illud *conati sunt* occultam habet accusationem eorum, qui temere et absque dono evangelia scribere ausi sunt. Matthaeus enim non conatus est, sed Spiritu Sancto movente scripsit. Similiter et Marcus et Ioannes; nec aliter etiam Lucas. (4) Sed vero qui evangelium «Secundum Aegyptios» inscriptum, et qui alterum quod 247

εὐαγγέλιον οἱ συγγράψαντες «ἐπεχείρησαν». Φέρεται δὲ καὶ τὸ «Κατὰ Θωμᾶν» εὐαγγέλιον. (5) Ἤδη δὲ ἐτόλμησε καὶ Βασιλείδης γράψαι «Κατὰ Βασιλείδην» εὐαγγέλιον. (6) Πολλοὶ μὲν οὖν «ἐπεχείρησαν» καὶ ⟨τὸ⟩ «Κατὰ Μαθίαν» καὶ ἄλλα πλείονα· τὰ δὲ τέσσαρα μόνα προκρίνει ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Ed. *Erwin Preuschen*, Antilegomena ed. 2 (Giessen 1905, Töpelmann) 1. *Joh. Kirchhofer*, Quellen zur Geschichte des nt. Kanons (Zürich 1842, Meyer u. Zeller) 55.

## De confessione privata et confessione publica.

[In Psalmum 37 (inter 242—244) homilia 2, 6.]

248 *Quoniam iniquitatem meam pronuntio* [Ps 37, 19]. (1) Pronuntiationem iniquitatis, id est confessionem peccati, frequentius diximus. Vide ergo, quid edoceat nos Scriptura divina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. (2) Fortassis enim sicut ii, qui habent intus inclusam escam indigestam aut humoris vel phlegmatis stomacho graviter et moleste immanentis abundantiam, si vomuerint, relevantur: ita etiam hi, qui peccaverunt, si quidem occultant et retinent intra se peccatum, intrinsecus urgentur et propemodum suffocantur a phlegmate vel humore peccati; si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum et confitetur, simul evomit et delictum atque omnem morbi digerit causam. (3) Tantummodo circumspice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante [cf. 2 Cor 11, 29], flere cum flente [cf. Rom 12, 15], qui condolendi et compatiendi noverit disciplinam: ut ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius et eruditum medicum ostenderit et misericordem, si quid consilii dederit, facias et sequaris, si intellexerit et praeviderit talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiae exponi debeat et curari, ex quo fortassis et

---

«Iuxta duodecim» evangelium dicitur, conscripserunt, hi *conati sunt*. Circumfertur etiam «Secundum Thomam» evangelium. (5) Quin et Basilides scribere ausus est evangelium «Secundum Basilidem». (6) Plurimi igitur *conati sunt* etiam «Secundum Mathiam» et alia plura evangelia scribere, sed sola quattuor Evangelia ceteris anteponit Ecclesia Dei.

ceteri aedificari poterunt et tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione et satis perito medici illius consilio procurandum est.

MG 12, 1386.

## De baptismo parvulorum.

[In Ep. ad Romanos (post 244) 5, 9 sub finem.]

(1) Numquid nuper editus parvulus peccare iam potuit? 249
Et tamen habet peccatum pro quo hostia iubetur offerri a quo mundus negatur quis esse, nec si unius diei fuerit vita eius. (2) De hoc ergo etiam David dixisse credendus est illud quod supra memoravimus, quia *in peccatis concepit me mater mea* [Ps 50, 7]. Secundum historiam enim nullum matris eius declaratur peccatum. (3) Pro hoc et Ecclesia ab apostolis traditionem suscepit etiam parvulis baptismum dare. Sciebant enim illi, quibus mysteriorum secreta commissa sunt divinorum, quod essent in omnibus genuinae sordes peccati, quae per aquam et Spiritum ablui deberent. (4) Propter quas etiam corpus ipsum corpus peccati nominatur, non (ut putant aliqui eorum qui animarum transmigrationem in varia corpora introducunt) pro his quae in alio corpore posita anima deliquerit, sed pro hoc ipso quod in corpore peccati et corpore mortis atque humilitatis effecta sit; et sicut ille dixit quia *humiliasti in pulvere animam nostram* [Ps 43, 25].

MG 14, 1047.

## De septem remissionibus peccatorum.

[In Leviticum (post 244) homilia 2, 4.]

(1) Audi nunc, quantae sint remissiones peccatorum 250*
in Evangeliis. Est ista prima, qua baptizamur in remissionem peccatorum. (2) Secunda remissio est in passione martyrii. (3) Tertia est, quae pro eleemosyna datur. Dicit enim Salvator: *Verumtamen date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* [Lc 11, 41]. (4) Quarta nobis fit remissio peccatorum per hoc, quod et nos remittimus peccata fratribus nostris. Sic enim dicit ipse Dominus et Salvator noster, quia, *si remiseritis fratribus vestris ex corde peccata ipsorum, et vobis remittet Pater vester peccata vestra. Quodsi non remiseritis fratribus vestris ex corde, nec vobis remittet Pater vester*

[Mt 6, 14 sq]; et sicut in oratione nos dicere docuit: *Remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris* [Mt 6, 12]. (5) Quinta peccatorum remissio est, cum converterit quis peccatorem ab errore viae suae. Ita enim dicit Scriptura divina, quia *qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvat animam eius a morte et cooperit multitudinem peccatorum* [Iac 5, 20]. (6) Sexta quoque fit remissio per abundantiam caritatis, sicut et ipse Dominus dixit: *Amen dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* [Lc 7, 47]. Et Apostolus dicit: *Quoniam caritas cooperit multitudinem peccatorum* [1 Petr 4, 8].

251 (7) Est adhuc et septima, licet dura et laboriosa, per paenitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrimis stratum suum, et fiunt ei *lacrimae* suae *panes die ac nocte* (Ps 41, 4), et cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum et quaerere medicinam secundum eum, qui ait: *Dixi: Pronuntiabo adversum me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei* [Ps 31, 5].

MG 12, 417 sqq.

## De catechumenatu.

[Contra Celsum (248) 3, 51, 1—4.]

252 (1) Εἰ δ' ἐκεῖνοι οὐκ ἔγκλητοι τοῦτο πράττοντες, ἴδωμεν, εἰ μὴ Χριστιανοὶ μᾶλλον καὶ τούτων βέλτιον πλήθη ἐπὶ καλοκἀγαθίαν προκαλοῦνται. (2) Οἱ μὲν γὰρ δημοσίᾳ διαλεγόμενοι φιλόσοφοι οὐ φιλοκρινοῦσι τοὺς ἀκούοντας, ἀλλ' ὁ βουλόμενος ἕστηκε καὶ ἀκούει. (3) Χριστιανοὶ δέ, κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτοῖς, προβασανίσαντες τῶν ἀκούειν σφῶν βουλομένων τὰς ψυχὰς καὶ κατ' ἰδίαν αὐτοῖς προεπᾴσαντες, ἐπὰν δοκῶσιν αὐτάρκως οἱ ἀκροαταὶ πρὶν εἰς

---

253 (1) At si minime culpandi sunt illi, qui id faciunt [1], videamus, an non magis et illis melius homines ad honestatem provocent Christiani. (2) Illi enim publice verba facientes philosophi non seligunt auditores, sed adstat, quisquis vult et audit. (3) Christiani vero ante omnia pertentant, quoad licet, animas eorum, qui ipsos audire cupiunt, et privatim illas informant; atque cum auditores illi, antequam in coetum ad-

[1] scil. erudire rudes homines.

τὸ κοινὸν εἰσελθεῖν ἐπιδεδωκέναι πρὸς τὸ θέλειν καλῶς βιοῦν, τὸ τηνικάδε αὐτοὺς εἰσάγουσιν, ἰδίᾳ μὲν ποιήσαντες τάγμα τῶν ἄρτι ἀρχομένων καὶ εἰσαγομένων καὶ οὐδέπω τὸ σύμβολον τοῦ ἀποκεκαθάρθαι ἀνειληφότων· ἕτερον δὲ τὸ τῶν κατὰ τὸ δυνατὸν παραστησάντων ἑαυτῶν τὴν προαίρεσιν, οὐκ ἄλλο τι βούλεσθαι ἢ τὰ Χριστιανοῖς δοκοῦντα. (4) Παρ' οἷς εἰσί τινες τεταγμένοι πρὸς τὸ φιλοπευστεῖν τοὺς βίους καὶ τὰς ἀγωγὰς τῶν προσιόντων, ἵνα τοὺς μὲν τὰ ἐπίρρητα πράττοντας ἀποκωλύσωσιν ἥκειν ἐπὶ τὸν κοινὸν αὐτῶν σύλλογον, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ὅλῃ ψυχῇ ἀποδεχόμενοι βελτίους ὁσημέραι κατασκευάζωσιν.

MG 11, 987 sq CB Orig. 1 (ed. *P. Koetschau*), 247.

### De recipiendis illis, qui libidine vel alio crimine deiecti erant.

[Ib. 3, 51, 5—7.]

(5) Οἷα δ' ἐστὶν αὐτοῖς ἀγωγὴ καὶ περὶ ἁμαρτανόντων 253
καὶ μάλιστα τῶν ἀκολασταινόντων, οὓς ἀπελαύνουσι τοῦ κοινοῦ οἱ κατὰ τὸν Κέλσον παραπλήσιοι τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς τὰ ἐπιρρητότατα ἐπιδεικνυμένοις. (6) Καὶ τὸ μὲν τῶν Πυθαγορείων σεμνὸν διδασκαλεῖον κενοτάφια τῶν ἀποστάντων τῆς σφῶν φιλοσοφίας κατεσκεύαζε, λογιζόμενον νεκροὺς αὐτοὺς γεγονέναι. (7) Οὗτοι δὲ ὡς ἀπολωλότας καὶ τεθνηκότας τῷ Θεῷ τοὺς ὑπ' ἀσελγείας ἤ τινος ἀτόπου νενικημένους ὡς νεκροὺς πενθοῦσι· καὶ ὡς ἐκ νεκρῶν ἀνα-

---

mittantur, satis in voluntate honeste vivendi profecisse videntur, tunc tandem illos recipiunt distinctis ordinibus, altero eorum, qui recens inceperunt nuperque admissi sunt necdum symbolum purificationis acceperunt, altero eorum, qui pro viribus se comprobarunt id habere propositum, ut nihil velint, nisi quae Christianis placeant. (4) Hos inter quidam constituti sunt, qui in vitam et mores eorum, qui admittuntur, inquirant, ut scelerum reis interdicant aditu in suum commune concilium, illorum autem dissimiles ex animo amplexi meliores in singulos dies efficiant.

(5) Ea igitur est iis agendi ratio in eos, qui peccant, et 253
maxime in eos, qui libidini se dedunt: hos a suo coetu prohibent ii quos ait Celsus esse similes iis qui in foro pravissima quaeque spectanda proponunt. (6) Ac Pythagoreorum quidem veneranda schola mortuos reputans suae doctrinae desertores illis construebat cenotaphia. (7) Similiter Christiani ut perditos et Deo mortuos lugent eos, qui libidine aut quovis alio crimine devicti sunt, eosdem vero quasi e mortuis excitatos ducunt,

στάντας, ἐὰν ἀξιόλογον ἐνδείξωνται μεταβολήν, χρόνῳ πλείονι τῶν κατ' ἀρχὰς εἰσαγομένων ὕστερόν ποτε προσίενται· εἰς οὐδεμίαν ἀρχὴν καὶ προστασίαν τῆς λεγομένης Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταλέγοντες τοὺς φθάσαντας, μετὰ τὸ προσεληλυθέναι τῷ λόγῳ ἐπταικέναι.

MG 11, 987 sq. CB Orig. 1, 247 sq.

## CORNELIUS EP. ROMANUS 251—253.

### De Novatiano schismatico et de numero cleri Romani.

[Ex epist. ad Fabium ep. Antiochen. (apud *Eus.*, Hist. eccl. 6, 43, 7—15.]

254 (7) «Ἀμήχανον ὅσην, ἀγαπητὲ ἄδελφε, τροπὴν καὶ μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ ἐθεασάμεθα ἐπ' αὐτοῦ γεγενημένην. Ὁ γάρ τοι λαμπρότατος καὶ δι' ὅρκων φοβερῶν τινων πιστούμενος τὸ μηδ' ὅλως ἐπισκοπῆς ὀρέγεσθαι, αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφεὶς ἀναφαίνεται. (8) Οὗτος γάρ τοι ὁ δογματιστής, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστῆς, ὁπηνίκα παρασπᾶσθαί τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνούς, ἀπεγνωκότας τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, ἐπελέξατο, ὡς ἂν εἰς βραχύ τι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ κἀκεῖθεν ἐπισκόπους τρεῖς, ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἁπλουστάτους, πλαστῇ τινι ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ, διαβεβαιούμενος καὶ διισχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν

---

si eam morum mutationem fecerint, cuius ratio haberi debeat: tardius tamen admittuntur, quam qui primo recipiuntur; et quia post professam religionem lapsi sunt, ab omni posthac dignitate et praefectura in Ecclesia Dei arceantur.

254 (7) «Mirabilem quandam, frater carissime, conversionem in eo mutationemque brevi temporis articulo factam conspeximus. Nam egregius ille vir, qui tremendis quibusdam sacramentis affirmaverat se episcopatum non concupiscere, repente tamquam ex machina quadam in medium proiectus, episcopus apparuit. (8) Et is qui se doctorem et ecclesiasticae disciplinae propugnatorem ferebat, cum episcopatum sibi a Deo minime concessum rapere ac vindicare conaretur, duos desperatae salutis homines sibi socios adiunxit, ut eos in exiguam ac vilissimam Italiae partem mitteret, atque illinc accitos tres episcopos, homines plane rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet, constantissime affirmans ipsos quamprimum Romam proficisci oportere, ut omnis

πᾶσα ἥτις δήποτε οὖν διχοστασία γεγονυῖα σὺν καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων διαλυθῇ· (9) οὓς παραγενομένους, ἅτε δή, ὡς ἔφθημεν λέγοντες, ἀνθρώπους ἁπλουστέρους περὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανάς τε καὶ ῥᾳδιουργίας, συγκλεισθέντας ὑπό τινων ὁμοίων αὐτῷ τεταραγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ, μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας, μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινι καὶ ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι, ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ, ἐκδικεῖ· (10) ἐξ ὧν εἷς μετ' οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτοῦ ἁμάρτημα, ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ· καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἦσαν, χειροτονήσαντες ἀπεστάλκαμεν.

(11) Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ Εὐαγγελίου οὐκ ἠπίστατο ἕνα 255 ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ, διακόνους ἑπτά, ὑποδιακόνους ἑπτά, ἀκολούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πεντήκοντα, χήρας σὺν θλιβομένοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας, οὓς πάντας ἡ τοῦ Δεσπότου χάρις καὶ φιλαν-

---

undecumque orta discordia ipsorum una cum aliis episcopis interventu atque arbitrio sedaretur. (9) Qui cum advenissent, homines, ut iam diximus, simplicioris ingenii nec in his perditorum hominum artibus ac fallaciis satis triti: eos ille a quibusdam sui similibus atque turbatis hominibus inclusos, hora decima, temulentos et crapula oppressos, adumbrata quadam et inani manuum impositione episcopatum sibi tradere per vim coegit: eumque nullo sibi iure competentem per fraudem atque insidias vindicat. (10) Nec multo post unus ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, delictum suum cum lamentis ac fletibus confitens. Quem nos, cum universus populus pro illo intercessisset, ad communionem laicam suscepimus. Reliquis etiam duobus episcopis successores ordinavimus, eosque in loca illorum direximus.

(11) Ergo ille Evangelii vindex ignorabat unum episcopum 255 esse oportere in Ecclesia catholica. In qua tamen sciebat, quomodo enim illud nescire potuisset? presbyteros quidem esse sex et quadraginta; septem autem diaconos totidemque subdiaconos: acoluthos duos et quadraginta: exorcistas et lectores cum ostiariis quinquaginta duos: viduas denique cum infirmis et egentibus plus quam mille et quingentas. Quibus universis gratia et benignitas Dei alimenta suppeditat. (12) Et

θρωπία διατρέφει· (12) ὃν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πληθύων ἀριθμὸς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέτρεψέν τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν Ἐκκλησίαν.»

256 (13) Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα τούτοις προστίθησιν ταῦτα· «Φέρε δή, ἑξῆς εἴπωμεν τίσιν ἔργοις ἢ τίσιν πολιτείαις τεθαρρηκὼς ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς. Ἆρά γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφθαι καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἠγωνίσθαι καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; (14) Ἀλλ' οὐκ ἔστιν· ᾧ γε ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν· ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ, οὗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν, εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. (15) Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχεν διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα, τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου· τούτων δὲ μὴ τυχών, πῶς ἂν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἔτυχεν;»

CB Eus. 2 (ed. *Ed. Schwartz*), **616** sqq. MG **20**, **617** sqq.

256 a *Professionem Cornelii de Primatu Romani Pontificis v. D 44.*

---

tamen tanta tamque necessaria in Ecclesia multitudo, coetus ille divinae Providentiae copiis opulentus et numerosus, cum immenso ac paene innumerabili populo, ab huiusmodi desperatione et audacia illum deterrere et ad Ecclesiam revocare non potuit.»

256 (13) Paucis deinde interiectis haec addit: «Age dum, inquit, exponamus deinceps, quibus operibus et cuiusmodi conversatione confisus, ad episcopalem locum aspiraverit. An ideo fortasse quod ab initio in Ecclesia versatus est, et multa pro eius defensione certamina subivit, multisque et gravissimis periculis religionis causa conflictatus est? (14) Minime id quidem. Quippe cui causam atque initium credendi praebuit satanas in ipsum ingressus, atque in ipso aliquamdiu commoratus. Cumque ab exorcistis foveretur, in morbum gravissimum collapsus, dum iamiamque moriturus creditur, in ipso in quo iacebat lectulo perfusus, baptismum suscepit, si tamen huiuscemodi baptismum suscepisse dicendus est. (15) Sed neque postquam liberatus est morbo, reliqua percepit quae iuxta ecclesiasticam regulam percipi debent, neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum Sanctum potuit accipere?»

## CAECILIUS CYPRIANUS QUI ET THASCIUS[1] (n. c. 200) EP. CARTHAGINIENSIS 249—258.

### De depravatione morum Christianorum ante Decium.

[De lapsis (scriptus 251) 5—6.]

5. (1) Habenda tamen est, fratres dilectissimi, ratio 257
veritatis nec sic mentem debet et sensum persecutionis infestae tenebrosa caligo caecasse, ut nihil remanserit luminis et lucis, unde divina praecepta perspici possint. (2) Si cladis causa cognoscitur, et medela vulneris invenitur. (3) Dominus probari familiam suam voluit et, quia traditam nobis divinitus disciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem et paene dixerim dormientem censura caelestis erexit, cumque nos peccatis nostris amplius mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est, ut hoc omne quod gestum est exploratio potius quam persecutio videretur.

6. (1) Studebant augendo patrimonio singuli et ob- 258
liti quid credentes aut sub apostolis ante fecissent aut semper facere deberent insatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. (2) Non in sacerdotibus religio devota, non in ministeriis fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina. (3) Corrupta barba in viris, in feminis forma fucata: adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati. (4) Ad decipienda corda simplicium callidae fraudes, circumveniendis fratribus subdolae voluntates. (5) Iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, prostituere gentilibus membra Christi. (6) Non iurare tantum temere sed adhuc et peierare, praepositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, odiis pertinacibus invicem dissidere. (7) Episcopi plurimi, quos et hortamento esse oportet ceteris et exemplo, divina procuratione contempta procuratores regum saecularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta per alienas provincias oberrantes negotiationis quaestuosae nundinas aucupari, esurientibus in Ecclesia fratribus habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus faenus augere. (8) Quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi

---

[1] Ita Cyprianus se ipse vocat initio epistulae 66 (M 69) ad Florentium (qui et Puppianus).

mereremur, cum iam pridem praemonuerit ac dixerit censura divina: *Si dereliquerint legem meam et in iudiciis meis non ambulaverint, si iustificationes meas profanaverint et praecepta mea non observaverint, visitabo in virga facinora eorum et in flagellis delicta eorum* [Ps 88, 31 sqq].

CV 3 (ed. *Guil. Hartel*) a, 240 sq. ML 4, 468 sqq.

### De lapsis in persecutione Deciana.

[Ib. 7—9.]

259 7. (1) Praenuntiata sunt ista nobis et ante praedicta; sed nos datae legis et observationis immemores id egimus per nostra peccata, ut, dum Domini mandata contemnimus, ad correptionem delicti et probationem fidei remediis severioribus veniremus, nec saltem vel sero conversi ad Domini timorem sumus, ut hanc correptionem nostram probationemque divinam patienter et fortiter subiremus. (2) Ad prima statim verba minantis inimici maximus fratrum numerus fidem suam prodidit nec prostratus est persecutionis impetu sed voluntario lapsu se ipse prostravit. (3) Quid oro inauditum, quid novum venerat, ut velut incognitis atque inopinatis rebus ex ortis Christi sacramentum temeritate praecipiti solveretur? (4) Nonne haec et prophetae ante et apostoli postmodum nuntiaverunt? Nonne iustorum pressuras et gentilium semper iniurias pleni Sancto Spiritu praedicaverunt? (5) Nonne fidem nostram semper armans et Dei servos caelesti voce corroborans dicit Scriptura divina: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies* [Dt 6, 13]? (6) Nonne iram divinae indignationis ostendens et poenae metum praemonens denuo dicit: *Adoraverunt eos quos fecerunt digiti eorum, et curvatus est homo et humiliatus est vir et non laxabo illis* [Is 2, 8 sq], et iterum Deus loquitur dicens: *Sacrificans diis eradicabitur nisi Domino soli* [Ex 22, 20]? (7) In Evangelio quoque postmodum Dominus in verbis doctor et consummator in factis docens quid fieret et faciens quodcumque docuisset, quidquid nunc geritur et geretur non ante praemonuit? Nonne et negantibus aeterna supplicia et salutaria confitentibus praemia ante constituit?

260 8. (1) Exciderunt quibusdam pro nefas omnia et de memoria recesserunt. (2) Non exspectaverunt saltem ut ascenderent apprehensi, ut interrogati negarent. Ante

aciem multi victi, sine congressione prostrati nec hoc sibi reliquerunt ut sacrificare idolis viderentur inviti. Ultro ad forum currere, ad mortem sponte properare, quasi hoc olim cuperent, quasi amplecterentur occasionem datam quam libenter optassent. Quot illic a magistratibus vespera urgente dilati sunt, quot ne eorum differretur interitus et rogaverunt! (3) Quam vim potest talis obtendere, qua crimen suum purget, cum vim magis ipse fecerit ut periret? (4) Nonne quando ad Capitolium sponte ventum est, quando ultro ad obsequium diri facinoris accessum est, labavit gressus, caligavit aspectus, tremuerunt viscera, membra conciderunt? Non sensus obstipuit, lingua haesit, sermo defecit? (5) Stare illic potuit Dei servus et loqui et renuntiare Christo, qui iam diabolo renuntiaverat et saeculo? (6) Non ara illa, quo moriturus accesserat, rogus illi fuit? Non diaboli altare quod faetore taetro fumare ac redolere conspexerat velut funus et bustum vitae suae horrere ac fugere debebat? (7) Quid hostiam tecum miser, quid victimam supplicaturus importas? Ipse ad aras hostia, victima ipse venisti, immolasti illic salutem tuam, spem tuam, fidem tuam funestis illic ignibus concremasti.

9. (1) Ac multis proprius interitus satis non fuit: 261
hortamentis mutuis in exitium populus impulsus est, mors invicem letali poculo propinata est. (2) Ac ne quid deesset ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impositi vel attracti amiserunt parvuli quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. (3) Nonne illi, cum iudicii dies venerit, dicent: «Nos nihil fecimus nec derelicto cibo et poculo Domini ad profana contagia sponte properavimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas: illi nobis Ecclesiam matrem, illi Patrem Deum negaverunt, ut, dum parvi et improvidi et tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminum iungimur, aliena fraude caperemur»?

CV 3 a, 241 sqq. ML 4, 471 sqq.

### De paenitentia (exomologesi) etiam pro minoribus delictis agenda.

[Ib. 28—30.]

28. (1) Denique quanto et fide maiore et timore me- 262
liore sunt qui, quamvis nullo sacrificii aut libelli facinore

constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter et simpliciter confitentes exomologesim conscientiae faciant, animi sui pondus exponant, salutarem medelam parvis licet et modicis vulneribus exquirant scientes scriptum esse: *Deus non deridetur* [Gal 6, 7]. (2) Derideri et circumveniri Deus non potest nec astutia aliqua fallente deludi. Plus immo delinquit qui secundum hominem Deum cogitans evadere se poenam criminis credit, si non palam crimen admisit. (3) Christus in praeceptis suis dicit: *Qui confusus me fuerit, confundet eum Filius hominis* [Mc 8, 38]: et Christianum se putat qui Christianus esse aut confunditur aut veretur? Quomodo potest esse cum Christo qui ad Christum pertinere aut erubescit aut metuit? (4) Minus plane peccaverit non videndo idola nec sub oculis circumstantis atque insultantis populi sanctitatem fidei profanando, non polluendo manus suas funestis sacrificiis nec sceleratis cibis ora maculando. (5) Hoc eo proficit ut sit minor culpa, non ut innocens conscientia. Facilius potest ad veniam criminis pervenire, non est tamen immunis a crimine: nec cesset in agenda paenitentia atque in Domini misericordia deprecanda, ne quod minus esse in qualitate delicti videtur, in neglecta satisfactione cumuletur.

263 29. (1) Confiteantur singuli, quaeso vos, fratres, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in saeculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio et remissio [facta] per sacerdotes apud Dominum grata est. (2) Convertamur ad Dominum mente tota et paenitentiam criminis veris doloribus exprimentes Dei misericordiam deprecemur. Illi se anima prosternat, illi maestitia satisfaciat, illi spes omnis incumbat. (3) Rogare qualiter debeamus dicit ipse: *Revertimini*, inquit, *ad me ex toto corde vestro simulque et ieiunio et fletu et planctu, et discindite corda vestra et non vestimenta vestra* [Ioel 2, 12 sq]. Ad Dominum toto corde redeamus, iram et offensam eius ieiuniis, fletibus, planctibus, sicut monet ipse, placemus.

264 30. (1) Lamentari eum putamus ex toto corde, ieiuniis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, qui ex primo criminis die lavacra cotidie celebrat, qui epulis affluentibus pastus et sagina largiore distentus cruditates suas

postridie ructat, nec cibos et potus suos cum pauperum necessitate communicat? (2) Qui hilaris ac laetus procedit quomodo mortem suam deflet, cumque scriptum sit: *Non corrumpetis effigiem barbae vestrae* [Lv 19, 27], barbam vellit et faciem suam comit? et placere nunc cuiquam studet qui Deo displicet? (3) An illa ingemiscit et plangit cui vacat cultum pretiosae vestis induere nec indumentum Christi quod perdidit cogitare, accipere pretiosa ornamenta et monilia laborata, nec divini et caelestis ornatus damna deflere? Tu licet indumenta peregrina et vestes sericas induas, nuda es: auro te licet et margaritis gemmisque condecores, sine Christi decore deformis es. (4) Et quae capillos tuos inficis, vel nunc in doloribus desine, et quae nigri pulveris ductu oculorum lineamenta depingis, vel nunc lacrimis oculos tuos ablue. (5) Si quem de tuis carum mortalitatis exitu perdidisses, ingemisceres dolenter et fleres, facie inculta, veste mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto indicia maeroris ostenderes. Animam tuam, misera, perdidisti, spiritaliter mortua supervivere hic tibi et ipsa ambulans funus tuum portare coepisti; et non acriter plangis, non iugiter ingemiscis, non te vel pudore criminis vel continuatione lamentationis abscondis? (6) Ecce peiora adhuc peccandi vulnera, ecce maiora delicta peccasse nec satisfacere, deliquisse nec delicta deflere.

CV 3 a, 257 sqq. ML 4, 488 sqq.

### De fructibus verae paenitentiae.

[Ib. 36.]

(1) Si precem toto corde quis faciat, si veris paeni- 265
tentiae lamentis et lacrimis ingemiscat, si ad veniam delicti sui Dominum iustis et continuis operibus inflectat, misereri talium potest qui et misericordiam suam protulit dicens: *Cum conversus fueris et gemueris, tunc salvaberis et scies ubi fueris* [Is 30, 15], et iterum: *Nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantum ut revertatur et vivat* [Ez 33, 11]. Et Ioel propheta pietatem Domini Domino ipso monente declarat: *Revertimini*, inquit, *ad Dominum Deum vestrum, quoniam misericors et pius est et patiens et multae miserationis et qui sententiam flectat adversus malitiam irrogatam* [Ioel 2, 13]. (2) Potest ille indulgentiam dare, sententiam suam potest ille deflectere.

Paenitenti, operanti, roganti potest clementer ignoscere, potest in acceptum referre, quidquid pro talibus et petierint martyres et fecerint sacerdotes. (3) Vel si quis eum plus suis satisfactionibus moverit, si eius iram, si indignationis offensam iusta deprecatione placaverit, dat ille et arma rursum quibus victus armetur, reparat et corroborat vires, quibus fides instaurata vegetetur. (4) Repetet certamen suum miles, iterabit aciem, provocabit hostem et quidem factus ad proelium fortior per dolorem. (5) Qui sic Deo satisfecerit, qui paenitentia facti sui, qui pudore delicti plus et virtutis et fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus et adiutus a Domino, quam contristaverat nuper laetam faciet Ecclesiam nec solam iam Dei veniam merebitur sed coronam.

CV 3a, 263 sq. ML 4, 493 sq.

## De unitate Ecclesiae in Primatu Petri fundata.

[De catholicae Ecclesiae unitate (251) 3, 4; 4—5.]

*266 3. (4) Hoc eo fit, fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur nec caput quaeritur nec magisterii caelestis doctrina servatur.

4. (1) Quae si quis consideret et examinet, tractatu longo atque argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. (2) Loquitur Dominus ad Petrum: *Ego tibi dico,* inquit, *quia tu es Petrus, et super istam petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferorum non vincent eam. Dabo tibi claves regni caelorum: et quae ligaveris super terram, erunt ligata et in caelis, et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis* [Mt 16, 18 sq][1]. (3) Super unum aedificat Ecclesiam. Et quamvis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat[2] et dicat: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum: si cuius remiseritis peccata, remittentur illi: si cuius tenueritis, tenebuntur* [Io 20, 21 sqq], tamen

---

[1] In *antiquis codicibus* hic pergitur: «Et eidem post resurrectionem suam dicit: *Pasce oves meas* [Io 21, 17]. Super illum aedificat Ecclesiam, et illi pascendas oves mandat. Et quamvis» etc. — Cf. *J. Chapman,* Les interpolations dans le traité de S. Cyprien sur l'unité de l'église: Revue Benédictine 19 (1902) 246 s 356 ss; 20 (1903) 26 ss. — *D. van den Eynde,* Revue d'hist. ecclés. 1933. 5 ss. *Perler,* Röm. Quartalschr. 44, 1936, 1 ss.

ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. (4) Hoc erant utique et ceteri apostoli quod fuit Petrus, pari consortio praediti et nonoris et potestatis, sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia Christi una monstretur. (5) Quam unam Ecclesiam etiam in Cantico canticorum Spiritus Sanctus ex persona Domini designat et dicit: *Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genetrici suae* [Ct 6, 8]. (6) Hanc Ecclesiae unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiae renititur et resistit, in Ecclesia se esse confidit? (7) Quando et beatus apostolus Paulus hoc idem doceat et sacramentum unitatis ostendat dicens: *Unum corpus et unus spiritus, una spes vocationis vestrae, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus* [Eph 4, 4 sqq].

5. (1) Quam unitatem tenere firmiter et vindicare debe 266[1]
mus, maxime episcopi, qui in Ecclesia praesidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidem veritatis perfida praevaricatione corrumpat. (2) Episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur. (3) Ecclesia una est, quae in multitudinem latius incremento foecunditatis extenditur, quomodo solis multi radii sed lumen unum, et rami arboris multi sed robur unum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiae largitate, unitas tamen servatur in origine. (4) Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit; a fonte praecide rivum, praecisus arescit. (5) Sic et Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluens

---

[1] *Antiqui codices* pergunt (sec. Perler): «unam tamen cathedram constituit et unitatis originem atque rationem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique ceteri quod fuit Petrus, sed primatus Petro datur et una Ecclesia et cathedra una monstratur. Et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis unanimi consensione pascatur. Hanc Ecclesiae unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui cathedram Petri, super quem fundata Ecclesia est, deserit, in Ecclesia esse confidit? Quam unam» etc.

largiter rivos latius pandit: unum tamen caput est et origo una et una mater foecunditatis successibus copiosa. Illius foetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur.

CV 3 a, 212 sqq. ML 4, 498 sqq.

### Contra abusum libellorum martyrum et de reconciliatione episcopo reservata.

[Epistula 15 [1] (M 10, scripta 250).]

267 *Cyprianus martyribus et confessoribus carissimis fratribus S.* 1. (1) Sollicitudo loci nostri et timor Dei compellit, fortissimi ac beatissimi martyres, admonere vos litteris nostris, ut a quibus tam devote et fortiter servatur fides Domini ab iisdem lex quoque et disciplina Domini reservetur. Nam cum omnes milites Christi custodire oporteat praecepta imperatoris sui, tunc vos magis praeceptis eius obtemperare plus convenit, qui exemplum ceteris facti estis et virtutis et timoris Dei. (2) Et credideram quidem presbyteros et diaconos qui illic praesentes sunt monere vos et instruere plenissime circa Evangelii legem, sicut in praeteritis semper sub antecessoribus nostris factum est, ut diaconi ad carcerem commeantes martyrum desideria consiliis suis et scripturarum praeceptis gubernarent. (3) Sed nunc cum maximo animi dolore cognosco non tantum illic non suggeri divina praecepta, sed adhuc potius impediri, ut ea quae a vobis ipsis et circa Deum caute et circa sacerdotem Dei honorifice fiunt a quibusdam presbyteris resolvantur, qui nec timorem Dei nec episcopi honorem cogitantes, cum vos ad me litteras direxeritis, quibus examinari desideria vestra et quibusdam lapsis pacem dari postulastis, cum persecutione finita convenire in unum cum clero et recolligi coeperimus, illic contra Evangelii legem, contra vestram quoque honorificam petitionem, ante actam paenitentiam, ante exomologesim gravissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab episcopo et clero in paenitentiam impositam, offerre pro illis et eucharistiam [dare] id est sanctum Domini corpus profanare audeant, cum scriptum sit: *Qui ederit panem aut*

---

[1] Numerantur epistulae secundum editionem Vindobonensem. Uncis inclusi numeri editionis Migne adduntur.

*biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et san-
guinis Domini* [1 Cor 11, 27].
2. (1) Et lapsis quidem potest in hoc venia concedi. 268
Quis non mortuus vivificari properet? Quis non ad sa-
lutem suam venire festinet? (2) Sed praepositorum est
praeceptum tenere et vel properantes vel ignorantes in-
struere, ne qui ovium pastores esse debent lanii fiant.
Ea enim concedere, quae in perniciem vertant, decipere
est: nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam magis
impellitur ad ruinam. (3) Vel ex vobis itaque discant,
quando docere debuerant. Petitiones et desideria vestra
episcopo servent, ad pacem vobis petentibus dandam
maturum et pacatum tempus exspectent. Ante est ut
a Domino pacem mater prior sumat, tunc secundum
vestra desideria de filiorum pace tractetur.
3. (1) Et quoniam audio, fortissimi et carissimi fratres, 269
impudentia vos quorundam premi et verecundiam vestram
vim pati, oro vos quibus possum precibus, ut Evangelii
memores et considerantes quae et qualia in praeteritum
antecessores vestri martyres concesserint, quam solliciti
in omnibus fuerint, vos quoque sollicite et caute peten-
tium desideria ponderetis, utpote amici Domini et cum
illo postmodum iudicaturi inspiciatis et actum et opera
et merita singulorum, ipsorum quoque delictorum genera
et qualitates cogitetis, ne si quid abrupte et indigne vel
a vobis promissum vel a nobis factum fuerit, apud gen-
tiles quoque ipsos Ecclesia nostra erubescere incipiat.
(2) Visitamur enim et castigamur frequenter et ut Domini
mandata incorrupta et inviolata permaneant admonemur.
Quod quidem nec illic apud vos cessare cognosco quo-
minus plurimos quoque ex vobis instruat ad Ecclesiae
disciplinam divina censura. (3) Hoc autem totum potest
fieri, si ea quae a vobis petuntur religiosa contemplatione
moderemini, intellegentes et comprimentes eos qui per-
sonas accipientes in beneficiis vestris aut gratificantur aut
illicitae negotiationis nundinas aucupantur.
4. (1) De hoc et ad clerum et ad plebem litteras 270
feci, quas utrasque vobis legi mandavi. (2) Sed et illud
ad diligentiam vestram redigere et emendare debetis, ut
nominatim designetis eos quibus pacem dari desideratis.
(3) Audio enim quibusdam sic libellos fieri ut dicatur
«communicet ille cum suis», quod numquam omnino

a martyribus factum est, ut incerta et caeca petitio invidiam nobis postmodum cumulet. Late enim patet, quando dicitur «ille cum suis» et possunt nobis et viceni et triceni et amplius offerri qui propinqui et affines et liberti et domestici esse asseverentur eius qui accepit libellum. (4) Et ideo peto ut eos quos ipsi videtis, quos nostis, quorum paenitentiam satisfactioni proximam conspicitis, designetis nominatim libello et sic ad nos fidei ac disciplinae congruentes litteras dirigatis. (5) Opto vos, fortissimi ac dilectissimi fratres, in Domino semper bene valere et nostri meminisse. Valete.

CV 3 b, 513 sqq. ML 4, 253 sqq.

## De reconciliatione (exomologesi) per presbyteros vel per diaconos perficienda.

[Epistula 18 (M 12, scripta 250) 1.]

271 *Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus S.* (1) Miror vos, fratres carissimi, ad multas epistulas meas, quas ad vos frequenter misi, nihil rescripsisse, cum fraternitatis nostrae vel utilitas vel necessitas sic utique gubernetur, si a vobis instructi rerum gerendarum consilium limare possimus. (2) Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum esse et iam aestatem coepisse, quod tempus infirmitatibus assiduis et gravibus infestat, occurrendum puto fratribus nostris, ut qui libellos a martyribus acceperunt et praerogativa eorum apud Deum adiuvari possunt, si incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata praesentia nostra apud presbyterum quemcumque praesentem, vel si presbyter repertus non fuerit et urgere exitus coeperit, apud diaconum quoque exomologesim facere delicti sui possint, ut manu eis in paenitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres litteris ad nos factis desideraverunt.

CV 3 b, 523 sq. ML 4, 258 sq.

## Epistula pacis.

[Epistula 22 (M 21, scripta 250) 1—2]

272 *Lucianus Celerino Domino, si dignus fuero vocari collega, in Christo S.* 1. (1) Accepi litteras tuas, Domine frater dilectissime, in quibus me tantum gravasti, ut propter tuam gravationem tantum gaudium paene ex-

ciderit, ut litteras quas et ego optabam post tantum temporis legere, in quibus mei dignatus es memorare, beneficio tantae tuae humilitatis legere exsultavi, qui scribens mihi diceres, «si dignus fuero frater nominari tuus», hominis qui apud pusilliores nomen Dei cum timore confessus sum. (2) Nam tu Deo volente ipsum anguem maiorem, metatorem antichristi, non tantum confessus deterruisti vocibus illis et verbis deificis, quibus scio quasi amatores fidei et zelotypi disciplinae Christi, in qua te novi vivacitate versari et gaudeo, vicisti. (3) Nunc modo, carissime, iam inter martyres deputande, voluisti nos litteris tuis gravare, in quibus significasti de sororibus nostris, pro quibus utinam fieri posset, ut sine tanto scelere commisso memoriam faceremus. Non profecto tantis lacrymis incumberemus ut nunc.

2. (1) Scire debuisti quid circa nos actum sit. Cum 273
benedictus martyr Paulus adhuc in corpore esset, vocavit me et dixit mihi: «Luciane, coram Christo tibi dico ut, si quis post arcessitionem meam abs te pacem petierit, da in nomine meo. Sed et omnes, quos Dominus in tanta tribulatione arcessire dignatus est, universi litteras ex compacto universis pacem dimisimus.» (2) Vide ergo, frater, quoniam partim quod mihi Paulus praecepit quam universis quod censuimus, ex quibus iam cum ante hanc tribulationem, cum iussi sumus secundum praeceptum imperatoris fame et siti necari, et reclusi sumus in duabus cellis, ita ut non efficiebat fame et siti. Sed et ignis ab opere pressurae nostrae tam intolerabilis erat quem nemo portare posset. Sed nunc in ipsam claritatem sumus constituti. (3) Et ideo, frater carissime, saluta Numeriam et Candidam, quas secundum Pauli praeceptum et ceterorum martyrum, quorum nomina subicio, Bassi in petrario, Mappalici in quaestione, Fortunionis in carcere: Paulus a quaestione, Fortunata, Victorinus, Victor, Herennius, Credula, Hereda, Donatus, Firmus, Venustus, Fructus, Iulia, Martialis et Ariston, qui Deo volente in carcere fame necati sunt: quorum et nos socios futuros intra dies audietis. (4) Iam enim ut iterato reclusi sumus sunt dies octo in die quo tibi litteras scripsi. Nam et ante dies octo per dies quinque medios modicum panis accepimus et aquam ad mensuram. (5) Et ideo, frater, peto ut sicut hic, cum Dominus coeperit ipsi Ecclesiae

pacem dare, secundum praeceptum Pauli et nostrum tractatum exposita causa apud episcopum et facta exomologesi habeant pacem, non tantum hae, sed et quas scis ad animum nostrum pertinere. Sequuntur salutationes.

CV 3 b, 533 sqq. ML 4, 279 sqq.

### Epistula pacis abusiva.

[Epistula 23 (M 16, scripta 250—251)]

274 *Universi confessores Cypriano papati S.* Scias nos universos quibus ad te ratio constiterit quid post commissum egerint dedisse pacem, et hanc formam per te et aliis episcopis innotescere volumus. Optamus te cum sanctis martyribus pacem habere. Praesente de clero et exorcista et lectore Lucianus scripsit.

CV 3 b, 536. ML 4, 268 sq.

### De unitate Ecclesiae.

[Epistula 43 (M 40, «*Plebi universae*», scripta 251) 5]

275 (1) Clamat et dicit Deus: *Nolite audire sermones pseudoprophetarum, quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore Domini. Dicunt iis qui abiciunt verbum Domini: pax erit vobis* [Ir 26, 16 sq]. (2) Pacem nunc offerunt, qui ipsi non habent pacem, nec Ecclesiam lapsos reducere et revocare permittunt, qui de Ecclesia recesserunt. (3) Deus unus est et Christus unus et una Ecclesia et cathedra una super Petrum Domini voce fundata. (4) Aliud altare constitui aut sacerdotium novum fieri praeter unum altare et unum sacerdotium non potest. Quisque alibi collegerit, spargit. Adulterum est, impium est, sacrilegum est quodcumque humano furore instituitur ut dispositio divina violetur. (5) Procul ab huiusmodi hominum contagione discedite et sermones eorum velut cancer et pestem fugiendo vitate praemonente Domino et dicente: *Caeci sunt duces caecorum. Caecus autem caecum ducens simul in foveam cadent* [Mt 15, 14]. (6) Intercedunt precibus nostris, quas nobiscum diebus ac noctibus Deo funditis, ut eum iusta satisfactione placetis. Intercedunt lacrimis nostris, quibus commissi delicti crimen abluitis. Intercedunt paci, quam vere et fideliter de Domini misericordia postulatis, nesciunt scriptum esse: *Et propheta ille aut somnium somnians, ille qui locutus est, ut errare te faceret a Domino Deo*

*tuo* [Dt 13, 5]. (7) Nemo vos, fratres, errare a Domini viis faciat. Nemo vos Christianos ab Evangelio Christi rapiat, nemo filios Ecclesiae de Ecclesia tollat. (8) Pereant sibi soli qui perire voluerunt, extra Ecclesiam soli remaneant qui de Ecclesia recesserunt, soli cum episcopis non sint qui contra episcopos rebellarunt, coniurationis suae poenas soli subeant qui olim secundum vestra suffragia, nunc secundum Dei iudicia sententiam coniurationis et malignitatis suae subire meruerunt.

CV 3 b, 593 sq. ML 4, 336 sq.

### De electione episcopi rite facta. Laus Cornelii ep. Romani.

[Epistula 55 (M 52, Ad Antonianum ep., scripta 251 fin.) 8.]

(1) Venio iam nunc, frater carissime, ad personam 276
Corneli collegae nostri, ut Cornelium nobiscum verius noveris, non de malignorum et detrahentium mendacio, sed de Dei iudicio qui episcopum eum fecit et coepiscoporum testimonio quorum numerus universus per totum mundum concordi unanimitate consensit. (2) Nam quod Cornelium carissimum nostrum Deo et Christo et Ecclesiae eius, item consacerdotibus cunctis laudabili praedicatione commendat, non iste ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus et in divinis administrationibus Dominum saepe promeritus ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. (3) Tunc deinde episcopatum ipsum nec postulavit nec voluit, nec ut ceteri quos arrogantiae et superbiae suae tumor inflat invasit, sed quietus alias et modestus et quales esse consuerunt qui ad hunc locum divinitus eliguntur, pro pudore virginalis continentiae suae et pro humilitate ingenitae sibi et custoditae verecundiae non ut quidam vim fecit ut episcopus fieret, sed ipse vim passus est ut episcopatum coactus exciperet.

(4) Et factus est episcopus a plurimis collegis nostris 277
qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos litteras honorificas et laudabiles et testimonio suae praedicationis illustres de eius ordinatione miserunt. (5) Factus est autem Cornelius episcopus de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum paene omnium testimonio, de plebis quae tunc adfuit suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus

esset, cum Fabiani locus id est cum locus Petri et gradus cathedrae sacerdotalis vacaret.

278 (6) Quo occupato et de Dei voluntate atque omnium nostrum consensione firmato quisque iam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est nec habeat ecclesiasticam ordinationem qui Ecclesiae non tenet unitatem. (7) Quisque ille fuerit multum de se licet iactans et sibi plurimum vindicans profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisque post unum, qui solus esse debeat, factus est iam non secundus ille, sed nullus est.

CV 3b, 629 sq. ML 3, 768 sqq.

### Decii imperatoris dictum de episcopo Romano.

[Ib. 9, 1.]

279 Tunc deinde post episcopatum non exambitum nec extortum, sed de Dei, qui sacerdotes facit, voluntate sus ceptum, quanta in ipso suscepto episcopatu suo virtus, quantum robur animi, qualis firmitas fidei, quod nos simplici corde perspicere penitus et laudare debemus, sedisse [scil. Cornelium] intrepidum Romae in sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus [scil. Decius] infestus sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur, cum multo patientius et tolerabilius audiret levari adversus se aemulum principem quam constitui Romae Dei sacerdotem.

CV 3, 630. ML 3, 773 sq.

### De moechis alicubi non reconciliatis.

[Ib. 21.]

280 (1) Et quidem apud antecessores nostros quidam de episcopis istic in provincia nostra dandam pacem moechis non putaverunt et in totum paenitentiae locum contra adulteria cluserunt. (2) Non tamen a coepiscoporum suorum collegio recesserunt aut catholicae Ecclesiae unitatem vel duritiae vel censurae suae obstinatione ruperunt, ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat de Ecclesia separaretur. (3) Manente concordiae vinculo et perseverante catholicae Ecclesiae individuo sacramento, actum suum disponit et dirigit unusquisque episcopus rationem propositi sui Domino redditurus.

CV 3b, 638 sq. ML 3, 787.

## De reconciliatione post exomologesim minime neganda.

[Ib. 28—29.]

28. (1) Atque, o frustrandae fraternitatis irrisio, o miserorum lamentantium caduca deceptio, o haereticae institutionis inefficax et vana traditio, hortari ad satisfactionis paenitentiam et subtrahere de satisfactione medicinam, dicere fratribus nostris: «Plange et lacrimas funde et diebus ac noctibus ingemisce et pro abluendo et purgando delicto tuo largiter et frequenter operare, sed extra Ecclesiam post omnia ista morieris: quaecumque ad pacem pertinent facies, sed nullam pacem quam quaeris accipies»! (2) Quis non statim pereat, quis non ipsa desperatione deficiat, quis non animum suum a proposito lamentationis avertat? (3) Operari tu putas rusticum posse, si dixeris: «Agrum peritia omni rusticitatis exerce, culturis diligenter insiste, sed nullam messem metes [nullam vindemiam premes], nullos oliveti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes»? Vel si ei cui dominium et usum navium suadeas dicas: «Materiam de excellentibus silvis mercare, frater, carinam praevalidis et electis roboribus intexe, clavo, funibus, velis ut fabricetur atque armetur navis operare, sed cum haec feceris, fructum de actibus eius et cursibus non videbis»? 281

29. (1) Praecludere est atque abscidere iter doloris ac paenitendi viam, ut cum in Scripturis Dominus Deus revertentibus ad se et paenitentibus blandiatur, nostra duritia et crudelitate, dum fructus paenitentiae intercipitur, paenitentia ipsa tollatur. (2) Quodsi invenimus a paenitentia agenda neminem debere prohiberi et deprecantibus atque exorantibus Domini misericordiam secundum quod ille misericors et pius est per sacerdotes eius pacem posse concedi, admittendus est plangentium gemitus et paenitentiae fructus dolentibus non negandus. (3) Et quia apud inferos confessio non est nec exomologesis illic fieri potest, qui ex toto corde paenituerint et rogaverint, in Ecclesiam debent interim suscipi et in ipsa Domino reservari, qui ad Ecclesiam suam venturus de illis utique quos in ea intus invenerit iudicabit. (4) Apostatae vero et desertores vel adversarii et hostes et Christi Ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti secundum Apostolum possunt ad Ecclesiae 282

pacem, quando nec Spiritus nec Ecclesiae tenuerunt unitatem.

CV 3b, 646 sqq. ML 3, 793 sq.

## Exhortatio ad martyrium.

[Epistula 58 (M 56, scripta 253).]

283 *Cyprianus plebi Thibari consistenti S.* — 1. (1) Cogitaveram quidem, fratres dilectissimi, atque in votis habebam, si rerum ratio ac temporis conditio permitteret, secundum quod frequenter desiderastis, ipse ad vos venire, et quantulacumque mediocritate exhortationis nostrae praesens illic fraternitatem corroborare. (2) Sed quoniam sic rebus urgentibus detinemur ut longe istinc excurrere et diu a plebe cui de divina indulgentia praesumus abesse non detur facultas, has interim pro me ad vos vicarias litteras misi. Nam cum Domini instruentis dignatione instigemur saepius et admoneamur, ad vestram quoque conscientiam admonitionis nostrae sollicitudinem perferre debemus. (3) Scire enim debetis et pro certo credere ac tenere pressurae diem super caput esse coepisse et occasum saeculi atque antichristi tempus appropinquasse, ut parati omnes ad proelium stemus nec quicquam nisi gloriam vitae aeternae et coronam confessionis dominicae cogitemus, nec putemus talia esse quae veniunt qualia fuerunt illa quae transierunt. (4) Gravior nunc et ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta et virtute robusta parare se debeant milites Christi, considerantes idcirco se cotidie calicem sanguinis Christi bibere ut possint et ipsi propter Christum sanguinem fundere. (5) Hoc est enim velle cum Christo inveniri, id quod Christus et docuit et fecit imitari secundum Ioannem apostolum dicentem: *Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulavit et ipse ambulare* [1 Io 2, 6]. Item Paulus apostolus exhortatur et docet dicens: *Sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes Dei, coheredes autem Christi, siquidem compatiamur, ut et conmagnificemur* [Rom 8, 16 sq].

284 2. (1) Quae nunc omnia consideranda sunt nobis, ut nemo quidquam de saeculo iam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui et vivit in aeternum et vivificat servos suos in fide sui nominis constitutos. (2) Venit enim tempus, fratres dilectissimi, quod iam pridem Dominus noster praenuntiavit et docuit advenire dicens: *Veniet hora, ut omnis qui vos occiderit putet se officium Dei facere. Sed hoc facient, quoniam non cognoverunt Patrem neque me. Haec autem locutus sum vobis ut, cum venerit hora eorum, memores sitis quia ego dixi vobis* [Io 16, 2 sqq]. (3) Nec quisquam miretur persecutionibus nos assiduis fatigari et pressuris augentibus frequenter urgeri, quando haec futura in novissimis temporibus Dominus

ante praedixerit et militiam nostram magisterio et hortamento sui sermonis instruxerit, Petrus quoque apostolus eius docuerit ideo persecutiones fieri ut probemur et ut dilectioni Dei iusto iustorum praecedentium exemplo nos etiam morte et passionibus copulemur. (4) Posuit enim in Epistula sua dicens: *Carissimi, nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit, nec excidatis tamquam novum vobis contingat, sed quotiescumque communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete, ut et in revelatione facta claritatis eius gaudentes exsultetis. Si improperatur vobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis et virtutis Domini nomen in vobis requiescit, quod quidem secundum illos blasphematur, secundum nos autem honoratur* [1 Pet 4, 12 sqq]. (5) Docuerunt autem nos apostoli ea quae de praeceptis dominicis et caelestibus mandatis ipsi quoque didicerunt Domino ipso scilicet corroborante nos et dicente: *Nemo est qui relinquat domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum Dei, et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem venturo vitam aeternam.* Et iterum: *Beati,* inquit, *eritis, cum odio vos habuerint homines et separaverint vos et expulerint et maledixerint nomini vestro quasi nequam propter Filium hominis. Gaudete in illa die et exsultate. Ecce enim merces vestra multa in caelis* [Lc 18, 29 sq; 6, 22 sq].

3. (1) Gaudere nos et exsultare voluit in persecutionibus 285
Dominus, quia quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronae fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent caeli. (2) Neque enim sic nomen militiae dedimus, ut pacem tantummodo cogitare et detractare ac recusare militiam debeamus, quando in ipsa militia primus ambulaverit Dominus humilitatis et tolerantiae et passionis magister, ut quod fieri docuit prior faceret et qui pati hortatur prior pro nobis ipse pateretur. (3) Sit ante oculos, fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium a Patre solus accepit et qui venturus est iudicaturus, iam iudicii sui et cognitionis futurae sententiam protulerit praenuntians et contestans confessurum se coram Patre suo confitentes et negaturum negantes. (4) Si mortem possemus evadere, merito mori timeremus. Porro autem cum mortalem mori necesse est, amplectamur occasionem de divina promissione et dignatione venientem et fungamur exitum mortis cum praemio immortalitatis nec vereamur occidi, quos constet quando occidimur coronari.

4. (1) Nec quisquam, fratres dilectissimi, cum populum 286
nostrum fugari conspexerit metu persecutionis et spargi, conturbetur, quod collectam fraternitatem non videat nec tractantes episcopos audiat. (2) Simul tunc omnes esse non possunt, quibus occidere non licet, sed occidi necesse est. (3) Ubicumque in illis diebus unusquisque fratrum fuerit a

grege interim ac necessitate temporis corpore non spiritu separatus, non moveatur ad fugae illius horrorem nec recedens et latens deserti loci solitudine terreatur. (4) Solus non est cui Christus in fuga comes est. Solus non est qui templum Dei servans ubicumque fuerit sine Deo non est. (5) Et si fugientem in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera invaserit, fames aut sitis aut frigus afflixerit, vel per maria praecipiti navigatione properantem tempestas ac procella submerserit, spectat militem suum Christus ubicumque pugnantem et persecutionis causa pro nominis sui honore morienti praemium reddit quod daturum se in resurrectione promisit. (6) Nec minor est martyrii gloria non publice et inter multos perisse, cum pereundi causa sit propter Christum perire. Sufficit ad testimonium martyrii sui testis ille qui probat martyras et coronat.

287 5. (1) Imitemur, fratres dilectissimi, Abel iustum qui initiavit martyria, dum propter iustitiam primus occiditur. (2) Imitemur Abraham Dei amicum qui non est cunctatus ut filium victimam suis manibus offerret, dum Deo fide devotionis obsequitur. (3) Imitemur tres pueros Ananian, Azarian, Misaelem, qui nec aetate territi nec captivitate fracti Iudaea devicta et Hierosolymis captis in ipso regno suo regem fidei virtute vicerunt, qui adorare statuam quam Nabuchodonosor rex fecerat iussi et minis regis et flammis fortiores exstiterunt, proclamantes et fidem suam per haec verba testantes: *Nabuchodonosor rex, non opus est nobis de hoc verbo respondere tibi. Est enim Deus cui nos servimus potens eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis liberabit nos: et si non, notum sit tibi quia diis tuis non servimus et imaginem auream quam statuisti non adoramus* [Dan 3, 16 sqq]. (4) Credebant se illi secundum fidem posse evadere, sed addiderunt *et si non,* ut sciret rex illos propter Deum quem colebant et mori posse. (5) Hoc est enim robur virtutis et fidei credere et scire quod Deus a morte praesenti liberare possit, et tamen mortem non timere nec cedere, ut probari fortius fides possit. (6) Erupit per os eorum Spiritus Sancti incorruptus et invictus vigor, ut appareat vera esse quae in Evangelio suo Dominus edixit dicens: *Cum autem vos apprehenderint, nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* [Mt 10, 19 sq]. (7) Dixit quid loqui et respondere possimus dari nobis in illa hora divinitus et offerri, nec nos tunc esse qui loquimur, sed Spiritum Dei Patris: qui cum a confitentibus non discedit neque dividitur, ipse in nobis et loquitur et coronatur. (8) Sic et Daniel, cum compelleretur adorare idolum Bel, quem tunc populus et rex colebat, in asserendum Dei sui honorem plena fide et libertate

prorupit dicens: *Nihil colo ego nisi Dominum Deum meum qui condidit caelum et terram* [Dan 14, 4].

6. (1) Quid in Machabaeis beatorum martyrum gravia 288
tormenta et multiformes septem fratrum poenae et confortans liberos suos mater in poenis et moriens ipsa quoque cum liberis, nonne magnae virtutis et fidei documenta testantur et nos ad martyrii triumphum suis passionibus adhortantur? (2) Quid Prophetae quos ad praescientiam futurorum Spiritus Sanctus animavit? Quid Apostoli quos Dominus elegit? (3) Nonne cum iusti occiduntur propter iustitiam mori nos quoque docuerunt? (4) Christi nativitas a martyriis infantium statim coepit, ut ob nomen eius *a bimatu et infra* [Mt 2, 16] qui fuerant necarentur. Aetas necdum habilis ad pugnam idonea exstitit ad coronam. Ut appareret innocentes esse qui propter Christum necantur, infantia innocens ob nomen eius occisa est. (5) Ostensum est neminem esse a periculo persecutionis immunem, quando et tales martyria fecerunt. (6) Quam vero gravis causa sit hominis christiani servum pati nolle, cum passus sit prior Dominus, et pro peccatis nostris nos pati nolle, cum peccatum suum proprium non habens passus sit ille pro nobis? (7) Filius Dei passus est ut nos filios Dei faceret, et filius hominis pati non vult ut esse Dei filius perseveret? (8) Si odio saeculi laboramus, odium saeculi sustinuit prior Christus: si contumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta toleramus, graviora expertus est mundi factor et Dominus, qui et admonet dicens: *Si saeculum*, inquit, *vos odit, mementote quoniam me primo odiit. Si de saeculo essetis, saeculum quod suum esset amaret: sed quia de saeculo non estis et ego elegi vos de saeculo, propterea odit vos saeculum. Mementote sermonis, quem dixi vobis: Non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur* [Io 15, 18 sqq]. (9) Dominus et Deus noster quidquid docuit, et fecit, ut discipulus excusatus esse non possit qui discit et non facit.

7. (1) Neque aliquis ex vobis, fratres dilectissimi, futurae per- 289
secutionis metu aut antichristi imminentis adventu sic terreatur ut non evangelicis exhortationibus et praeceptis ac monitis caelestibus ad omnia inveniatur armatus. (2) Venit antichristus, sed supervenit Christus. Grassatur et saevit inimicus, sed statim sequitur Dominus passiones nostras et vulnera vindicaturus. Irascitur adversarius et minatur, sed est qui possit de eius manibus liberare. (3) Ille metuendus est cuius iram nemo poterit evadere ipso praemonente et dicente: *Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum qui potest et corpus et animam occidere in gehennam* [Mt 10, 28]. Et iterum: *Qui amat animam suam, perdet illam, et qui odit animam suam in isto saeculo, in vitam aeternam conservabit illam* [Io 12, 25]. (4) Et Apocalypsis

instruit et praemonet dicens: *Si quis adorat bestiam et imaginem eius et accipit notam in fronte sua et in manu, bibet et ipse de vino irae Dei mixto in poculo irae eius, et punietur igne et sulphure sub oculis sanctorum angelorum et sub oculis agni, et fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet, nec habebunt requiem die ac nocte quicumque adorant bestiam et imaginem eius* [Apc 14, 9 sqq].

290 8. (1) Ad agonem saecularem exercentur homines et parantur et magnam gloriam computant honoris sui, si illis spectante populo et imperatore praesente contigerit coronari. (2) Ecce agon sublimis et magnus et coronae caelestis praemio gloriosus, ut spectet nos certantes Deus et super eos, quos filios facere dignatus est, oculos suos pandens certaminis nostri spectaculo perfruatur. (3) Proeliantes nos et fidei congressione pugnantes spectat Deus, spectant angeli eius, spectat et Christus. Quanta est gloriae dignitas, quanta felicitas praeside Deo congredi et Christo iudice coronari? (4) Armemur, fratres dilectissimi, viribus totis et paremur ad agonem mente incorrupta, fide integra, virtute devota! Ad aciem, quae nobis indicitur, Dei castra procedant. (5) Armentur integri, ne perdat integer, quod nuper stetit. Armentur et lapsi, ut et lapsus recipiat, quod amisit. Integros honor, lapsos dolor ad proelium provocet. (6) Armari et parari nos beatus Apostolus docet dicens: *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus potestates et principes huius mundi et harum tenebrarum, adversus spiritus nequitiae in caelestibus. Propter quod induite tota arma, ut possitis resistere in die nequissimo, ut, cum omnia perfeceritis, stetis accincti lumbos vestros in veritate, induti loricam iustitiae et calciati pedes in praeparatione pacis Evangelii, assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia ignita iacula nequissimi exstinguere, et galeam salutis et gladium spiritus, qui est sermo Dei* [Eph 6, 12 sqq].

291 9. (1) Haec arma sumamus, his nos tutamentis spiritalibus et caelestibus muniamus, ut in die nequissimo resistere diaboli minis et repugnare possimus. (2) Induamus loricam iustitiae, ut contra inimici iacula munitum sit pectus et tutum. (3) Calciati sint evangelico magisterio et armati pedes, ut, cum serpens calcari a nobis et obteri coeperit, mordere et supplantare non possit. (4) Portemus fortiter scutum fidei, quo protegente, quidquid iaculatur inimicus, possit exstingui. (5) Accipiamus quoque ad tegumentum capitis galeam spiritalem, ut muniantur aures, ne audiant edicta feralia, muniantur oculi, ne videant detestanda simulacra, muniatur frons, ut signum Dei incolume servetur, muniatur os, ut Dominum suum Christum victrix lingua fateatur. (6) Armemus et dexteram gladio spiritali, ut sacrificia funesta fortiter respuat, ut Eucharistiae memor, quae Domini corpus accipit, ipsum com-

plectatur, postmodum Domini sumptura praemium caelestium coronarum.

10. (1) O dies ille qualis et quantus adveniet, fratres di- 292
lectissimi, cum coeperit populum suum Dominus recensere et divinae cognitionis examine singulorum merita recognoscere, mittere in gehennam nocentes et persecutores nostros flammae poenalis perpetuo ardore damnare, nobis vero mercedem fidei et devotionis exsolvere! (2) Quae erit gloria et quanta laetitia admitti, ut Deum videas, honorari, ut cum Christo Domino Deo tuo salutis ac lucis aeternae gaudium capias, Abraham et Isaac et Iacob et Patriarchas omnes et Apostolos et Prophetas et Martyras salutare, cum iustis et Dei amicis in regno caelorum datae immortalitatis voluptate gaudere, sumere illic, *quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit* [1 Cor 2, 9]! (3) Maiora enim nos accipere quam quod hic aut operamur aut patimur, Apostolus praedicat dicens: *Non sunt condignae passiones huius temporis ad superventuram claritatem, quae revelabitur in nobis* [Rom 8, 18]. (4) Cum revelatio illa venerit, cum claritas super nos Dei fulserit, tam beati erimus et laeti dignatione Domini honorati, quam rei remanebunt et miseri, qui Dei desertores aut contra Deum rebelles voluntatem fecerunt diaboli, ut eos necesse sit cum ipso simul inexstinguibili igne torqueri.

11. (1) Haec, fratres dilectissimi, haereant cordibus vestris. 293
(2) Haec sit armorum nostrorum praeparatio, haec diurna ac nocturna meditatio, ante oculos habere et cogitatione semper ac sensibus volvere iniquorum supplicia et praemia ac merita iustorum, quid negantibus Dominus comminetur ad poenam, quid contra confitentibus promittat ad gloriam. (3) Si haec cogitantibus ac meditantibus nobis supervenerit persecutionis dies, miles Christi praeceptis eius et monitis eruditus non expavescit ad pugnam, sed paratus est ad coronam. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

CV 3b, 656 sqq. ML 4, 349 sqq.

## De infallibilitate cathedrae Romanae.

[Epistula 59 (M 55, Ad Cornelium Romanum de quinque presbyteris et Fortunato pseudoepiscopo scripta 252) 14.]

(1) Quibus etiam satis non fuit ab Evangelio reces- 294
sisse, spem lapsis satisfactionis et paenitentiae sustulisse, fraudibus involutos vel adulteriis commaculatos vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in Ecclesia exomologesin criminum facerent, ab omni et sensu et fructu paenitentiae removisse, foris sibi extra Ecclesiam et contra Ecclesiam constituisse conventiculum

perditae factionis, quo male sibi consciorum et Deum rogare ac satisfacere nolentium caterva conflueret. (2) Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab haereticis constituto navigare audent et ad Petri cathedram atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, ab schismaticis et profanis litteras ferre nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides apostolo praedicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. (3) Quae autem causa veniendi et pseudoepiscopum contra episcopos factum nuntiandi? Aut enim placet illis quod fecerunt et in suo scelere perseverant, aut si displicet et recedunt, sciunt, quo revertantur. (4) Nam cum statutum sit ab omnibus nobis et aequum sit pariter ac iustum, ut uniuscuiusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum, et singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque et gubernet rationem sui actus Domino redditurus, oportet utique eos, quibus praesumus, non circumcursare nec episcoporum concordiam cohaerentem sua subdola et fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi et accusatores habere et testes sui criminis possint. (5) Nisi si paucis desperatis et perditis minor videtur auctoritas episcoporum in Africa constitutorum, qui de illis iam iudicaverunt et eorum conscientiam multis delictorum laqueis vinctam iudicii sui nuper gravitate damnarunt. (6) Iam causa eorum cognita est, iam de eis dicta sententia est, nec censurae congruit sacerdotum mobilis atque inconstantis animi levitate reprehendi, cum Dominus doceat et dicat: *Sit sermo vester est est, non non* [Mt 5, 37].

CV 3b, 683 sq. ML 3, 817 sqq.

## Quando infantes sint baptizandi.

[Epistula 64 (M 59, Epist. syn. ad Fidum scr. 251 vel 253) 2 5 6].

295 2. (1) Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quam nati sint constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octavum diem eum, qui natus est, baptizandum et sanctificandum non putares: longe aliud in concilio nostro visum est. (2) In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed universi potius iudicavimus nulli hominum nato misericordiam Dei et gratiam denegandam. (3) Nam

cum Dominus in Evangelio suo dicat: *Filius hominis non
venit animas hominum perdere sed salvare* [Lc 9, 56],
quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda
est. (4) Quid enim ei deest, qui semel in utero Dei
manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris
secundum dierum saecularium cursum accipere, qui nati
sunt, incrementum videntur. Ceterum quaecumque a Deo
fiunt, Dei factoris maiestate et opere perfecta sunt.
5. (1) Propter quod neminem putamus a gratia con- 296
sequenda impediendum esse ea lege, quae iam statuta
est, nec spiritalem circumcisionem impediri carnali circum-
cisione debere, sed omnem omnino admittendum esse
ad gratiam Christi, quando et Petrus in Actis aposto-
lorum loquatur et dicat: *Dominus mihi dixit neminem
hominum communem dicendum et immundum* [Act 10, 28].
(2) Ceterum si homines impedire aliquid ad consecutionem
gratiae posset, magis adultos et provectos et maiores
natu possent impedire peccata graviora. (3) Porro autem
si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante
peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum
datur et a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto
magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil
peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus
contagium mortis antiquae prima nativitate contraxit, qui
ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius ac-
cedit, quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata.
6. (1) Et idcirco, frater carissime, haec fuit in con- 297
cilio nostra sententia a baptismo atque a gratia Dei, qui
omnibus misericors et benignus et pius est, neminem per
nos debere prohiberi. (2) Quod cum circa universos ob-
servandum sit atque retinendum, magis circa infantes
ipsos et recens natos observandum putamus, qui hoc
ipso de ope nostra ac de divina misericordia plus me-
rentur, quod in primo statim nativitatis suae ortu plorantes
ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus
te, frater carissime, semper bene valere.

CV 3b, 718 et 720 sq. ML 3, 1015 sqq.

### De electione episcoporum.

[Epistula 67 (M 68, Ad Hispanos de Martiale et Basilide scripta 256) 5.]

(1) Propter quod diligenter de traditione divina et 298
apostolica observatione servandum est et tenendum, quod

apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui praepositus ordinatur, episcopi eiusdem provinciae proximi quique conveniant et episcopus deligatur plebe praesente, quae singulorum vitam plenissime novit et uniuscuiusque actum de eius conversatione perspexit. (2) Quod et apud vos factum videmus in Sabini collegae nostri ordinatione, ut de universae fraternitatis suffragio et de episcoporum, qui in praesentia convenerant quique de eo ad vos litteras fecerant, iudicio episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur.

CV 3b, 739. ML 3, 1027 sq.

## De altero edicto Valeriani et de martyrio Sixti Romani (10. Augusti 258).

[Epistula 80 (M 82, scripta Aug. ad Sept. 258) 1]

299 *Cyprianus Successo fratri S.* (1) Ut non vobis in continenti scriberem, frater carissime, illa res fecit, quod universi clerici sub ictu agonis constituti recedere istinc omnino non poterant, parati omnes pro animi sui devotione ad divinam et caelestem gloriam. (2) Sciatis autem eos venisse, quos ad Urbem propter hoc miseram, ut, quomodocumque de nobis rescriptum fuisset, exploratam veritatem ad nos perferrent. Multa enim varia et incerta opinionibus ventilantur. Quae autem sunt in vero, ita se habent:

(3) Rescripsisse Valerianum ad senatum, ut episcopi et presbyteri et diacones in continenti animadvertantur, senatores vero et egregii viri et equites Romani dignitate amissa etiam bonis spolientur et, si ademptis facultatibus Christiani ⟨esse⟩ perseveraverint, capite quoque multentur, matronae ademptis bonis in exsilium relegentur, Caesariani autem, quicumque vel prius confessi fuerant vel nunc confessi fuerint, confiscentur et vincti in caesarianas possessiones descripti mittantur.

(4) Subiecit etiam Valerianus imperator orationi suae exemplum litterarum, quas ad praesides provinciarum de nobis fecit. Quas litteras cotidie speramus venire, stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam et exspectantes de ope et indulgentia Domini vitae aeternae coronam.

(5) Xistum autem in cimiterio animadversum sciatis VIII. id. Aug. die et cum eo diacones quattuor. . . .

CV 3b, 839 sq. ML 4, 429 sq.

## Ante martyrium.

[Epistula 81 (M 83, scripta 258).]

300 *Cyprianus presbyteris et diaconis et plebi universae S.* (1) Cum perlatum ad nos fuisset, fratres carissimi, com-

mentarios esse missos qui me Uticam perducerent et consilio carissimorum persuasum esset ut de hortis nostris interim secederem, iusta interveniente causa consensi, eo quod congruat episcopum in ea civitate in qua Ecclesiae Dominicae praeest illic Dominum confiteri et plebem universam praepositi praesentis confessione clarificare. Quodcumque enim sub ipso confessionis momento confessor episcopus loquitur aspirante Deo ore omnium loquitur. (2) Ceterum mutilabitur honor Ecclesiae nostrae tam gloriosae, si ego episcopus, alterius Ecclesiae praepositus, accepta apud Uticam super confessione sententia exinde martyr ad Dominum proficiscar, quandoquidem ego et pro me et pro vobis apud vos confiteri et ibi pati et exinde ad Dominum proficisci orationibus continuis deprecer et votis omnibus exoptem et debeam. (3) Exspectamus ergo hic in secessu abdito constituti adventum proconsulis Carthaginem redeuntis, audituri ab eo quid imperatores super Christianorum laicorum et episcoporum nomine mandaverint et dicturi quod ad horam Dominus dici voluerit. (4) Vos autem, fratres carissimi, pro disciplina, quam de mandatis Dominicis a me semper accepistis et secundum quod me tractante saepissime didicistis, quietem et tranquillitatem tenete, nec quisquam vestrum aliquem tumultum fratribus moveat aut ultro se gentilibus offerat. Apprehensus enim et traditus loqui debet, siquidem Deus in nobis positus illa hora loquatur, qui nos confiteri magis voluit quam profiteri. (5) Quid autem de cetero nos observare conveniat, antequam in me super confessione nominis Dei proconsul sententiam ferat, instruente Domino in comminus disponemus. Incolumes vos, fratres carissimi, Dominus Iesus in Ecclesia sua permanere faciat et conservare dignetur.

CV 3b, 841 sq. ML 4, 431 sq.

## CONFESSIO S. CYPRIANI ET MARTYRIUM
14. Sept. 258.

Acta proconsularia ubi etiam de primo edicto Valeriani (257).

1. (1) Imperatore Valeriano quartum et Gallieno tertium consulibus tertio Kalendarum Septembrium Carthagine in secretario Paternus proconsul Cypriano 301

episcopo dixit: sacratissimi imperatores Valerianus et Gallienus litteras ad me dare dignati sunt, quibus praeceperunt eos, qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas caerimonias recognoscere. Exquisivi ergo de nomine tuo; quid mihi respondes? (2) Cyprianus episcopus dixit: Christianus sum et episcopus. Nullos alios deos novi nisi unum et verum Deum, qui fecit caelum et terram, mare et quae sunt in iis omnia. Huic Deo nos Christiani deservimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus pro nobis et pro omnibus hominibus et pro incolumitate ipsorum imperatorum.

(3) Paternus proconsul dixit: In hac ergo voluntate perseveras? (4) Cyprianus episcopus respondit: Bona voluntas, quae Deum novit, immutari non potest. (5) Paternus proconsul dixit: Poteris ergo secundum praeceptum Valeriani et Gallieni exsul ad urbem Curubitanam proficisci? (6) Cyprianus episcopus dixit: Proficiscor.

(7) Paternus proconsul dixit: Non solum de episcopis, verum etiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt. Volo ergo scire ex te, qui sint presbyteri, qui in hac civitate consistunt. (8) Cyprianus episcopus respondit: Legibus vestris bene atque utiliter censuistis delatores non esse. Itaque detegi et deferri a me non possunt. In civitatibus autem suis invenientur. (9) Paternus proconsul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. (10) Cyprianus dixit: Cum disciplina prohibeat, ut quis se ultro offerat et tuae quoque censurae hoc displiceat, nec offerre se ipsi possunt, sed a te exquisiti invenientur.

(11) Paternus proconsul dixit: A me invenientur. Et adiecit: Praeceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant nec coemeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam salubre praeceptum non observaverit, capite plectetur. (12) Cyprianus episcopus respondit: Fac, quod tibi praeceptum est.

320 2. (1) Tunc Paternus proconsul iussit beatum Cyprianum episcopum in exsilium deportari. (2) Cumque diu ibidem moraretur, successit Aspasio Paterno proconsuli Galerius Maximus proconsul, qui sanctum Cyprianum episcopum ab exsilio revocatum sibi iussit praesentari. (3) Cumque Cyprianus sanctus martyr electus a Deo de civitate Curubitana, in qua exsilio ex praecepto Aspasii Paterni tunc proconsulis datus fuerat, regressus esset, ex

sacro praecepto, in suis hortis manebat et inde cotidie sperabat veniri ad se, sicut illi ostensum fuerat.

(4) Et cum illic demoraretur, repente Idibus Septembris Tusco et Basso consulibus venerunt ad eum principes duo, unus strator officii Galeri Maximi proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat, et alius equistrator a custodiis eiusdem officii. (5) Qui et in curriculum eum levaverunt in medioque posuerunt et in Sexti perduxerunt, ubi idem Galerius Maximus proconsul bonae valetudinis recuperandae gratia secesserat. (6) Et ita idem Galerius Maximus proconsul in aliam diem Cyprianum sibi reservari praecepit.

(7) Et eo tempore beatus Cyprianus ductus ad principem et stratorem eiusdem officii Galeri Maximi proconsulis clarissimi viri secessit et in hospitio eius cum eo in vico, qui dicitur Saturni inter Veneream et Salutariam, mansit. (8) Illuc universus populus fratrum convenit. Et cum hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodiri puellas praecepit, quoniam omnes in vico ante ianuam hospitii principis manserant.

3. (1) Et ita altera die octava decima Kalendarum 303
Octobrium mane multa turba convenit ad Sexti secundum praeceptum Galeri Maximi proconsulis, et ita idem Galerius Maximus proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri praecepit in atrio Sauciolo sedenti. (2) Cumque oblatus fuisset, Galerius Maximus proconsul Cypriano episcopo dixit: Tu es Thascius Cyprianus? Cyprianus episcopus respondit: Ego sum.

(3) Galerius Maximus proconsul dixit: Tu papam te sacrilegae mentis hominibus praebuisti? Cyprianus episcopus respondit: Ego. (4) Galerius Maximus proconsul dixit: Iusserunt te sacratissimi imperatores caerimoniari. Cyprianus episcopus dixit: Non facio. (5) Galerius Maximus ait: Consule tibi. Cyprianus episcopus respondit: Fac quod tibi praeceptum est; in re tam iusta nulla est consultatio.

4. (1) Galerius Maximus collocutus cum concilio 304
sententiam vix et aegre dixit verbis huiusmodi: Diu sacrilega mente vixisti et plurimos nefariae tibi conspirationis homines aggregasti et inimicum te diis Romanis et religionibus sacris constituisti, nec te pii et sacratissimi principes Valerianus et Gallienus Augusti et Valerianus

nobilissimus Caesar ad sectam caerimoniarum suarum revocare potuerunt. Et ideo cum sis nequissimorum criminum auctor et signifer deprehensus, eris ipse documento his quos scelere tuo tecum aggregasti: sanguine tuo sancietur disciplina. (2) Et his dictis decretum ex tabella recitavit: *Thascium Cyprianum gladio animadverti placet.* Cyprianus episcopus dixit: Deo gratias.

305 5. (1) Post hanc vero sententiam turba fratrum dicebat: Et nos cum ipso decollemur. (2) Propter hoc tumultus fratrum exortus est et multa turba eum prosecuta est. (3) Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti productus est et ibi se lacerna byrro exspoliavit et genu in terra flexit et in orationem se Domino prostravit. Et cum se dalmatica exspoliasset et diaconibus tradidisset, in linea stetit et coepit spiculatorem sustinere. (4) Cum venisset autem spiculator, iussit suis ut eidem spiculatori viginti quinque aureos darent. (5) Linteamina vero et manualia a fratribus ante eum mittebantur. Postea vero beatus Cyprianus manu sua oculos sibi texit. Qui cum lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Iulianus presbyter et Iulianus subdiaconus ei ligaverunt. (6) Ita beatus Cyprianus passus est, eiusque corpus propter gentilium curiositatem in proximo positum est. (7) Inde per noctem sublatum cum cereis et scolacibus ad areas Macrobii Candidiani procuratoris, quae sunt in via Mappaliensi iuxta piscinas, cum voto et triumpho magno deductum est. (8) Post paucos autem dies Galerius Maximus proconsul decessit.

306 6. Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octava decima Kalendarum Octobrium sub Valeriano et Gallieno imperatoribus, regnante vero Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

CV 3c, cx sqq. ML 3, 1498 sqq.

*306a Stephani, ep. Romani (254—257) dicta de baptismo haereticorum v. D 46 sq.*

## PONTIUS DIACONUS scripsit circa 258.

### De Cypriano et Christianis tempore pestilentiae.

[Vita Cypriani 9]

307 (1) Percurramus tamen cetera, si videtur. (2) Erupit postmodum lues dira et detestabilis morbi vastitas nimia,

innumeros per diem populos ad suam quemque sedem abrupto impetu rapiens continuatas per ordinem domos vulgi trementis invasit. (3) Horrere omnes, fugere, vitare contagium, exponere suos impie, quasi cum illo peste morituro etiam mortem ipsam posset aliquis excludere. (4) Iacebant interim tota civitate vicatim non iam corpora, sed cadavera plurimorum et misericordiam in se euntium contemplatione sortis mutuae flagitabant. (5) Nemo respexit aliud praeterquam lucra crudelia; nemo similis eventus recordatione trepidavit, nemo fecit alteri quod pati voluit. (6) Quid inter haec egerit Christi et Dei pontifex, qui pontifices mundi huius tanto plus pietate, quanto religionis veritate praecesserat, scelus est praeterire. (7) Aggregatam primo in loco plebem de misericordiae bonis instruit; docet divinae lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum prosint officia pietatis; tunc deinde subiungit non esse mirabile, si nostros tantum debito caritatis obsequio foveremus: eum enim perfectum posse fieri, qui plus aliquid publicano vel ethnico fecerit, qui malum bono vincens et divinae clementiae instar exercens inimicos quoque dilexerit, qui pro insequentium se salute sicuti Dominus monet et hortatur oraverit. (8) Oriri facit iugiter suum solem et pluvias subinde nutriendis seminibus impertit, exhibens cuncta ista non suis tantum: et qui se Dei etiam filium esse profitetur, non exemplum patris imitetur? (9) Respondere nos decet natalibus nostris, et quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit, sed probare potius in sobole traducem boni patris aemulationem bonitatis.

CV 3c, xcix sq. ML 3, 1489 sq.

## FIRMILIANUS EP. CAESAREAE CAPP. obiit 268.

### Contra Stephanum Romanum et baptisma haereticorum (256).

[Epistula ad Cyprianum; inter Cypriani 75, 5—6.]

5. (1) Quoniam vero legatus iste a vobis missus re- 308
gredi ad vos festinabat et hibernum tempus urgebat, quantum potuimus ad scripta vestra rescripsimus. (2) Et quidem quantum ad id pertineat quod Stephanus dixit,

quasi apostoli eos qui ab haeresi veniunt baptizari prohibuerint et hoc custodiendum posteris tradiderint, plenissime vos respondistis neminem tam stultum esse qui hoc credat apostolos tradidisse, quando etiam ipsas haereses constet exsecrabiles ac detestandas postea exstitisse. (3) Cum et Marcion Cerdonis discipulus inveniatur sero post apostolos et post longa ab iis tempora sacrilegam adversus Deum traditionem induxisse, Appelles quoque blasphemiae eius consentiens multa alia nova et graviora fidei ac veritati inimica addiderit. (4) Sed et Valentini et Basilidis tempus manifestum est, quod et ipsi post apostolos et post longam aetatem adversus Ecclesiam Dei sceleratis mendaciis suis rebellaverint. (5) Ceteros quoque haereticos constat pravas suas sectas et inventiones perversas, prout quisque errore ductus est, postea induxisse: quos omnes manifestum est a semetipsis damnatos esse et ante diem iudicii inexcusabilem sententiam adversum semetipsos dixisse; quorum baptisma qui confirmat, quid aliud quam cum ipsis se adiudicat et se ipse participem talibus faciendo condemnat?

309 6. (1) Eos autem qui Romae sunt non ea in omnibus observare quae sint ab origine tradita et frustra apostolorum auctoritatem praetendere scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies Paschae et circa multa alia divinae rei sacramenta videat esse apud illos aliquas diversitates nec observari illic omnia aequaliter quae Hierosolymis observantur; secundum quod in ceteris quoque plurimis provinciis multa pro locorum et hominum diversitate variantur, nec tamen propter hoc ab Ecclesiae catholicae pace atque unitate aliquando discessum est. (2) Quod nunc Stephanus ausus est facere rumpens adversus vos pacem, quam semper antecessores eius vobiscum amore et honore mutuo custodierunt, adhuc etiam infamans Petrum et Paulum beatos apostolos, quasi hoc ipsi tradiderint, qui in Epistulis suis haereticos exsecrati sunt et ut eos evitemus monuerunt. (3) Unde apparet traditionem hanc humanam esse quae haereticos asserit et baptisma quod non nisi solius Ecclesiae est eos habere defendit.

CV 3b, 812 sqq. ML 3, 1158 sqq. — Cf. D 46 sq cum notis.

## LIBELLUS ADVERSUS ALEATORES
scriptus circa 300.

### De Primatu Romanae Ecclesiae.
[Cap. 1, 1—2.]

(1) Magna nobis ob universam fraternitatem cura est, 310
fideles, maxime et rea perditorum omnium audacia id est aleatorum, animos ad nequitiam se in lacum mortis emergunt. (2) Et quoniam in nobis divina et paterna pietas apostolatus ducatum contulit et vicariam Domini sedem caelesti dignatione ordinavit et originem authentici apostolatus super quem Christus fundavit Ecclesiam in superiore nostro portamus, accepta simul potestate solvendi ac ligandi et curatione peccata dimittendi: salutari doctrina admonemur, ne, dum delinquentibus assidue ignoscimus, ipsi cum iis pariter torqueamur.

CV 3c, 92 sq. ML 4, 827.

## DIONYSIUS EP. ALEXANDRINUS obiit circa 265.

### De intercessione martyrum et lapsorum reconciliatione.
[Ex epistula ad Fabium ep. Antiochenum (*Eus.*, Hist. eccl. 6, 42, 5—6)]

(5) «Αὐτοὶ τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν, οἱ νῦν 311
τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοὶ καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ καὶ συνδικάζοντες αὐτῷ, τῶν παραπεπτωκότων ἀδελφῶν τινας ὑπευθύνους τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγκλήμασιν γενομένους προσελάβοντο, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν αὐτῶν ἰδόντες δεκτήν τε γενέσθαι δυναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ καθόλου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν [cf. Ez 33, 11] δοκιμάσαντες, εἰσεδέξαντο καὶ συνήγαγον καὶ συνέστησαν καὶ προσευχῶν αὐτοῖς καὶ ἑστιάσεων ἐκοινώνησαν. (6) Τί οὖν ἡμῖν, ἀδελφοί, περὶ τούτων

---

(5) «Ceterum, inquit, hi divini martyres, qui nunc assessores 311
sunt Christi et regni illius consortes ac iudicii participes una cum ipso iudicaturi, dum hic apud nos essent, quosdam e fratribus lapsos et idolis sacrificasse convictos susceperunt, et conversionem illorum ac paenitentiam cernentes, cum iudicassent eam placere posse illi, qui peccatoris paenitentiam mavult quam mortem, eos admiserunt et collegerunt atque in coetum suum receperunt et in orationibus ac cibo cum iisdem communicaverunt. (6) Quid ergo nobis, fratres, de

συμβουλεύετε; Τί ἡμῖν πρακτέον; Σύμψηφοι καὶ ὁμογνώμονες αὐτοῖς καταστῶμεν καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν καὶ τὴν χάριν φυλάξωμεν καὶ τοῖς ἐλεηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν χρηστευσώμεθα, ἢ τὴν κρίσιν αὐτῶν ἄδικον ποιησώμεθα καὶ δοκιμαστὰς αὐτοὺς τῆς ἐκείνων γνώμης ἐπιστήσωμεν καὶ τὴν χρηστότητα λυπήσωμεν καὶ τὴν τάξιν ἀνασκευάσωμεν;»

CB Eus. 2 (ed. *Ed. Schwartz*), 610 sqq. MG 20, 614 sq.

## Epistula ad Novatianum schismaticum.

[Apud *Eusebium*, Hist. eccl. 6, 45.]

312 Διονύσιος Νοουατιανῷ ἀδελφῷ χαίρειν. — (1) Εἰ ἄκων, ὡς φῄς, ἤχθης, δείξεις ἀναχωρήσας ἑκών. (2) Ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὅτι οὖν παθεῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρῆσαι γινομένης ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ δὲ καὶ μείζων. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς Ἐκκλησίας μαρτυρεῖ. (3) Καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαις ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα, καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται, τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. Εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σῴζων σῷζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. Ἐρρῶσθαί σε, ἐχόμενον τῆς εἰρήνης ἐν Κυρίῳ, εὔχομαι.

CB Eus. 2, 626. MG 20, 634.

---

his suadetis? Quid nos agere debemus? Utrum sententiae martyrum accedemus et rem ab illis iudicatam seu potius gratiam concessam tuebimur et cum iis, quos illi miseratione prosecuti sunt, benigne agemus? An contra iudicium illorum irritum faciemus nosque ipsi sententiae illorum discussores ac iudices constituemus, clementiam dolore afficiemus, ordinem constitutum evertemus?»

312 *Dionysius Novatiano fratri salutem.* (1) Si quidem invitus, ut asseris, eo adductus es, id nobis ostendes tua sponte redeundo. (2) Satius quidem fuerat quidvis pati, ne Ecclesia Dei discinderetur. Nec minus gloriosum fuisset, idcirco subire martyrium, ne Ecclesiam scinderes, quam ut ne idolis sacrificares. Immo illud meo quidem iudicio illustrius fuisset. Hic enim pro sua unius anima, illic pro omni Ecclesia martyrium quis sustinet. (3) Si tamen vel nunc persuaseris fratribus aut eos coegeris, ut ad concordiam redeant, maius tibi meritum erit quam culpa. Et haec quidem non imputabitur, illud vero praedicabitur. Quodsi fratribus parere recusantibus id efficere non potes, tuam ipse animam serva. Opto te paci studentem in Domino bene valere.

## De baptismo haereticorum non iterando.

[Ex epistula ad Philemonem sacerdotem Romanum (apud *Eus.*, Hist. eccl. 7, 7, 4—6).]

(4) «Τοῦτον ἐγὼ τὸν κανόνα καὶ τὸν τύπον παρὰ τοῦ 313
μακαρίου πάπα ἡμῶν Ἡρακλᾶ παρέλαβον. Τοὺς γὰρ προσιόντας ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, καίτοι τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντας, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀποστάντας, ἀλλὰ συνάγεσθαι μὲν δοκοῦντας, καταμηνυθέντας δὲ ὡς προσφοιτῶντάς τινι τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων, ἀπελάσας τῆς Ἐκκλησίας, δεομένους οὐ προσήκατο, ἕως δημοσίᾳ πάντα ὅσα ἀκηκόασιν παρὰ τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις ἐξέφρασαν, καὶ τότε συνήγαγεν αὐτούς, οὐ δεηθεὶς ἐπ' αὐτῶν ἑτέρου βαπτίσματος· τοῦ γὰρ Ἁγίου πρότερον παρ' αὐτοῦ τετυχήκεσαν.»

(5) Πάλιν δὲ ἐπὶ πολὺ γυμνάσας τὸ πρόβλημα, ταῦτ' ἐπιλέγει 314
«Μεμάθηκα καὶ τοῦτο ὅτι μὴ νῦν οἱ ἐν Ἀφρικῇ μόνον τοῦτο παρεισήγαγον, ἀλλὰ καὶ πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους ἐν ταῖς πολυανθρωποτάταις Ἐκκλησίαις καὶ ταῖς συνόδοις τῶν ἀδελφῶν, ἐν Ἰκονίῳ καὶ Συνάδοις καὶ παρὰ πολλοῖς, τοῦτο ἔδοξεν· ὧν τὰς βουλὰς ἀνατρέπων εἰς ἔριν αὐτοὺς καὶ φιλονεικίαν ἐμβαλεῖν οὐχ ὑπομένω. ‚Οὐ γὰρ μετακινήσεις', φησίν, ‚ὅρια τοῦ πλησίον σου, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου' [Dt 19, 14].»

---

(4) «Hanc ego regulam et formam a beatissimo papa nostro 313
Heracla accepi. Eos enim, qui ab haereticis veniebant, tametsi defecissent seu potius non defecissent illi quidem, sed in speciem cum fratribus communicantes, clam perversae doctrinae magistros adire delati essent, ab Ecclesia eiectos post multas tandem preces non prius admisit, quam quaecumque ab adversariis audierant, palam exposuissent. Ac tum demum ad communionem eos admittebat, nequaquam existimans iterato baptismate iis opus esse. Quippe iam antea Spiritum Sanctum ab ipso acceperant.»

(5) Rursus hac quaestione abunde ventilata concludit in hunc modum: 314
«Illud, inquit, praeterea didici, non ab Afris solis hunc morem nunc primum invectum fuisse, sed et multo antea superiorum episcoporum temporibus in Ecclesiis populosissimis et in conciliis fratrum apud Iconium et Synnada et apud alios plurimos idem sancitum fuisse. Quorum sententias et statuta subvertere eosque ad iurgia et contentiones excitare equidem nolim. Scriptum est enim: *Non commutabis terminos proximi tui, quos parentes tui constituerunt.*»

315 (6) Ἡ τετάρτη αὐτοῦ τῶν περὶ βαπτίσματος ἐπιστολῶν πρὸς τὸν κατὰ Ῥώμην ἐγράφη Διονύσιον, τότε μὲν πρεσβείου ἠξιωμένον, οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ τὴν ἐπισκοπὴν τῶν ἐκεῖσε παρειληφότα. Ἐξ ἧς γνῶναι πάρεστιν ὅπως καὶ αὐτὸς οὗτος λόγιός τε καὶ θαυμάσιος πρὸς τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν Διονυσίου μεμαρτύρηται.

CB Eus. 2, 644 sqq. MG 20, 647 sqq.

## Confessio s. Dionysii in persecutione Valeriana. — Acta proconsularia.

[Ex epistula ad Germanum (apud *Eus.*, Hist. eccl. 7, 11, 3—11).]

316 (3) «Ἧκον πρὸς Αἰμιλιανόν, οὐ μόνος, ἠκολούθησαν δέ μοι συμπρεσβύτερός τέ μου Μάξιμος καὶ διάκονοι Φαῦστος, Εὐσέβιος, Χαιρήμων, καί τις τῶν ἀπὸ Ῥώμης παρόντων ἀδελφῶν ἡμῖν συνεισῆλθεν. (4) Αἰμιλιανὸς δὲ οὐκ εἶπέν μοι προηγουμένως· μὴ σύναγε. Περιττὸν γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ καὶ τὸ τελευταῖον, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀνατρέχοντι· οὐ γὰρ περὶ τοῦ μὴ συνάγειν ἑτέρους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, ἀλλὰ περὶ τοῦ μηδ' αὐτοὺς ἡμᾶς εἶναι Χριστιανούς, καὶ τούτου προσέταττεν πεπαῦσθαι, εἰ μεταβαλοίμην ἐγώ, καὶ τοὺς ἄλλους ἕψεσθαί μοι νομίζων. (5) Ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεοικότως οὐδὲ μακρὰν τοῦ ,πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις' [Act 5, 29], ἀλλ' ἄντικρυς διεμαρτυράμην ὅτι τὸν Θεὸν τὸν ὄντα μόνον καὶ οὐδένα ἕτερον σέβω οὐδ' ἂν μεταθείμην οὐδὲ παυσαίμην ποτὲ Χριστιανὸς ὤν. Ἐπὶ τούτοις ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀπελθεῖν εἰς κώμην πλησίον τῆς ἐρήμου καλουμένην Κεφρώ. Αὐτῶν δὲ ἐπακούσατε τῶν ὑπ' ἀμφοτέρων λεχθέντων ὡς ὑπεμνηματίσθη.»

317 (6) «Εἰσαχθέντων Διονυσίου καὶ Φαύστου καὶ Μαξίμου καὶ Μαρκέλλου καὶ Χαιρήμονος Αἰμιλιανὸς

---

315 (6) Quarta eius de baptismo epistula ad Dionysium scripta est, tunc quidem Romae urbis presbyterum, sed qui aliquanto post tempore eiusdem urbis episcopus est constitutus. Ex qua hunc ipsum [Romanum Dionysium] eruditissimum planeque admirandum virum fuisse, testimonio Dionysii Alexandrini licet cognoscere.

316 (3) «Veni ad Aemilianum non solus, sed comitantibus me Maximo compresbytero et Fausto, Eusebio ac Chaeremone diaconis. Quidam etiam ex fratribus Romanis, qui tum aderant, nobiscum ingressus est. (4) Porro Aemilianus non dixit mihi prima fronte: Ne conventus agas. Id enim illi supervacuum erat ac postremum, ad id, quod primum ac praecipuum est, recurrenti. Quippe haudquaquam curabat, ne alios congregarem, sed id agebat, ne ipsi Christiani essemus. Et ab eo cultu desistere me iubebat, ratus scilicet, si ego ab eo cultu descivissem, ceteros exemplum meum secuturos. (5) Respondi aliquid haud dissimile nec multum distans ab illo: *Oboedire oportet Deo magis quam hominibus.* Sed palam et aperte contestatus sum, me illum, qui solus est Deus, neque alium ullum praeter hunc adorare, nec a proposito discessurum me esse nec commissurum umquam, ut Christianus esse desinerem. Post haec abire nos iussit in vicum quendam solitudini proximum, cui nomen est Cephro. Sed verba ipsa, quae ab utroque nostrum dicta sunt, sicut actis publicis inserta leguntur, accipite:»

317 (6) «Inductis Dionysio, Fausto, Maximo, Marcello et Chaeremone Aemilianus praefectus dixit: Non solum

διέπων τὴν ἡγεμονίαν εἶπεν· καὶ ἀγράφως ὑμῖν διελέχθην περὶ τῆς φιλανθρωπίας τῶν κυρίων ἡμῶν ᾗ περὶ ὑμᾶς κέχρηνται. (7) Δεδώκασιν γὰρ ἐξουσίαν ὑμῖν σωτηρίας, εἰ βούλοισθε ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν τρέπεσθαι καὶ θεοὺς τοὺς σῴζοντας αὐτῶν τὴν βασιλείαν προσκυνεῖν, ἐπιλαθέσθαι δὲ τῶν παρὰ φύσιν. Τί οὖν φατὲ πρὸς ταῦτα; Οὐδὲ γὰρ ἀχαρίστους ὑμᾶς ἔσεσθαι περὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτῶν προσδοκῶ, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὰ βελτίω ὑμᾶς προτρέπονται.

(8) Διονύσιος ἀπεκρίνατο· οὐ πάντες πάντας προσ- 318
κυνοῦσι θεούς, ἀλλ' ἕκαστοί τινας, οὓς νομίζουσιν. Ἡμεῖς τοίνυν τὸν ἕνα Θεὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρίσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ καὶ Γαλλιήνῳ Σεβαστοῖς, τοῦτον καὶ σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν, καὶ τούτῳ διηνεκῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν, ὅπως ἀσάλευτος διαμείνῃ, προσευχόμεθα.

(9) Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῖς εἶπεν· 319
τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον, εἴπερ ἐστὶν θεός, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν θεῶν προσκυνεῖν; Θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε, καὶ θεοὺς οὓς πάντες ἴσασιν. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προσκυνοῦμεν.

(10) Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῖς εἶπεν· 320
ὁρῶ ὑμᾶς ὁμοῦ καὶ ἀχαρίστους ὄντας καὶ ἀναισθήτους τῆς

---

scripto, sed etiam viva voce vobiscum disserui de humanitate principum nostrorum, qua illi erga vos utuntur. (7) Vobis enim potestatem fecerunt salutis vestrae retinendae, dummodo ad id, quod naturae consentaneum est, ferri deosque imperii illorum custodes adorare et eorum, quae naturae ipsi repugnant, oblivisci velletis. Quid ergo ad haec dicitis? Neque enim vos ingrato animo fore spero adversus eorum clementiam, quippe cum ad meliora vos traducere conentur.

(8) Dionysius respondit: Non omnes ab omnibus coluntur 318
dii, sed eos singuli colunt, quos arbitrantur deos. Nos quidem unum Deum, omnium rerum opificem, qui Valeriano et Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit, colimus et adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, ut stabile et inconcussum permaneat.

(9) Aemilianus praefectus iterum dixit: Quis vero vos 319
prohibet, quominus et hunc, si quidem deus est, cum iis, qui natura dii sunt, adoretis? Deos enim colere iussi estis eosque, quos cuncti norunt deos. Dionysius respondit: Nos nullum alium adoramus.

(10) Aemilianus praefectus dixit: Video vos ingratos 320
esse simul ac stupidos, qui clementiam Augustorum minime

πρᾳότητος τῶν Σεβαστῶν ἡμῶν· δι' ὅπερ οὐκ ἔσεσθε ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἀλλὰ ἀποσταλήσεσθε εἰς τὰ μέρη τῆς Λιβύης καὶ ἐν τόπῳ λεγομένῳ Κεφρώ· τοῦτον γὰρ τὸν τόπον ἐξελεξάμην ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν Σεβαστῶν ἡμῶν. Οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν ἢ συνόδους ποιεῖσθαι ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι. (11) Εἰ δέ τις φανείη ἢ μὴ γενόμενος εἰς τὸν τόπον τοῦτον ὃν ἐκέλευσα, ἢ ἐν συναγωγῇ τινι εὑρεθείη, ἑαυτῷ τὸν κίνδυνον ἐπαρτήσει· οὐ γὰρ ἐπιλείψει ἡ δέουσα ἐπιστρέφεια. Ἀπόστητε οὖν ὅπου ἐκελεύσθητε.»

321 «Καὶ νοσοῦντα δέ με κατήπειξεν, οὐδὲ μιᾶς ὑπέρθεσιν δοὺς ἡμέρας. Ποίαν οὖν ἔτι τοῦ συνάγειν ἢ μὴ συνάγειν εἶχον σχολήν;»

CB Eus. 2, 654 sqq. MG 20, 663 sqq.

## De caritate Christianorum tempore pestilentiae.

[Ex epistula ad fratres (apud *Eus.*, Hist. eccl. 7, 22, 7—10).]

322 (7) «Οἱ γοῦν πλεῖστοι τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ φιλαδελφίαν ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων ἐχόμενοι, ἐπισκοποῦντες ἀφυλάκτως τοὺς νοσοῦντας, λιπαρῶς ὑπηρετούμενοι, θεραπεύοντες ἐν Χριστῷ, συναπηλλάττοντο ἐκείνοις ἀσμενέστατα, τοῦ παρ' ἑτέρων ἀναπιμπλάμενοι πάθους καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες ἀπὸ τῶν πλησίον καὶ ἑκόντες ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας. Καὶ πολλοὶ νοσοκομή-

---

sentiatis. Quamobrem non manebitis in hac urbe, sed mittemini in partes Libyae ad locum, qui dicitur Cephro. Hunc enim locum iussu Augustorum nostrorum elegi. Nullatenus autem licebit vobis nec quibuscumque aliis, conventus agere aut ea quae vocantur coemeteria adire. (11) Quodsi quis ad eum quem iussi locum minime profectus deprehendetur aut in conventu aliquo fuerit inventus, is sibi ipse periculum arcesset. Non enim deerit congrua animadversio. Abscedite igitur, quo iussi estis.»

321 «Statimque me tametsi aegrotantem proficisci compulit, ne diei quidem unius dilatione concessa. Quomodo igitur conventus agere aut non agere vacuum mihi deinceps fuit?»

322 (7) «Plurimi quidem ex fratribus nostris ob nimiam caritatem curam omnem propriae salutis abicientes sibique mutuo adhaerescentes, dum aegros secure atque audacter invisunt iisque assidue ministrant et curationem adhibent in Christo, una cum illis mortui sunt, aliorum aegritudine libentissime sese implentes et proximorum morbum in semetipsos quodammodo attrahentes doloresque eorum sponte sua exprimentes atque

σαντες καὶ ῥώσαντες ἑτέρους, ἐτελεύτησαν αὐτοί, τὸν ἐκείνων θάνατον εἰς ἑαυτοὺς μεταστησάμενοι καὶ τὸ δημῶδες ῥῆμα, μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι, ἔργῳ δὴ τότε πληροῦντες· ‚ἀπιόντες αὐτῶν περίψημα'. (8) Οἱ γοῦν ἄριστοι τῶν παρ' ἡμῖν ἀδελφῶν τοῦτον τὸν τρόπον ἐξεχώρησαν τοῦ βίου, πρεσβύτεροί τέ τινες καὶ διάκονοι καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ, λίαν ἐπαινούμενοι, ὡς καὶ τοῦ θανάτου τοῦτο τὸ εἶδος, διὰ πολλὴν εὐσέβειαν καὶ πίστιν ἰσχυρὰν γινόμενον, μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν. (9) Καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες καθαιροῦντές τε ὀφθαλμοὺς καὶ στόματα συγκλείοντες ὠμοφοροῦντές τε καὶ διατιθέντες, προσκολλώμενοι, συμπλεκόμενοι, λουτροῖς τε καὶ περιστολαῖς κατακοσμοῦντες, μετὰ μικρὸν ἐτύγχανον τῶν ἴσων, ἀεὶ τῶν ὑπολειπομένων ἐφεπομένων τοῖς πρὸ αὐτῶν. (10) Τὰ δέ γε ἔθνη πᾶν τοὐναντίον· καὶ νοσεῖν ἀρχομένους ἀπωθοῦντο καὶ ἀπέφευγον τοὺς φιλτάτους κἂν ταῖς ὁδοῖς ἐρρίπτουν ἡμιθνῆτας καὶ νεκροὺς ἀτάφους ἀπεσκυβαλίζοντο, τὴν τοῦ θανάτου διάδοσιν καὶ κοινωνίαν ἐκτρεπόμενοι, ἣν οὐκ ἦν καὶ πολλὰ μηχανωμένοις ἐκκλῖναι ῥᾴδιον.»

CB Eus. 2, 680 sqq. MG 20, 690 sqq.

---

extergentes. Multique adeo, qui alios aegrotantes curaverant et in pristinam valetudinem restituerant, ipsi interierunt, mortem illorum in se ipsos traducentes verbumque illud vulgare, quod officiosae dumtaxat comitatis hactenus visum fuerat, reipsa adimplentes, cum aliorum ‚peripsema' effecti ex hac vita migrarent. (8) Et hoc quidem pacto optimi quique ex fratribus apud nos degentibus e vita migrarunt, tam presbyteri nonnulli quam diaconi atque etiam laici, qui valde laudantur, quod hoc quoque mortis genus ob pietatem fideique constantiam martyrio non deterius esse videtur. (9) Hi ergo sanctorum corpora supinis manibus gremioque excipientes, oculos illis et ora claudentes, baiulantes eadem humeris suis, componentes, adhaerescentes illis, complectentes, lavacro et vestimentis ornantes, paulo post eadem officia ab aliis consecuti sunt, cum superstites semper eorum, qui praecesserant, vestigiis insisterent. (10) Gentiles vero prorsus contraria his egerunt. Nam et eos, qui aegrotare inceperant, exturbabant et carissimos refugiebant eosque in viis semineces destituebant aut mortuos insepultos proiciebant, aversantes mortis participationem ac societatem, quam tamen, licet multiplici adhibita cautione ac diligentia, evitare non poterant.»

## GALLIENUS imp. 260—268.

### Edictum restitutionis 260.

[Apud *Eusebium*, Hist. eccl. 7, 13]

323 Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίνιος Γαλλιῆνος, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Σεβαστός, Διονυσίῳ καὶ Πίννᾳ καὶ Δημητρίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις.

Τὴν εὐεργεσίαν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκβιβασθῆναι προσέταξα, ὅπως ἀπὸ τῶν τόπων τῶν θρησκευσίμων ἀποχωρήσωσιν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς τῆς ἀντιγραφῆς τῆς ἐμῆς τῷ τύπῳ χρῆσθαι δύνασθε, ὥστε μηδένα ὑμῖν ἐνοχλεῖν. Καὶ τοῦτο, ὅπερ κατὰ τὸ ἐξὸν δύναται ὑφ' ὑμῶν ἀναπληροῦσθαι, ἤδη πρὸ πολλοῦ ὑπ' ἐμοῦ συγκεχώρηται, καὶ διὰ τοῦτο Αὐρήλιος Κυρίνιος, ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων, τὸν τύπον τὸν ὑπ' ἐμοῦ δοθέντα διαφυλάξει.

CB Eus. 2, 666. MG 20, 674 sqq.

## CONCILIUM ANTIOCHENUM 269.

### Ex epistula synodica ad Dionysium Romanum de superbia Pauli Samosateni.

[Apud *Eusebium*, Hist. eccl. 7, 30, 7—16.]

324 (7) «Ὅπου δὲ ἀποστὰς τοῦ κανόνος, ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα μετελήλυθεν, οὐδὲν δεῖ τοῦ ἔξω ὄντος τὰς πράξεις κρίνειν, οὐδ' ὅτι πρότερον πένης ὢν καὶ πτωχὸς καὶ μήτε παρὰ πατέρων παραλαβὼν μηδεμίαν εὐπορίαν μήτε ἐκ τέχνης ἤ τινος ἐπιτηδεύματος κτησάμενος, νῦν εἰς ὑπερ-

---

323 Imperator Caesar P. Licinius Gallienus, Pius, Felix, Augustus, Dionysio, Pinnae, Demetrio et reliquis episcopis.

Indulgentiam beneficii nostri per universum orbem diffundi praecepimus, ut cuncti a religiosis locis abscedant. Quocirca et vos rescripti nostri forma uti potestis, ut nullus vobis deinceps molestiam facessat. Atque id quod vobis exsequi licet, iam dudum a me concessum est. Proinde Aurelius Cyrinius, procurator summae rei, dati a nobis rescripti formam sequetur.

324 (7) «Sed quoniam a fidei regula recedens ad spuriam et adulterinam doctrinam se transtulit, hominis ab Ecclesia alieni actus examinare nihil attinet: neque quod, cum antea pauper ac mendicus esset nec ullas omnino facultates aut a parentibus relictas accepisset aut artis ullius exercitio sibi comparasset,

βάλλοντα πλοῦτον ἐλήλακεν ἐξ ἀνομιῶν καὶ ἱεροσυλιῶν καὶ ὧν αἰτεῖ καὶ σείει τοὺς ἀδελφούς, καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους καὶ ὑπισχνούμενος βοηθήσειν μισθοῦ, ψευδόμενος δὲ καὶ τούτους καὶ μάτην καρπούμενος τὴν τῶν ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τῶν ἐνοχλούντων, πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν. (8) Οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ καὶ ὑπερῆρται, κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδυόμενος καὶ δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι καὶ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγορὰς καὶ ἐπιστολὰς ἀναγινώσκων καὶ ὑπαγορεύων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ καὶ δορυφορούμενος, τῶν μὲν προπορευομένων, τῶν δ' ἐφεπομένων, πολλῶν τὸν ἀριθμόν, ὡς καὶ τὴν πίστιν φθονεῖσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸν ὄγκον αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῆς καρδίας.

(9) Οὔτε τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συνόδοις τερατείαν, 325
ἣν μηχανᾶται, δοξοκοπῶν καὶ φαντασιοκοπῶν καὶ τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχὰς τοῖς τοιούτοις ἐκπλήττων, βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος, οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητής, σήκρητόν τε, ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, ἔχων τε καὶ ὀνομάζων, παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσὶν καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσιν μηδὲ

---

nunc ad incredibilem opulentiam pervenit, per scelera ac sacrilegia fratrumque concussiones: dum iniuria affectos decepit, promittens quidem sese illis accepta mercede opem laturum: fallens autem ipsos, et ex facilitate litigantium, qui ut negotio liberentur quidvis dare parati sunt, lucrum inaniter captans et pietatem quaestum esse existimans. (8) Neque quod fastu et arrogantia supra modum elatus saeculares gerit dignitates, et ducenarius vocari quam episcopus mavult: per forum magnifice incedens, epistulas legens ac dictans inter ambulandum palam ac publice, stipatusque maxima hominum multitudine, partim praeeuntium partim subsequentium, adeo ut ex illius fastu et arrogantia incredibilis invidia odiumque multorum adversus fidem nostram conflatum sit.

(9) Neque item attinet examinare ambitiosam hominis vani- 325
tatem in ecclesiasticis conventibus, quam omni studio consectatur, nihil aliud quam inanem gloriam captans, et pompam affectans, atque huiusmodi artibus animos imperitorum perterrefaciens. Nam et tribunal et sublimem thronum, non ut Christi discipulus, sibi ipse construxit, et secretum, perinde ac saeculares magistratus, ita appellatum habuit. Ad haec femur manu percutere et tribunal pedibus pulsare solitus. Eos vero

ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσιν ταῖς ὀθόναις μηδ' ἐκβοῶσίν τε καὶ ἀναπηδῶσιν κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις, ἀνδράσιν τε καὶ γυναίοις, ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις, τοῖς δ' οὖν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων καὶ εἰς τοὺς ἀπελθόντας ἐκ τοῦ βίου τούτου παροινῶν ἐξηγητὰς τοῦ λόγου φορτικῶς ἐν τῷ κοινῷ καὶ μεγαλορρημονῶν περὶ ἑαυτοῦ, καθάπερ οὐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστὴς καὶ γόης. (10) Ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα, εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν· οἷα καὶ τοὺς θωπεύοντας αὐτὸν ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν τε καὶ πόλεων καὶ πρεσβυτέρους ἐν ταῖς πρὸς τὸν λαὸν ὁμιλίαις καθίησιν διαλέγεσθαι. (11) Τὸν μὲν γὰρ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ βούλεται συνομολογεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι (ἵνα τι προλαβόντες τῶν μελλόντων γραφήσεσθαι θῶμεν, καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ ψιλῷ ῥηθήσεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπέμψαμεν ὑπομνημάτων δείκνυται πολλαχόθεν, οὐχ ἥκιστα δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν), οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψάλλοντες καὶ ἐγκωμιάζοντες ἐν τῷ λαῷ ἄγγελον

---

qui non laudarent nec, ut in theatris fieri solet, oraria concuterent, neque una cum fautoribus ipsius, viris et mulierculis, indecore auscultantibus exclamarent atque exsilirent, sed cum gravitate ac modestia sicuti in domo Dei decet audirent, increpabat et contumeliis afficiebat. Et alios quidem legis nostrae doctores iam vita functos petulanter in contione lacerabat; de se autem ipse magnifice loquebatur, non ut episcopus, sed ut sophista quidam et impostor. (10) Quin etiam psalmos in honorem Domini Iesu Christi cani solitos, quasi novellos et a recentioribus hominibus compositos abolevit. Mulieres autem magno Paschae die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit; quod quidem audientibus horrorem merito incusserit. Episcopos quoque vicinorum pagorum et civitatum, necnon et presbyteros assentatores suos submisit, qui in suis ad populum contionibus eadem de ipso praedicarent. (11) Etenim Filium Dei e caelo descendisse nobiscum confiteri renuit (ut aliquid obiter praemittamus ex iis quae infra uberius exponentur. Neque et simplici assertione nostra, sed ex ipsis quae ad vos misimus gestis non semel declaratur, maxime vero ubi dicit Iesum Christum e terra ortum fuisse). At vero illi qui in eius honorem psalmos canunt, et coram populo eum depraedicant, ipsum, quem impietatis doctorem habuerunt, angelum esse

τὸν ἀσεβῆ διδάσκαλον ἑαυτῶν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι λέγουσιν, καὶ ταῦτα οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ λεγομένοις πάρεστιν ὁ ὑπερήφανος.

(12) Τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας, ὡς Ἀντιο- 326
χεῖς ὀνομάζουσιν, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει, συνειδὼς καὶ ἐλέγξας, ὅπως αὐτοὺς ὑπόχρεως ἔχῃ, περὶ ὧν λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικεῖ, μὴ τολμῶντας κατηγορεῖν τῷ καθ' ἑαυτοὺς φόβῳ, ἀλλὰ καὶ πλουσίους ἀπέφηνεν, ἐφ' ᾧ πρὸς τῶν τὰ τοιαῦτα ζηλούντων φιλεῖται καὶ θαυμάζεται — τί ἂν ταῦτα γράφοιμεν; (13) Ἐπιστάμεθα δέ, ἀγαπητοί, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων, καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοοῦμεν ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον, οἳ δ' ὑπωπτεύθησαν, ὥστ' εἰ καὶ δοίη τις αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι, μή τινα σκανδαλίσῃ, τοὺς δὲ καὶ μιμεῖσθαι προτρέψῃ. (14) Πῶς γὰρ ἂν ἐπιπλήξειεν ἢ νουθετήσειεν ἕτερον μὴ συγκαταβαίνειν ἐπὶ πλέον εἰς ταὐτὸν γυναικί, μὴ ὀλίσθῃ, φυλαττόμενον, ὡς γέγραπται [cf. 1 Cor 10, 12], ὅστις μίαν

---

dicunt e caelo delapsum. Atque haec ille omnium hominum superbissimus non prohibet, sed interest ipse cum dicuntur.

(12) Quid hic referre attinet subintroductas, ut Antiocheni 326
vocant, mulieres, tam ipsius quam presbyterorum eius ac diaconorum? In quibus non hoc solum, sed etiam alia insanabilia crimina, quorum conscius est et quorum ipsos reos esse convicit, nihilominus tegit ac dissimulat, ut illos sibi obnoxios habeat: utque dum sibi ipsis metuunt, ipsum ob ea quae impie agit ac loquitur accusare non audeant. Ad haec divitiis eos locupletavit. Cuius rei causa ab iis qui talia concupiscunt amatur atque suspicitur. Quid, inquam, attinet haec scribere? (13) Scimus utique, fratres dilectissimi, episcopum et universum clerum bonorum operum exemplum multitudini praebere debere. Neque illud ignoramus, quot ex eiusmodi mulierum contubernio partim in praeceps lapsi sint, partim in suspicionem venerint. Itaque etiamsi quis concesserit nihil ab eo turpe committi, suspicionem tamen quae inde nasci solet, vitari oportebat, ne quemquam offenderet, neve aliquos ad imitationem sui provocaret. (14) Quo enim modo increpabit alium et admonebit, ut a frequentiori mulieris consuetudine abstineat, *ne forte corruat* sicut scriptum est: is qui unam quidem iam dimisit, duas

μὲν ἀπέστησεν ἤδη, δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ, κἂν ἀπίῃ που, συμπεριφέρει, καὶ ταῦτα τρυφῶν καὶ ὑπερεμπιμπλάμενος; (15) Ὧν ἕνεκα στενάζουσι μὲν καὶ ὀδύρονται πάντες καθ' ἑαυτούς, οὕτω δὲ τὴν τυραννίδα καὶ δυναστείαν αὐτοῦ πεφόβηνται, ὥστε κατηγορεῖν μὴ τολμᾶν. (16) Ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὡς προειρήκαμεν, εὔθυνεν ἄν τις ἄνδρα τὸ γοῦν φρόνημα καθολικὸν ἔχοντα καὶ συγκαταριθμούμενον ἡμῖν, τὸν δ' ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον καὶ ἐμπομπεύσαντα τῇ μιαρᾷ αἱρέσει τῇ Ἀρτεμᾶ (τί γὰρ οὐ χρὴ μόλις τὸν πατέρα αὐτοῦ δηλῶσαι;) οὐδὲν δεῖν ἡγούμεθα τούτων τοὺς λογισμοὺς ἀπαιτεῖν.»

CB Eus. 2, 708 sqq. MG 20, 711 sqq.

326a *Dionysii Romani epist. De Trinitate et Incarnatione contra Tritheistas v. D 48 sqq.*

## L. DOMITIUS AURELIANUS imp. 270—275.

### Epistula ad senatum de libris Sibyllinis et Christianis.

[Apud *Flav. Vopiscum*, Vita Aureliani (scripta saec. IV) 20, 4—8.]

(4) Epistula Aureliani de libris Sibyllinis, nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum:

327 (5) «Miror vos, patres sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, proinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis. (6) Agite igitur et castimonia pontificum caerimoniisque sollemnibus iuvate principem necessitate publica laborantem. (7) Inspiciantur libri; si quae facienda fuerint, celebrentur: quemlibet sumptum, cuiuslibet gentis captos, quaelibet animalia regia non abnuo sed libens offero,

---

vero aetate florentes et forma conspicuas secum habet, et quocumque proficiscitur circumducit; idque deliciis diffluens et epulis sese ingurgitans? (15) His de causis omnes quidem apud se privatim ingemiscunt atque suspirant, sed potentiam eius ac tyrannidem adeo reformidant, ut accusare illum non audeant. (16) Verum de his, sicut antea diximus, examinaverit fortasse aliquis et in iudicium vocaverit hominem catholicae professionis, nobisque fidei ac ministerii societate coniunctum. Ab hoc vero qui prodito atque eiurato religionis nostrae mysterio ad exsecrandam transgressus haeresim Artemae (quidni enim parentem illius vobis tandem indicemus?) in ea se plurimum iactavit: ab hoc, inquam, rationem eorum omnium exigendam esse non existimamus»

neque enim indecorum est diis iuvantibus vincere. Sic apud maiores nostros multa finita sunt bella, sic coepta. (8) Si quid est sumptuum, datis ad praefectum aerarii litteris decerni iussi. Est praeterea vestrae auctoritatis arca publica, quam magis refertam reperio esse quam cupio.»

Scriptores hist. Augustae ed. *E. Hohl* (Lipsiae 1927, BT) 2, 164.

## DIOCLETIANUS imp. 284—305 (obiit 313).

### Edictum contra Manichaeos (296).

[Lex Dei sive Mosaicarum et Romanarum legum collatio 15, 3, 6—8.]

(6) Iubemus namque, auctores quidem ac principes 328
una cum abominandis scripturis eorum severiori poenae subici, ita ut flammeis ignibus exurantur: consectaneos vero, et usque adversus deos contentiosos capite puniri praecipimus, et eorum bona fisco nostro vindicari sancimus. (7) Si qui sane etiam honorati, aut cuiuslibet dignitatis, vel maioris personae, ad hanc inauditam et turpem atque per omnia infamem sectam, vel ad doctrinam Persarum se transtulerint, eorum patrimonia fisco nostro adsociari facies, ipsosque Foenensibus vel Proconensibus metallis dari. (8) Ut igitur stirpitus amputari mala haec nequitia de saeculo beatissimo nostro possit, devotio tua iussis ac statutis tranquillitatis nostrae maturius obsecundare ⟨ne cunctetur⟩. Dat. pridie Kal. Aprilis, Alexandriae.

Iurisprudentiae anteiustinianae quae supersunt ed. *E. Huschke* (Lipsiae 1896, BT) 695.

## PORPHYRIUS NEOPLATONICUS obiit Romae 303.

### S. Petrum brevi tantum tempore Romae fuisse.

[Ex opere Contra Christianos apud *Macarium Magnetem*, Unigenitus (scriptus c. 410) 3, 22, 3.]

Ὅμως ἱστορεῖται μηδ' ὀλίγους μῆνας βοσκήσας τὰ πρό- 328[1]
βατα ὁ Πέτρος ἐσταυρῶσθαι, εἰρηκότος τοῦ Ἰησοῦ τὰς ᾅδου πύλας μὴ κατισχύσειν αὐτοῦ [cf. Mt 16, 18].

Ed. *A. Harnack*, Texte u. Untersuchungen 37, 4 (Leipzig 1911), 56.

---

Nihilominus traditur Petrum crucifixum esse postquam 328[1]
ne paucos quidem menses agnos paverit, cum tamen Iesus dixisset portas inferi non praevalituras contra eum.

### De martyrio Romano ss. Pauli et Petri.

[Ib. 4, 4, 1—2.]

328[2] (1) Ἴδωμεν δ' ἐκεῖνο τὸ ῥηθὲν τῷ Παύλῳ· «Εἶπε δὲ δι' ὁράματος ὁ Κύριος ἐν νυκτὶ τῷ Παύλῳ· μὴ φοβοῦ ἀλλὰ λάλει, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμι καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε» [Act 18, 9 sq]. (2) Καὶ ὅσον οὐδέπω ἐν Ῥώμῃ κρατηθεὶς τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνεται οὗτος ὁ κομψός, ὁ λέγων «ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν» [1 Cor 6, 3]· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Πέτρος, λαβὼν ἐξουσίαν βόσκειν τὰ ἀρνία [cf Io 21, 16], τῷ σταυρῷ προσηλωθεὶς ἀνασκολοπίζεται.

L. c. 74.

## EPISTULA PSENOSIRIS SACERDOTIS

### ex fine tertii vel initio quarti saeculi.

**Papyrus repertus in magna Oasi El-Khargeh (Kysis). Asservatur in museo britannico. Psenosiris nuntiat adventum Politicae, feminae christianae, quae iussu praefecturae Aegyptiacae in magnam Oasim deportata fuit. Cf. *A. Deissmann*, Ein Original Dokument aus der Diokletianischen Christenverfolgung, Tübingen 1902, Mohr.**

329 Ψενοσίρει πρεσ[βυτέ]ρῳ[1] Ἀπόλλωνι | πρεσβυτέρῳ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ | ἐν Κ(υρί)ῳ χαίρειν.

(1) Πρὸ τῶν ὅλων πολλά σε ἀσπάζομαι καὶ τοὺς παρὰ σοὶ πάντας | ἀδελφοὺς ἐν Θ(ε)ῷ. (2) Γινώσκειν | σε θέλω, ἄδελφε, ὅτι οἱ νεκρο-|τάφοι ἐνηνό⸢χ⸣ασιν ἐνθάδε | εἰς τὸ ἔσω τὴν Πολιτικὴν τὴν | πεμφθεῖσαν εἰς Ὄασιν ὑπὸ τῆς ἡγεμονίας. (3) Καὶ [τ]αύ-

Psenosiris sacerdos Apollini sacerdoti, dilecto fratri, in Domino salutem.

(1) Ante omnia plurimum te saluto et omnes qui tecum sunt fratres in Deo. (2) Scire te velim, frater, fossores adduxisse huc ad interiora Politicam, quae a praefectura in Oasim missa fuit. (3) Eamque statim bonis ac fidis fossoribus in custodiam tradidi, donec ve-

---

328[2] (1) Videamus etiam quod dictum est Paulo: *Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere sed loquere, quoniam tecum sum neque quisquam apponetur tibi ut noceat te.* (2) Et vixdum Romae est, mox capitur ac capite plectitur ille callidus, qui dixerat *quoniam angelos iudicabimus!* Atque etiam Petrus, qui potestatem agnos pascendi acceperat, crucifixus ad palum alligatur.

---

[1] = Ψενόσιρις πρεσβύτερος.

την πα|ραδέδωκα τοῖς καλοῖς καὶ πι|στοῖς ἐξαυτῆς τῶν νεκροτά|φων εἰς τήρησιν ἔστ' ἂν ἔλ|θῃ ὁ υἱὸς αὐτῆς Νεῖλος καὶ|ὅταν ἔλθῃ σὺν Θεῷ μαρτυρή|σι[1] σοι περὶ ὧν αὐτὴν πεποι|ήκασιν. (4) Δήλω[σ]ον [δέ]|μοι κ[αὶ σὺ] περὶ ὧν θέλεις ἐνταῦθα|ἡδέως ποιοῦντι.

Ἐρρῶσθαί σε εὔχομαι|ἐν Κ(υρί)ῳ Θ(ε)ῷ.

nerit filius eius Nilus, et quando cum Deo venerit, testabitur tibi omnia, quae matri fecerunt. (4) Sed et tu mihi indica, quid hic fieri velis, nam libenter faciam.

Valere te oro in Domino Deo.

Directio epistulae in verso:

Ἀπόλλωνι × παρὰ Ψενοσίριο[ς]
πρεσβυτέρῳ × πρεσβυτέρου ἐν Κ(υρί)ῳ.

Apollini × a Psenosiri
sacerdoti × sacerdote in Domino.

Edidit *C. Wessely* in Patrologia orientali, curantibus R. Graffin et F. Nau, 4 (Paris 1908, Firmin Didot), 126.

## CONCILIUM ELIBERITANUM[2] 300 (306?).

## CANONES.

### 1. De his qui post baptismum idolis immolaverunt.

Placuit inter eos: Qui post fidem baptismi salutaris 330 adulta aetate ad templum idoli idola⟨tra⟩turus accesserit, et fecerit quod est crimen capitale, quia est summi sceleris, placuit nec in finem eum communionem accipere.

### 2. De sacerdotibus gentilium qui post baptismum immolaverunt.

Flamines qui post fidem lavacri et regenerationis sacri- 331 ficaverunt, eo quod geminaverint scelera accedente homicidio, vel triplicaverint facinus cohaerente moechia, placuit eos nec in finem accipere communionem.

### 3. De iisdem, si idolis munus tantum dederunt.

Item flamines, qui non immolaverint, sed munus tan 332 tum dederint, eo quod se a funestis abstinuerint sacri-

[1] = μαρτυρήσει.

[2] *Elvira*, Hispaniae.

ficiis, placuit in finem iis praestare communionem, acta tamen legitima paenitentia. Item ipsi, si post paenitentiam fuerint moechati, placuit ulterius his non esse dandam communionem, ne illusisse de Dominica communione videantur.

8. De feminis quae relictis viris suis aliis nubunt.

332[1] Item feminae, quae nulla praecedente causa reliquerint viros suos et alteris se copulaverint, nec in finem accipiant communionem.

9. De feminis quae adulteros maritos relinquunt et aliis nubunt.

332[2] Item femina fidelis, quae adulterum maritum reliquerit fidelem et alterum ducit, prohibeatur ne ducat; si duxerit, non prius accipiat communionem, nisi quem reliquit de saeculo exierit, nisi forsitan necessitas infirmitatis dare compulerit.

17. De his qui filias suas sacerdotibus gentilium coniungunt.

333 Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas iunxerint, placuit nec in finem iis dandam esse communionem.

19. De clericis negotia et nundinas sectantibus.

333[1] Episcopi, presbyteri et diacones de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes provincias quaestuosas nundinas sectentur: sane ad victum sibi conquirendum aut filium aut libertum aut mercenarium aut amicum aut quemlibet mittant, et si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

20. De clericis et laicis usurariis.

334 Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit eum degradari et abstineri. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, et promiserit correptus iam se cessaturum nec ulterius exacturum, placuit ei veniam tribui: si vero in ea iniquitate duraverit, ab Ecclesia esse proiciendum.

21. De his qui tardius ad ecclesiam accedunt.

334[1] Si quis in civitate positus tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, pro tempore abstineatur, ut correptus esse videatur.

24. De his qui in peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.

Omnes qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis. 334[2]

25. De epistulis communicatoriis confessorum.

Omnis qui attulerit litteras confessorias, sublato nomine confessoris, eo quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoriae ei dandae sunt litterae. 335

27. De clericis, ut extraneas feminas in domo non habeant.

Episcopus vel quilibet alius clericus aut sororem aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat; extraneam nequaquam habere placuit. 336

31. De adulescentibus qui post lavacrum moechati sunt.

Adulescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint moechati, cum duxerint uxores, acta legitima paenitentia placuit ad communionem eos admitti. 337

32. De presbyteris, ut excommunicatis in necessitate communionem dent.

Apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere paenitentiam non debere, sed potius apud episcopum: cogente tamen infirmitate necesse est presbyterum communionem praestare debere, et diaconem, si ei iusserit sacerdos. 338

33. De episcopis et ministris, ut ab uxoribus abstineant.

Placuit in totum prohibere episcopis, presbyteris et diaconibus vel omnibus clericis positis in ministerio abstinere se a coniugibus suis et non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur. 339

36. Ne picturae in ecclesia fiant.

Placuit picturas in ecclesia esse non debere, ne quod colitur et adoratur in parietibus depingatur. 340

38. Ut in necessitate et fideles baptizent.

Loco peregre navigantes aut si ecclesia proximo non fuerit, posse fidelem, qui lavacrum suum integrum habet 340[1]

nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.

42. De his qui ad fidem veniunt, quando baptizentur.

$340^{2}$ Eos, qui ad primam fidem credulitatis accedunt, si bonae fuerint conversationis, intra biennium temporum placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio velocius subvenire periclitanti vel gratiam postulanti.

48. De baptizatis ut nihil accipiat clerus.

$340^{3}$ Emendari placuit, ut hi qui baptizantur, ut fieri solebat, nummos in concha non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus vel clericis.

55. De sacerdotibus gentilium qui iam non sacrificant.

$340^{4}$ Sacerdotes, qui tantum coronas portant nec sacrificant nec de suis sumptibus aliquid ad idola praestant, placuit post biennium accipere communionem.

56. De magistratibus et duumviris.

$340^{5}$ Magistratus vero uno anno, quo agit duumviratum, prohibendum placet, ut se ab ecclesia cohibeat.

58. De his qui communicatorias litteras portant, ut de fide interrogentur.

341 Placuit ubique et maxime in eo loco, in quo prima cathedra constituta est episcopatus, ut interrogentur hi qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recte habeant suo testimonio comprobata.

60. De his qui destruentes idola occiduntur.

342 Si quis idola fregerit et ibidem fuerit occisus, quatenus in Evangelio scriptum non est neque invenietur sub apostolis umquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum.

62. De aurigis et pantomimis si convertantur.

343 Si auriga aut pantomimus credere voluerint, placuit ut prius artibus suis renuntient, et tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius ad ea non revertantur: qui si facere contra interdictum tentaverint, proiciantur ab Ecclesia.

### 63. De uxoribus quae filios ex adulterio necant.

Si qua per adulterium absente marito suo conceperit idque post facinus occiderit, placuit nec in finem dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus. 343[1]

### 79. De his qui tabulam ludunt.

Si quis fidelis aleam, id est tabulam, luserit nummis, placuit eum abstineri: et si emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari. 344

Lauchert 13 sqq. Hard 1, 247 sqq. Msi 2, 1 sqq. Hf. 1, 155 sqq. HL 1, 1, 221 sqq.

## ARNOBIUS scripsit inter 303 et 305.

### De ineptis accusationibus Christianorum et de propagatione Christianismi.

[Adversus nationes 1, 15, 2 ad 16, 7.]

15. (2) Quid ergo, dicemus iniuriarum nostrarum deos 345
modo memores esse modo esse rursus immemores? (3) Si quo tempore fames est irati esse dicuntur, sequitur ut abundantiae tempore irati et difficiles non sint: atque ita perducitur res eo ut vicibus ludicris et ponant et reponant iras et in integrum se semper offensionum recordatione restituant.

16. (1) Quamquam istud quod dicitur quale sit ex- 346
plicabili non potest comprehensione cognosci. (2) Si Alamannos, Persas, Scythas idcirco voluerunt devinci, quod habitarent et degerent in eorum gentibus Christiani: quemadmodum Romanis tribuere victoriam, cum habitarent et degerent in eorum quoque gentibus Christiani? (3) Si in Asia, Syria idcirco mures et locustas effervescere prodigialiter voluerunt, quod ratione consimili habitarent in eorum gentibus Christiani: in Hispania, Gallia cur eodem tempore horum nihil natum est, cum innumeri viverent in his quoque provinciis Christiani? (4) Si apud Gaetulos, Tingitanos[1] huius rei causa siccitatem satis ariditatemque miserunt, eo anno cur messes amplissimas Mauris Nomadibusque tribuerunt, cum religio similis his quoque in regionibus verteretur? (5) Si in civitate unaqualibet fame plurimos emori nostri nominis aversione fecerunt, cur

---

[1] Ita secundum *Lud. Carrionem.* Cf. ML 5, 737 D.

ibidem annonaria caritate non tantum corporis non nostri, verum etiam Christianos ditiores et locupletissimos reddiderunt? (6) Aut igitur cuncti nihil laetum habere debuerunt, si malorum causa nos sumus, nationibus enim sumus in cunctis, aut cum mixta videatis cum incommodis laeta, desinite nobis adscribere id quod offendit res vestras, cum nihil laetis officiamus et prosperis. (7) Si enim ego ut male sit facio, cur ut bene sit non obsto? Si ut inopia magna sit meum nomen in causa est, cur nihil impedio ut sit feracitas maxima? Si ut in bellis accipiatur vulnus ego dicor adferre fortunam, cur, duelles cum pereant, laevum augurium non sum nec in adversas res bonas mali ominis obscaenitate traduco?

CV 4 (ed. *A. Reifferscheid*), 12 sq. ML 5, 736 sqq.

## PETRUS EP. ALEXANDRINUS obiit 311.

### De Romano martyrio ss. Petri et Pauli.

[Epistula canonica (scripta 306) 9, 9—10.]

347 (9) Οὕτως ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος, πολλάκις συλληφθεὶς καὶ φυλακισθεὶς καὶ ἀτιμασθείς, ὕστερον ἐν Ῥώμῃ ἐσταυρώθη. (10) Καὶ ὁ περιβόητος Παῦλος, πλεονάκις παραδοθεὶς καὶ ἕως θανάτου κινδυνεύσας πολλά τε ἀθλήσας καὶ καυχησάμενος ἐν πολλοῖς διωγμοῖς καὶ θλίψεσιν, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ αὐτὸς μαχαίρᾳ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη.

MG 18, 483 sqq.

## GALERIUS imp. 305—311.

### Edictum indulgentiae «ut denuo sint Christiani», datum Nicomediae d. 30. Aprilis 311.

[Apud *Lactantium*, De mortibus persecutorum 34.]

348 (1) Inter cetera, quae pro rei publicae semper commodis atque utilitate disponimus, nos quidem volueramus antehac iuxta leges veteres et publicam disciplinam Romanorum cuncta corrigere atque id providere, ut etiam

---

347 (9) Ita Petrus apostolorum primus, saepe comprehensus et custodiae traditus ignominiaque affectus, postremo Romae crucifixus est. (10) Similiter et inclytus Paulus, saepe traditus et ad mortem usque in periculum adductus, multa mala perpessus et in multis persecutionibus afflictionibusque gloriatus, in eadem urbe ipse quoque gladio capite multatus est.

Christiani, qui parentum suorum reliquerant sectam, ad bonas mentes redirent. (2) Siquidem quadam ratione tanta eosdem Christianos voluntas invasisset et tanta stultitia occupasset, ut non illa veterum instituta sequerentur, quae forsitan primum parentes eorundem constituerant, sed pro arbitrio suo atque ut isdem erat libitum, ita sibimet leges facerent, quas observarent, et per diversa varios populos congregarent. (3) Denique cum eiusmodi nostra iussio exstitisset, ut ad veterum se instituta conferrent, multi periculo subiugati, multi etiam deturbati sunt.

(4) Atque cum plurimi in proposito perseverarent, ac 349
videremus nec diis eosdem cultum ac religionem debitam exhibere, nec Christianorum deum observare, contemplatione mitissimae nostrae clementiae intuentes et consuetudinem sempiternam, qua solemus cunctis hominibus veniam indulgere, promptissimam in his quoque indulgentiam nostram credidimus porrigendam, ut denuo sint Christiani et conventicula sua componant, ita ut ne quid contra disciplinam agant. (5) Alia autem epistula iudicibus significaturi sumus, quid debeant observare. (6) Unde iuxta hanc indulgentiam nostram debebunt deum suum orare pro salute nostra et rei publicae ac sua, ut undique versum res publica praestetur incolumis et securi vivere in sedibus suis possint.

CV 27 (ed. *S. Brandt* et *G. Laubmann*), 212 sq. ML 7, 249 sq. Cf. *Eus.*, Hist. eccl. 8, 17.

## CONSTANTINUS MAGNUS 313(324)—337.

### Edictum vel potius Rescriptum[1] Mediolanense (313). Initium.

[Apud *Eusebium*, Hist. eccl. 10, 5, 2—3.]

(2) Ἀντίγραφον βασιλικῶν διατάξεων ἐκ Ῥωμαϊκῆς γλώτ- 350
της μεταληφθεισῶν. «Ἤδη μὲν πάλαι σκοποῦντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς θρησκείας οὐκ ἀρνητέαν εἶναι, ἀλλ' ἑνὸς ἑκάστου

---

(2) *Exemplum constitutionis imperatorum (Constantini et Li-* 350
*cinii) ex Romana lingua translatae.* «Iamdudum quidem, cum animadverteremus non esse cohibendam religionis libertatem,

---

[1] Vide de hac quaestione *J. Wittig* in Röm. Quartalschrift, Suppl. 19 (Freiburg 1913) 40—65.

τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ βουλήσει ἐξουσίαν δοτέον τοῦ τὰ θεῖα πράγματα τημελεῖν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἕκαστον, κεκελεύκειμεν τοῖς τε Χριστιανοῖς τῆς αἱρέσεως καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἑαυτῶν τὴν πίστιν φυλάττειν· (3) ἀλλ' ἐπειδὴ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀντιγραφῇ, ἐν ᾗ τοῖς αὐτοῖς συνεχωρήθη ἡ τοιαύτη ἐξουσία, ἐδόκουν προστεθεῖσθαι σαφῶς, τυχὸν ἴσως τινὲς αὐτῶν μετ' ὀλίγον ἀπὸ τῆς τοιαύτης παραφυλάξεως ἀπεκρούοντο.»

CB Eus. 2, 883 sq. MG 20, 879 sqq. Reliquum edictum vide infra.

## Textus rescripti ex exemplari a Licinio edito.

[Apud *Lactantium,* De mortibus persecutorum 48.]

351 (1) Licinius vero accepta exercitus parte ac distributa traiecit exercitum in Bithyniam paucis post pugnam diebus et Nicomediam ingressus gratiam Deo, cuius auxilio vicerat, retulit ac die Iduum Iuniarum Constantino atque ipso ter consulibus de restituenda Ecclesia huiusmodi litteras ad praesidem datas proponi iussit:

352 (2) «Cum feliciter tam ego Constantinus Augustus quam etiam ego Licinius Augustus apud Mediolanum convenissemus atque universa quae ad commoda et securitatem publicam pertinerent, in tractatu haberemus, haec inter cetera quae videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda esse credidimus, quibus divinitatis reverentia continebatur, ut daremus et Christianis et omnibus liberam potestatem sequendi religionem quam quisque voluisset, quo quidquid ⟨est⟩[1] divinitatis in sede caelesti, nobis atque omnibus qui sub potestate nostra sunt constituti, placatum ac propitium possit exsistere. (3) Itaque hoc consilium salubri ac rectissima ratione ineundum esse credidimus, ut nulli omnino facultatem abnegandam putaremus, qui vel observationi Christianorum

---

sed uniuscuiusque arbitrio ac voluntati permittendum, ut ex animi sui sententia rebus divinis operam daret, sanximus ut tum ceteri omnes tum Christiani sectae ac religionis suae fidem atque observantiam retinerent. (3) Sed quoniam in eo rescripto, quo haec facultas illis concessa fuerat, multae ac diversae sectae diserte ac nominatim additae videbantur, quidam eorum ob hanc fortasse causam paulo post ab huiusmodi observantia destiterunt.»

---

[1] Quae uncis includuntur, ex *Eusebio,* Hist. eccl. 10, 5, 4 sqq., suppleta sunt.

vel ei religioni mentem suam dederat quam ipse sibi aptissimam esse sentiret, ut possit nobis summa divinitas, cuius religioni liberis mentibus obsequimur, in omnibus solitum favorem suum benevolentiamque praestare. (4) Quare scire dicationem tuam convenit placuisse nobis, ut amotis omnibus omnino condicionibus, quae prius scriptis ad officium tuum datis super Christianorum nomine ⟨continebantur, et quae prorsus sinistra et a nostra clementia aliena esse⟩ videbantur, ⟨ea removeantur, et⟩ nunc libere ac simpliciter unusquisque eorum, qui eandem observandae religionis Christianorum gerunt voluntatem, citra ullam inquietudinem ac molestiam sui id ipsum observare contendant. (5) Quae sollicitudini tuae plenissime significanda esse credidimus, quo scires nos liberam atque absolutam colendae religionis suae facultatem iisdem Christianis dedisse. (6) Quod cum iisdem a nobis indultum esse pervideas, intellegit dicatio tua etiam aliis religionis suae vel observantiae potestatem similiter apertam et liberam pro quiete temporis nostri ⟨esse⟩ concessam, ut in colendo quod quisque delegerit, habeat liberam facultatem. ⟨Quod a nobis factum est, ut neque cuiquam⟩ honori neque cuiquam religioni ⟨detractum⟩ aliquid a nobis ⟨videatur⟩.

(7) Atque hoc insuper in persona Christianorum statu- 353
endum esse censuimus, quod, si eadem loca, ad quae antea convenire consuerant, de quibus etiam datis ad officium tuum litteris certa antehac forma fuerat comprehensa, priore tempore aliqui vel a fisco nostro vel ab alio quocumque videntur esse mercati, eadem Christianis sine pecunia et sine ulla pretii petitione, postposita omni frustratione atque ambiguitate, restituant, (8) qui etiam dono fuerunt consecuti, eadem similiter iisdem Christianis quantocius reddant, etiam vel hi qui emerunt vel qui dono fuerunt consecuti, si petiverint de nostra benevolentia aliquid, vicarium postulent, quo et ipsis per nostram clementiam consulatur. Quae omnia corpori Christianorum protinus per intercessionem tuam ac sine mora tradi oportebit. (9) Et quoniam iidem Christiani non ea loca tantum, ad quae convenire consuerunt, sed alia etiam habuisse noscuntur ad ius corporis eorum id est Ecclesiarum, non hominum singulorum, pertinentia, ea omnia lege quam superius comprehendimus, citra ullam

prorsus ambiguitatem vel controversiam iisdem Christianis id est corpori et conventiculis eorum reddi iubebis, supra dicta scilicet ratione servata, ut ii qui eadem sine pretio sicut diximus restituant, indemnitatem de nostra benevolentia sperent. (10) In quibus omnibus supra dicto corpori Christianorum intercessionem tuam efficacissimam exhibere debebis, ut praeceptum nostrum quantocius compleatur, quo etiam in hoc per clementiam nostram quieti publicae consulatur. (11) Hactenus fiet, ut, sicut superius comprehensum est, divinus iuxta nos favor, quem in tantis sumus rebus experti, per omne tempus prospere successibus nostris cum beatitudine publica perseveret. (12) Ut autem huius sanctionis <et> benevolentiae nostrae forma ad omnium possit pervenire notitiam, prolata programmate tuo haec scripta et ubique proponere et ad omnium scientiam te perferre conveniet, ut huius nostrae benevolentiae sanctio latere non possit.»

354 (13) His litteris propositis etiam verbo hortatus est, ut conventicula <in> statum pristinum redderentur. Sic ab eversa Ecclesia usque ad restitutam fuerunt anni decem, menses plus minus quattuor.

CV 27, 228 sqq. ML 7, 267 sqq.

## Convocatio Concilii Romani 313.

[Apud *Eusebium*, Hist. eccl. 10, 5, 18—20]

355 Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων καὶ Μάρκῳ.

(18) Ἐπειδὴ τοιοῦτοι χάρται παρὰ Ἀνυλίνου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου τῆς Ἀφρικῆς πρός με πλείους ἀπεστάλησαν, ἐν οἷς ἐμφέρεται Καικιλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τῆς Χαρταγενησίων πόλεως παρά τινων κολλήγων αὐτοῦ τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καθεστώτων ἐν πολλοῖς πράγμασιν εὐθύνεσθαι, καὶ τοῦτό μοι βαρὺ σφόδρα δοκεῖ τὸ ἐν ταύταις ταῖς ἐπαρχίαις, ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαιρέτως ἡ θεία

---

355 Constantinus Augustus Miltiadi episcopo urbis Romae et Marco.

(18) Quoniam huiusmodi plures libelli a viro clarissimo Anulino Africae proconsule ad me sunt missi, in quibus continetur Caecilianum Carthaginiensium urbis episcopum a quibusdam collegis suis per Africam constitutis multis de causis insimulari; quod quidem permolestum mihi videtur, in istis provinciis, quas divina Providentia Meae Devotioni spontanea

πρόνοια ἐνεχείρισεν κἀκεῖσε πολὺ πλῆθος λαοῦ, ὄχλον ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἐπιμένοντα εὑρίσκεσθαι ὡς ἂν εἰ διχοστατοῦντα καὶ μεταξὺ ἐπισκόπους διαφορὰς ἔχειν, (19) ἔδοξέ μοι ἵν' αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων τῶν αὐτὸν εὐθύνειν δοκούντων καὶ δέκα ἑτέρων οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῷ ἀπιέναι, ἵν' ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετικίου καὶ Ματέρνου καὶ Μαρίνου, τῶν κολλήγων ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι, ὡς ἂν καταμάθοιτε τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἁρμόττειν.

(20) Ἵνα μέντοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν τούτων πλη- 356
ρεστάτην δυνηθῆτε ἔχειν γνῶσιν, τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρός με παρὰ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων γράμμασιν ἐμοῖς ὑποτάξας, πρὸς τοὺς προειρημένους κολλήγας ὑμῶν ἐξέπεμψα· οἷς ἐντυχοῦσα ἡ ὑμετέρα στερρότης δοκιμάσει ὄντινα χρὴ τρόπον τὴν προειρημένην δίκην ἐπιμελέστατα διευκρινῆσαι καὶ κατὰ τὸ δίκαιον τερματίσαι, ὁπότε μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν λανθάνει τοσαύτην με αἰδῶ τῇ ἐνθέσμῳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπονέμειν, ὡς μηδὲν καθόλου σχίσμα ἢ διχοστασίαν ἔν τινι τόπῳ βούλεσθαί με ὑμᾶς καταλιπεῖν. Ἡ θειότης ὑμᾶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ διαφυλάξει πολλοῖς ἔτεσι, τιμιώτατε.

CB Eus. 2 (ed. *Ed. Schwartz*), 887 sq. MG 20, 885 sqq.

---

deditione tradidit, et in quibus maxima est populi multitudo, plebem quasi in duas partes divisam ad deteriora deflectere, et episcopos inter se dissentire: (19) Placuit mihi ut idem Caecilianus una cum decem episcopis qui accusare ipsum videntur, et cum decem aliis quos ipse ad suam causam necessarios esse iudicaverit, Romam naviget: ut ibi coram vobis et coram Reticio, Materno ac Marino collegis vestris, quos ea causa Romam properare iussi, possit audiri, quemadmodum sanctissimae legi convenire optime nostis.

(20) Porro ut totius negotii plenissimam valeatis haurire 356
notitiam, exempla libellorum ab Anulino ad me missorum, litteris meis subiecta ad collegas vestros supradictos transmisi. Quibus lectis perpendet Gravitas Vestra, quonam modo supra memorata controversia accuratissime diiudicanda sit, et ex praescripto iustitiae terminanda. Siquidem nec Tuam Sedulitatem latet, tantam a me reverentiam legitimae Ecclesiae catholicae exhiberi, ut generaliter nullum schisma aut dissidium ullibi a vobis relinqui velim. Divinitas summi Dei multis vos annis servabit, carissime.

## Convocatio Concilii Arelatensis 314.

[Ib. 10, 5, 21—24.]

357 Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων.

(21) Ἤδη μὲν πρότερον, ὅτε φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ τῆς θρησκείας τῆς ἁγίας καὶ ἐπουρανίου δυνάμεως καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς καθολικῆς ἀποδιίστασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουληθεὶς τὰς τοιαύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διατετυπώκειν ὥστε ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τούτων κληθέντων ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς τῶν ἐξ ἐναντίας μοίρας καταλλήλως ἐνστατικῶς καὶ ἐπιμόνως διαγωνιζομένων, παρόντος τε καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, τοῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινῆσθαι, δυνηθῇ ὑπὸ τῆς παρουσίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελοῦς διακρίσεως κατορθώσεως τυχεῖν. (22) Ἀλλ' ἐπειδή, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοί τινες καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας καὶ τοῦ σεβάσματος τοῦ ὀφειλομένου τῇ ἁγιωτάτῃ αἱρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βουλόμενοι τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι καὶ διοριζόμενοι ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν ἢ καὶ μὴ πρότερον ἁπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι ἀκριβῶς ἐξετασθέντων πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν, ἔκ τε τούτων ἁπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τούτους αὐτοὺς ἀδελφι-

---

357 Constantinus Augustus Chresto Syracusanorum episcopo.

(21) Iam quidem antea cum nonnulli pravo ac perverso animo a sancta religione caelestique virtute et ab Ecclesiae catholicae sententia dissidere coepissent, huiusmodi eorum contentionem praecidere cupiens, ita constitueram, ut missis e Gallia quibusdam episcopis, accitis etiam vicissim ex Africa iis qui ex adversa parte vehementer et constanter obstabant, praesente quoque Romanae urbis episcopo, id quod commotum fuisse videbatur, sub horum praesentia posset diligentissima examinatione componi. (22) Sed quoniam nonnulli, ut fere fit, et propriae salutis et venerationis, quae sanctissimae fidei debetur, obliti, privatas adhuc simultates prorogare non cessant: prolatae iam sententiae acquiescere nolentes, asserentesque paucos admodum episcopos sententiam tulisse, qui nec omnibus quae prius inquiri oportebat diligenter excussis, ad depromendum iudicium properanter accessissent. Unde fit ut et ipsi, quos concordi ac fraterno inter se animo

κὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν αἰσχρῶς, μᾶλλον δὲ μυσερῶς ἀλλήλων ἀποδιεστάναι καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ταύτης πρόφασιν χλεύης διδόναι, — ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο, ὅπως τοῦτο ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἤδη κρίσιν αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦσθαι, κἂν νῦν ποτε δυνηθῇ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν.

(23) Ἐπειδὴ τοίνυν πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθή- 358
των τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν Ἀρελατησίων πόλιν εἴσω Καλανδῶν Αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν, καὶ σοὶ γράψαι ἐνομίσαμεν, ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου Λατρωνιανοῦ τοῦ κονρήκτορος Σικελίας δημόσιον ὄχημα, συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου, οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς, ἀλλὰ μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπηρετήσασθαι παραλαβών, εἴσω τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον, (24) ὡς ἂν διά τε τῆς σῆς στερρότητος καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως καὶ τοῦτο ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦρο φαύλως δι' αἰσχράς τινας ζυγομαχίας παραμεμένηκεν, ἀκουσθέντων πάντων τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ' ἀλλήλων διεστώτων, οὕσπερ ὁμοίως παρεῖναι ἐκελεύσαμεν, δυνηθῇ εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν

---

esse decuerat, turpi seu potius detestanda secessione dissideant, et iis hominibus qui a sanctissima religione alieno sunt animo, subsannandi occasio praebeatur. Idcirco mihi sedulo providendum fuit, ut haec quae post depromptum iudicium voluntaria assensione iam finita esse debuerant, nunc tandem multorum interventu finem possint accipere.

(23) Quoniam igitur plurimos ex diversis ac prope infinitis 358
locis episcopos in urbem Arelatensem intra Kalendas Augusti iussimus convenire: tibi quoque scribendum esse censuimus, ut accepto publico vehiculo a viro clarissimo Latroniano correctore Siciliae, adiunctis tibi duobus secundi ordinis quos tu eligendos putaveris, tribus item servulis qui in itinere vobis ministrare possint, intra eundem diem ad praedictum locum occurras; (24) quo tum per Tuam Gravitatem, tum per ceterorum in unum coeuntium unanimem concordemque sollertiam controversia haec quae per foedissimam altercationem ad hoc usque temporis perduravit, auditis omnibus eorum qui nunc inter se dissident, quos etiam adesse iussimus, allegationibus, ad congruam religionis et fidei observantiam fraternam-

ἀδελφικήν τε ὁμόνοιαν κἂν βραδέως ἀνακληθῆναι. Ὑγιαίνοντά σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξει ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν.

CB Eus. 2, 888 sqq. MG 20, 887 sqq.

## Largitiones Ecclesiis catholicis factae.

[Epistula ad Caecilianum ep. Carthaginiensem, ib. 10, 6]

359 Κωνσταντῖνος Αὔγουστος Καικιλιανῷ ἐπισκόπῳ Χαρταγένης.

(1) Ἐπειδήπερ ἤρεσεν κατὰ πάσας ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικὰς καὶ τὰς Νουμιδίας καὶ τὰς Μαυριτανίας, ῥητοῖς τισι τῶν ὑπηρετῶν τῆς ἐνθέσμου καὶ ἁγιωτάτης καθολικῆς θρησκείας εἰς ἀναλώματα ἐπιχορηγηθῆναί τι, ἔδωκα γράμματα πρὸς Οὖρσον τὸν διασημότατον καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ, ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. (2) Σὺ τοίνυν, ἡνίκα τὴν προδηλουμένην ποσότητα τῶν χρημάτων ὑποδεχθῆναι ποιήσεις, ἅπασι τοῖς προειρημένοις κατὰ τὸ βρέουιον τὸ πρὸς σὲ παρὰ Ὁσίου ἀποσταλὲν ταῦτα τὰ χρήματα διαδοθῆναι κέλευσον. (3) Εἰ δ' ἄρα πρὸς τὸ συμπληρωθῆναί μου τὴν εἰς τοῦτο περὶ ἅπαντας αὐτοὺς προαίρεσιν ἐνδεῖν τι καταμάθοις, παρὰ Ἡρακλείδα τοῦ ἐπιτρόπου τῶν ἡμετέρων κτημάτων ἀναμφιλέκτως, ὅπερ ἀναγκαῖον εἶναι καταμάθοις, αἰτῆσαι ὀφείλεις. Καὶ γὰρ παρόντι αὐτῷ προσ-

---

que concordiam tandem aliquando possit revocari. Incolumem te Deus omnipotens diutissime servabit.

359 Constantinus Augustus Caeciliano episcopo Carthaginis.

(1) Quandoquidem placuit nobis, ut per omnes provincias Africae, Numidiae et utriusque Mauritaniae certis quibusdam legitimae et sanctissimae religionis catholicae ministris ad sumptus necessarios aliquid praeberetur, litteras dedi ad Ursum virum perfectissimum rationalem Africae, eique significavi ut ter mille folles Tuae Gravitati numerari curaret. (2) Tu itaque ubi praedictam summam acceperis, operam dabis, ut cunctis supra memoratis iuxta breve ab Hosio ad te directum ea pecunia dividatur. (3) Quodsi forte ad meum erga vos omnes in hac parte studium explendum deesse aliquid intellexeris, incunctanter quidquid necessarium tibi videbitur, ab Heraclida procuratore praediorum nostrorum petere debes. Nam et ipsi coram mandavi, ut, si quid pe-

ἔταξα, ἵν' εἴ τι ἂν χρημάτων παρ' αὐτοῦ ἡ σὴ στερρότης αἰτήσῃ, ἄνευ δισταγμοῦ τινος ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ.

(4) Καὶ ἐπειδὴ ἐπυθόμην τινὰς μὴ καθεστώσης διανοίας 360
τυγχάνοντας ἀνθρώπους τὸν λαὸν τῆς ἁγιωτάτης καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας φαύλῃ τινὶ ὑπονοθεύσει βούλεσθαι διαστρέφειν, γίνωσκέ με Ἀνυλίνῳ ἀνθυπάτῳ, ἀλλὰ μὴν καὶ Πατρικίῳ τῷ οὐικαρίῳ τῶν ἐπάρχων παροῦσι τοιαύτας ἐντολὰς δεδωκέναι, ἵν' ἐν τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ τούτου μάλιστα τὴν προσήκουσαν φροντίδα ποιήσωνται καὶ μὴ ἀνάσχωνται περιορᾶν τοιοῦτο γινόμενον. (5) Διόπερ, εἴ τινας τοιούτους ἀνθρώπους ἐν αὐτῇ τῇ μανίᾳ ἐπιμένειν κατίδοις, ἄνευ τινὸς ἀμφιβολίας τοῖς προειρημένοις δικασταῖς πρόσελθε καὶ αὐτὸ τοῦτο προσανένεγκε, ὅπως αὐτοὺς ἐκεῖνοι, καθάπερ αὐτοῖς παροῦσιν ἐκέλευσα, ἐπιστρέψωσιν. Ἡ θειότης τοῦ μεγάλου Θεοῦ σε διαφυλάξει ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν.

CB Eus. 2, 890. MG 20, 891 sqq.

## Clerus a muneribus publicis eximitur.

[Ib. 10, 7.]

Χαῖρε, Ἀνυλῖνε, τιμιώτατε ἡμῖν. 361

(1) Ἐπειδὴ ἐκ πλειόνων πραγμάτων φαίνεται παρεξουθενηθεῖσαν τὴν θρῃσκείαν, ἐν ᾗ ἡ κορυφαία τῆς ἁγιωτάτης ἐπουρανίου αἰδὼς φυλάττεται, μεγάλους κινδύνους ἐνηνοχέναι τοῖς δημοσίοις πράγμασιν αὐτήν τε ταύτην ἐνθέσμως

---

cuniae Gravitas Tua ab ipso postularet, absque ulla dubitatione dinumerandum tibi curaret.

(4) Et quoniam accepi quosdam non satis compositae mentis 360
homines id agere, ut sanctissimae et catholicae Ecclesiae populum improba atque adulterina falsitate corrumpant: scias me Anulino proconsuli et Patricio vicario praefectorum coram haec dedisse mandata, ut inter cetera huius rei competentem curam gerant nec si quid eiusmodi agatur, neglegere ac dissimulare sustineant. (5) Itaque si quos eiuscemodi homines in hac amentia perseverare conspexeris, absque ulla haesitatione supradictos iudices adibis idque ipsis referes, ut in eos, quemadmodum ipsis coram mandavi, animadvertant. Divinitas summi Dei multis annis te servabit.

Ave, Anuline, carissime nobis. 361

(1) Cum ex multis rebus constet, religionem illam in qua summa divinae maiestatis reverentia custoditur, spretam quidem maxima reipublicae importasse discrimina, eandem vero rite susceptam ac custoditam et nomini Romano maximam

ἀναληφθεῖσαν καὶ φυλαττομένην μεγίστην εὐτυχίαν τῷ Ῥωμαϊκῷ ὀνόματι καὶ σύμπασι τοῖς τῶν ἀνθρώπων πράγμασιν ἐξαίρετον εὐδαιμονίαν παρεσχηκέναι, τῶν θείων εὐεργεσιῶν τοῦτο παρεχουσῶν, ἔδοξεν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας τοὺς τῇ ὀφειλομένῃ ἁγιότητι καὶ τῇ τοῦ νόμου τούτου παρεδρίᾳ τὰς ὑπηρεσίας τὰς ἐξ αὐτῶν τῇ τῆς θείας θρησκείας θεραπείᾳ παρέχοντας τῶν καμάτων τῶν ἰδίων τὰ ἔπαθλα κομίσασθαι, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε. (2) Διόπερ ἐκείνους τοὺς εἴσω τῆς ἐπαρχίας τῆς σοι πεπιστευμένης ἐν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ᾗ Καικιλιανὸς ἐφέστηκεν, τὴν ἐξ αὐτῶν ὑπηρεσίαν, τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ θρησκείᾳ παρέχοντας, οὕσπερ κληρικοὺς ἐπονομάζειν εἰώθασιν, ἀπὸ πάντων ἅπαξ ἁπλῶς τῶν λειτουργιῶν βούλομαι ἀλειτουργήτους διαφυλαχθῆναι, ὅπως μὴ διά τινος πλάνης ἢ ἐξολισθήσεως ἱεροσύλου ἀπὸ τῆς θεραπείας τῆς τῇ θειότητι ὀφειλομένης ἀφέλκωνται, ἀλλὰ μᾶλλον ἄνευ τινὸς ἐνοχλήσεως τῷ ἰδίῳ νόμῳ ἐξυπηρετῶνται, ὧνπερ μεγίστην περὶ τὸ θεῖον λατρείαν ποιουμένων πλεῖστον ὅσον τοῖς κοινοῖς πράγμασι συνοίσειν δοκεῖ. Ἔρρωσο, Ἀνυλῖνε, τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν.

CB Eus. 2, 891. MG 20, 893 sq.

## Edictum contra Arium eiusque scripta 325.

[Apud *Socratem*, Hist. eccl. 1, 9.]

362 Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστός, ἐπισκόποις καὶ λαοῖς.

---

prosperitatem, et cunctis mortalium rebus, divina id tribuente beneficentia, praecipuam felicitatem contulisse: placuit ut homines illi qui cum debita sanctimonia et assidua huius legis observantia ministerium suum divinae religionis cultui exhibent, laborum suorum mercedem reportent, Anuline carissime. (2) Quocirca eos homines qui intra provinciam tibi creditam in Ecclesia catholica cui Caecilianus praeest, huic sanctissimae religioni ministrant, quos clericos vocare consueverunt, ab omnibus omnino publicis functionibus immunes volumus conservari, ne errore aliquo aut casu sacrilego a cultu summae divinitati debito abstrahantur; sed ut potius absque ulla inquietudine propriae legi deserviant. Quippe his summam venerationem divino numini exhibentibus, maximum inde emolumentum rei publicae videtur accedere. Vale, Anuline, carissime et desideratissime nobis.

362 Victor Constantinus, Maximus, Augustus, episcopis et plebibus.

(1) Τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Ἄρειος, δίκαιός ἐστι τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέχειν ἀτιμίαν. (2) Ὥσπερ τοίνυν Πορφύριος ὁ τῆς θεοσεβείας ἐχθρός, συντάγματα παράνομα κατὰ τῆς θρησκείας συστησάμενος, ἄξιον εὕρετο μισθόν, καὶ τοιοῦτον, ὥστε ἐπονείδιστον μὲν αὐτὸν πρὸς τὸν ἑξῆς γενέσθαι χρόνον, καὶ πλείστης ἀναπλησθῆναι κακοδοξίας, ἀφανισθῆναι δὲ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· οὕτω καὶ νῦν ἔδοξεν Ἄρειόν τε καὶ τοὺς Ἀρείου ὁμογνώμονας Πορφυριανοὺς μὲν καλεῖσθαι, ἵν' ὧν τοὺς τρόπους μεμίμηνται, τούτων ἔχωσι καὶ τὴν προσηγορίαν. (3) Πρὸς δὲ τούτοις καὶ εἴ τι σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συντεταγμένον εὑρίσκοιτο, τοῦτο πυρὶ παραδίδοσθαι· ἵνα μὴ μόνον τὰ φαῦλα αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ἀφανισθείη, ἀλλὰ μηδὲ ὑπόμνημα αὐτοῦ ὅλως ὑπολείποιτο. (4) Ἐκεῖνο μέντοι προαγορεύω, ὡς εἴ τις σύγγραμμα ὑπὸ Ἀρείου συνταγὲν φωραθείη κρύψας, καὶ μὴ εὐθέως προσενεγκὼν πυρὶ καταναλώσῃ, τούτῳ θάνατος ἔσται ἡ ζημία· παραχρῆμα γὰρ ἁλοὺς ἐπὶ τούτῳ, κεφαλικὴν ὑποστήσεται τιμωρίαν. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι.

MG 67, 87 sq.

## INCERTI PANEGYRICUS CONSTANTINO AUGUSTO dictus 313.

### De victoria ad pontem Mulvium (28. Oct. 312).

[Cap. 2 et 3, 1—3.]

(1) Ac primum illud arripiam quod credo adhuc ne- 363
minem ausum fuisse, ut ante de constantia expeditionis

---

(1) Cum malos et impios homines imitatus sit Arius, eandem cum illis poenam infamiae meretur subire. (2) Quemadmodum ergo Porphyrius verae pietatis inimicus, compositis adversus Christianam religionem nefariis voluminibus, dignam mercedem retulit, ut et ipse infamis sit apud posteros, multisque appetitus opprobriis, et impii eius libri penitus fuerint aboliti: ita nunc placuit Arium sectatoresque eius Porphyrianos vocari, ut, quorum imitati sunt mores, eorum etiam vocabulo appellentur. (3) Praeterea, si quis forte liber ab Ario conscriptus reperiatur, flammis eum absumi praecipimus: ut non solum prava illius doctrina funditus aboleatur, sed ne monumentum quidem eius ullum posteritati relinquatur. (4) Illud etiam denuntio, quod, si quis librum ab Ario compositum occultasse deprehensus sit nec eum statim oblatum igne combusserit, mortis poenam subibit: simul atque enim in hoc facinore fuerit deprehensus, capitali supplicio ferietur. Divinitas vos servet.

tuae dicam quam de laude victoriae. (2) Transacto enim motu adversi hominis[1] et offensione revocata utar libertate erga te nostri amoris, quem tunc inter metus et rei publicae vota suspendimus. (3) Tene, imperator, tantum animo potuisse praesumere ut bellum tantis opibus, tanto consensu avaritiae, tanta scelerum contagione, tanta veniae desperatione conflatum quiescentibus cunctantibusque tunc imperii tui sociis primus invaderes? (4) Quisnam te deus, quae tam praesens hortata est maiestas ut, omnibus fere tuis comitibus et ducibus non solum tacite mussantibus, sed etiam aperte timentibus, contra consilia hominum, contra haruspicum monita ipse per temet liberandae urbis tempus venisse sentires? (5) Habes profecto aliquod cum illa mente divina, Constantine, secretum, quae, delegata nostri diis minoribus cura, uni se tibi dignatur ostendere. Alioquin, fortissime imperator, sic quoque cum viceris, redde rationem. (6) Rhenum tu quidem toto limite dispositis exercitibus tutum reliqueras, sed hoc maiores pro te suscepimus metus quod nobis potius quam tibi consulebas nostramque pacem magis quam bellum quod aggrediebare firmaveras.

363[1] 3. (1) Ne tu, imperator, nimio nostri amore nescisti ad securitatem nobis vere providere, qui non omnia tecum arma movisti, cum tua conservatio salus nostra sit. (2) Et quid opus erat ipsi Rheno instructis et militibus et classibus, quem iam pridem barbaris nationibus virtutis tuae terror obstruxerat? An ostentare voluisti diligentiam tuam, divisis copiis inter custodiam pacis et belli? Aut etiam iactanter et gloriose probare liberandae urbi te sufficere cum paucis? (3) Vix enim quarta parte exercitus contra centum milia armatorum hostium Alpes transgressus es, ut appareret penitus considerantibus (id quod nos fugit in amore trepidantes) non dubiam te sed promissam divinitus petere victoriam.

XII Panegyrici latini ed. *Guil. Baehrens* (Lipsiae 1911, BT) 290 sq.

---

[1] *Editiones antiquae*: «Transacto enim metu adversi ominis.» Cf. *A. Knöpfler* in Hist. pol. Bl 141 (1908), 194.

## LUCIUS CAELIUS FIRMIANUS LACTANTIUS
obiit post 317.

### De persecutione Neronis et martyrio ss. Petri et Pauli.
[De mortibus persecutorum (scriptus circa 314) 2, 5—6]

(5) Cumque iam Nero imperaret, Petrus Romam 364
advenit et editis quibusdam miraculis, quae virtute ipsius
Dei data sibi ab eo potestate faciebat, convertit multos
ad iustitiam Deoque templum fidele ac stabile collocavit.
(6) Qua re ad Neronem delata cum animadverteret non
modo Romae sed ubique quotidie magnam multitudinem
deficere a cultu idolorum et ad religionem novam dam-
nata vetustate transire, ut erat execrabilis ac nocens
tyrannus prosilivit ad excidendum caeleste templum
delendamque iustitiam et primus omnium persecutus Dei
servos Petrum cruci adfixit, Paulum interfecit.

CV 27 (ed. *S. Brandt* et *G. Laubmann*), 174 sq. ML 7, 195 sqq.

### De visione Constantini M.
[Ib. 44, 1—7.]

(1) Iam mota inter eos fuerant arma civilia. Et quamvis 365
se Maxentius Romae contineret, quod responsum acce-
perat periturum esse, si extra portas urbis exisset, tamen
bellum per idoneos duces gerebatur. (2) Plus virium
Maxentio erat, quod et patris sui exercitum receperat
a Severo et suum proprium de Mauris atque Gaetulis
nuper extraxerat. (3) Dimicatum, et Maxentiani milites
praevalebant, donec postea confirmato animo Constan-
tinus et ad utrumque paratus copias omnes ad urbem
propius admovit et e regione pontis Mulvii consedit.

(4) Imminebat dies, quo Maxentius imperium ceperat, 366
qui est a. d. sextum Kalendas Novembres, et quinquennalia
terminabantur. (5) Commonitus est in quiete Constan-
tinus, ut caeleste signum Dei notaret in scutis atque
ita proelium committeret. Facit ut iussus est et trans-
versa X littera, summo capite circumflexo, Christum in
scutis notat. (6) Quo signo armatus exercitus capit ferrum.
Procedit hostis obviam sine imperatore pontemque trans-
greditur. Acies pari fronte concurrunt, summa vi utrim-
que pugnatur: «Neque his fuga nota neque illis» [*Vergil.*
Aen. 10, 757]. (7) Fit in urbe seditio et dux increpitatur

velut desertor salutis publicae, cumque <conspiceretur>[1], repente populus (Circenses enim natali suo edebat) una voce subclamat Constantinum vinci non posse.

CV 27, 223 sq. ML 7, 260 sq.

# CONCILIUM ARELATENSE[2] I 314.

## CANONES.

### Inscriptio.

367 Domino sanctissimo fratri Silvestro Marinus vel coetus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi. Quid decrev<er>imus communi consilio caritati tuae significamus, ut omnes sciant quid in futurum observare debeant.

### 1. Ut uno die et tempore Pascha celebretur.

368 Primo loco de observatione Paschae Domini, ut uno die et uno tempore per omnem orbem a nobis observetur et iuxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

### 2. Ut ubi quisque ordinatur ibi permaneat.

369 De his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

### 4. Ut aurigae dum agitant excommunicentur.

369[1] De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu agitant, a communione separari.

### 5. Ut theatrici quamdiu agunt excommunicentur.

369[2] De theatricis, et ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari.

### 7. De fidelibus qui praesides fiunt vel rem publicam agere volunt.

370 De praesidibus qui fideles ad praesidatum prosiliunt, placuit ut, cum promoti fuerint, litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen ut, in quibuscumque locis gesserint, ab episcopo eiusdem loci cura illis agatur

---

[1] Addit *Branat.* [2] *Arles,* Galliae.

et, cum coeperint contra disciplinam agere, tum demum a communione excludantur. Similiter et de his qui rem publicam agere volunt.

8. De baptismo eorum qui ab haeresi convertuntur.

De Afris, quod propria lege sua utuntur ut rebaptizent, 371
placuit, ut, si ad Ecclesiam aliquis de haeresi venerit, interrogent eum symbolum; et si perviderint eum in Patre et Filio et Spiritu Sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur ut accipiat Spiritum Sanctum. Quodsi interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur.

13. De iis qui Scripturas Sacras, vasa dominica vel nomina fratrum tradidisse dicuntur.

De his qui Scripturas Sanctas tradidisse dicuntur vel 372
vasa dominica vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, et hi quos ordinaverunt rationales subsistunt, non illis obsit ordinatio. Et quoniam multi sunt qui contra ecclesiasticam regulam pugnare videntur et per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, omnino non admittantur, nisi, ut supra diximus, actis publicis docuerint.

15. Ut diacones non offerant.

De diaconibus quos cognovimus multis locis offerre, 373
placuit minime fieri debere.

19. Ut peregrinis episcopis locus sacrificandi detur.

De episcopis peregrinis, qui in urbem solent venire, 373[1]
placuit eis locum dari, ut offerant.

20. Ut sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.

De his qui usurpant sibi quod soli debeant episcopos 374
ordinare, placuit, ut nullus hoc sibi praesumat nisi assumptis secum aliis septem episcopis. Si tamen non potuerit septem, infra tres non audeat ordinare.

Lauchert 26 sqq. Hard. 1, 263 sqq. Msi 2, 470 sqq. Hf. 1, 205 sqq. HL 1, 1, 280 sqq.

# CONCILIUM ANCYRANUM[1] 314.

## CANONES.

### 4. De his qui laetiore habitu in templis idolorum cenaverunt.

375 Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ τῶν δειπνησάντων εἰς τὰ εἴδωλα, ὅσοι μὲν ἀπαγόμενοι καὶ σχήματι φαιδροτέρῳ ἀνῆλθον καὶ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυτελεστέρᾳ καὶ μετέσχον τοῦ παρασκευασθέντος δείπνου ἀδιαφόρως, ἔδοξεν ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, καὶ τότε ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον.

### 5. De his qui veste lugubri et flentes templa ascenderunt.

376 Ὅσοι δὲ ἀνῆλθον μετὰ ἐσθῆτος πενθικῆς καὶ ἀναπεσόντες ἔφαγον μεταξὺ δι' ὅλης τῆς ἀνακλίσεως δακρύοντες, εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον, χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν· εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη τῷ τρίτῳ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὸ τέλειον τῇ τετραετίᾳ λάβωσι, τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δοκιμάσαντας φιλανθρωπεύεσθαι ἢ πλείονα προστιθέναι χρόνον· πρὸ πάντων

---

[Versio Dionysii Exigui.]

375 De his qui sacrificare coacti sunt, insuper et cenaverunt in idolio, quicumque eorum, cum ducerentur, laetiore habitu fuerunt, et vestimentis pretiosioribus usi sunt, et praeparatae cenae indifferenter participes exstiterunt: placuit eos inter audientes uno anno constitui; succumbere vero tribus annis; in oratione autem communicare biennio; et tunc ad perfectionis gratiam pervenire.

376 Quotquot autem ascenderunt templa veste lugubri, et recumbentes per omne tempus flevere discubitus, si compleverunt substrationis triennium, sine oblatione suscipiantur. Si autem non manducaverunt, biennio substrati, tertio anno sine oblatione communicent, ut perfectionem quadriennio consequantur. Penes autem episcopos erit potestas, modum conversationis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus adicere. Ante omnia vero

---

[1] *Ancyra*, Galatiae.

δὲ καὶ ὁ προάγων βίος καὶ ὁ μετὰ ταῦτα ἐξεταζέσθω, καὶ οὕτως ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω.

6. De his qui timore ritus gentilium peregerunt.

Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως καὶ ἀφαιρέ- 377
σεως ὑπαρχόντων ἢ μετοικίας ‹αὶ θυσάντων καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενομένων, ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία ἔτη, καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν ἑξαετίαν πληρῶσαι· εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελογίσθαι αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας· εἰ μέντοι τις κίνδυνος καὶ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προφάσεως συμβαίη, τούτους ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι.

7. De his qui in locis idolorum manducaverunt.

Περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ ἐν τόπῳ 378
ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἴδια βρώματα ἐπικομισαμένων καὶ φαγόντων, ἔδοξε διετίαν ὑποπεσόντας δεχθῆναι· τὸ δὲ εἰ χρὴ μετὰ τῆς προσφορᾶς, ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων δοκιμάσαι καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐφ' ἑκάστου ἐξετάσαι.

---

praecedens eorum vita et posterior inquiratur, et ita iis impertiatur humanitas.

De his qui minis tantum cessere poenarum, aut privatione 377
facultatum territi, aut demigratione, sacrificaverunt, et hactenus paenitudinis neglegentes, neque conversi, nunc huius concilii tempore semet obtulerunt, conversionis suae consilia capientes: placuit usque ad magnum diem eos inter audientes suscipi, et post magnum diem triennio substerni, et postmodum duobus annis sine oblatione communicare: et tunc demum sex annis completis, ad perfectionis gratiam pervenire. Si vero quidam ante hanc synodum suscepti sunt ad paenitentiam, ex illo tempore initium iis sexennii computetur. Si quod autem periculum, vel mortis exspectatio, aut ex infirmitate aut ex aliqua occasione contigerit, his sub definitione statuta communio non negetur [hi s. d. st. recipiantur].

De his qui festis diebus gentilium, in remotis eorum locis, 378
convivia celebrarunt, cibosque proprios deferentes ibidem comederunt: placuit, post substrationis biennium eos suscipi. Utrum vero cum oblatione, singuli episcoporum, probantes vitam eorum et singulos actus, examinent.

### 8. De his qui frequenter idolis immolaverunt.

379 Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, τετραετίαν ὑποπεσέτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ τελείως δεχθήτωσαν.

### 9. De his qui aliis sacrificandi causas attulerunt.

380 Ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστησαν καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφοὺς καὶ αἴτιοι ἐγένοντο τοῦ ἀναγκασθῆναι, οὗτοι ἔτη μὲν τρία τὸν τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως, ἄλλον δὲ ἐνιαυτὸν κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὴν δεκαετίαν πληρώσαντες τοῦ τελείου μετάσχωσιν· ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον.

### 10. De diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis attestati sunt.

381 Διάκονοι ὅσοι καθίστανται, παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ ἐμαρτύραντο καὶ ἔφασαν χρῆναι γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτως μένειν, οὗτοι μετὰ ταῦτα γαμήσαντες ἔστωσαν ἐν τῇ ὑπηρεσίᾳ διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. Τοῦτο δὲ εἴ τινες σιωπήσαντες καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕτως μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς διακονίας.

---

379 Hi, qui secundo et tertio sacrificaverunt coacti, quattuor annis substernantur; duobus autem aliis sine oblatione communicent, et septimo anno perfecte recipiantur.

380 Quotquot autem non solum ipsi deviarunt, sed etiam adegerunt et compulerunt fratres, et causas praebuerunt ut cogerentur: hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud vero sexennium substrationi subiciantur et alio anno communionem sine oblatione percipiant, ut perfectionem [i. e. restitutionem in integrum] expleto decennio consequantur. Inter haec autem et eorum vita pensanda est.

381 Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt et dixerunt velle se coniugio copulari, quia sic manere non possent: hi, si postmodum uxores duxerint, in ministerio maneant, propterea quod iis episcopus licentiam dedit. Quicumque sane tacuerint, et susceperint manus impositionem, professi continentiam, et postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare debebunt.

15. De rebus ecclesiasticis eo tempore distractis, quo ipsae Ecclesiae viduantur episcopis («Κυριακόν» = «Ecclesia»).

Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ Κυριακῷ, ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνακαλεῖσθαι τὸ Κυριακόν, ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴτε προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν εἴτε καὶ μή, διὰ τὸ πολλάκις τὴν πρόσοδον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν. 382

**19. De his qui virginitatem professi sunt et de his quae sub sororis habitu cum aliquibus commorantur.**

Ὅσοι παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι ἀθετοῦσι τὴν ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. Τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν. 383

**22. De his qui volentes homicidium fecerunt.**

Περὶ ἑκουσίων φόνων, ὑποπιπτέτωσαν μέν, τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν. 384

**23. De his qui non sponte homicidium fecerunt.**

Ἐπὶ ἀκουσίων φόνων, ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρῶσαι. 385

Lauchert 29 sqq. Hard. 1, 269 sqq. Msi 2, 513 sqq. Hf. 1, 222 sqq. HL 1, 1, 301 sqq.

---

382 De his quae pertinent ad Ecclesiam, quaecumque, cum non esset episcopus, presbyteri vendiderunt, placuit rescisso contractu ad iura ecclesiastica revocari. In iudicio autem erit episcopi, si pretium debeat recipi necne: quia plerumque rerum distractarum reditus ampliorem summam pro pretio dato reddiderit.

383 Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt sponsionem, inter bigamos censeantur. Virgines autem quae conveniunt cum aliquibus tamquam sorores, habitare prohibemus.

384 Qui voluntarie homicidium fecerint, paenitentiae quidem iugiter se submittant: perfectionem vero circa vitae exitum consequantur.

385 De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem paenitentiam perfectionem consequi praecipit, secunda vero quinquennii tempus explere.

# CONCILIUM NEOCAESARIENSE inter 314 et 325.

## CANONES.

### 1. De presbyteris qui uxores duxerint vel fornicati fuerint.

386⁰ Πρεσβύτερος ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτὸν μετατίθεσθαι, ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν.

### 7. Quod non oporteat in bigami nuptiis prandere presbyterum.

386 Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι, ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις;

### 11. Qua aetate conveniat presbyterum ordinari.

387 Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω· ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐφωτίσθη καὶ ἤρξατο διδάσκειν.

### 12. De his qui in aegritudine baptisma consequuntur.

388 Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται· οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης· εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ ταῦτα αὐτοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν καὶ διὰ σπάνιν ἀνθρώπων.

---

[Versio Dionysii Exigui.]

386⁰ Presbyter, si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit vel adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et ad paenitentiam redigi.

386 Presbyteris in nuptiis bigami prandere non convenit: quia, cum paenitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter convivium talibus nuptiis possit praebere consensum?

387 Presbyter ante tricesimum aetatis suae annum nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tempore distineatur. Nam Dominus noster Iesus Christus tricesimo aetatis suae anno baptizatus est, et sic coepit docere.

388 Si quis in aegritudine fuerit baptizatus, ad honorem presbyteri non potest promoveri; quia non ex proposito fides eius, sed ex necessitate descendit: nisi forte propter sequens studium eius et fidem, atque hominum raritatem, talis possit admitti.

**13. Presbyteri rurales quid possint in ecclesia civitatis** («κυριακόν» = «ecclesia»).

Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως 389
προσφέρειν οὐ δύνανται παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως, οὔτε μὴν ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ οὐδὲ ποτήριον· ἐὰν δὲ ἀπῶσι καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, δίδωσιν.

**14. Chorepiscopos in civitate offerre posse.**

Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα· 389[1]
ὡς δὲ συλλειτουργοὶ διὰ τὴν σπουδὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς προσφέρουσι τιμώμενοι.

**15. De numero septenario diaconorum.**

Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, κἂν 390
πάνυ μεγάλη εἴη ἡ πόλις· πεισθήσῃ δὲ ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν Πράξεων.

Lauchert 35 sq. Hard. 1, 281 sqq. Msi 2, 539 sqq. Hf. 1, 244 sqq. HL 1, 1, 327 sqq.

## INSCRIPTIO ARCUS CONSTANTINI dicati anno 315.

In utraque facie:

IMP · CAES · FL · CONSTANTINO MAXIMO
P · F · AVGVSTO · S · P · Q · R ·
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS 391
MAGNITVDINE CVM EXERCITV SVO
TAM DE TYRANNO QVAM DE OMNI EIVS
FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS
REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS
ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT

---

Presbyteri ruris in ecclesia civitatis, episcopo praesente 389
vel presbyteris urbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint et ad dandam orationem vocentur soli, dare debebunt.

Chorepiscopi quoque ad exemplum quidem et formam 389[1]
Septuaginta videntur esse: ut comministri autem propter studium, quod erga pauperes exhibent, honorentur et offerant.

Diaconi septem debent esse iuxta regulam, licet valde magna 390
sit civitas. Id ipsum autem Actuum apostolorum liber insinuat.

Intra fornicem

ab altera parte: LIBERATORI VRBIS

ab altera: FVNDATORI QVIETIS

Corpus Inscriptionum latinarum 6, 1 (Berolini 1876, G. Reimer) n. 1139. — *I. B. de Rossi,* Inscriptiones christianae urbis Romae 2, 1 (Romae 1888, Ph. Cuggiani) 26, 40.

## NAZARIUS RHETOR scripsit 321.

### De visione Constantini M.

[Panegyricus Constantino dictus 14.]

392 (1) In ore denique est omnium Galliarum exercitus visos qui se divinitus missos prae se ferebant. (2) Et quamvis caelestia sub oculos hominum venire non soleant, quod crassam et caligantem aciem simplex illa et inconcreta substantia naturae tenuis eludat, ibi tamen auxiliatores tui aspici adirique patientes, ubi meritum tuum testificati sunt, mortalis visus contagium refugerunt. (3) Sed quaenam illa fuisse dicitur species? Qui vigor corporum? Quae amplitudo membrorum? Quae alacritas voluntatum? (4) Flagrabant verendum nescio quid umbones corusci et caelestium armorum lux terribilis ardebat; tales enim venerant ut tui crederentur. (5) Haec ipsorum sermocinatio, hoc inter audientes serebant: «Constantinum petimus, Constantino imus auxilio.» (6) Habent profecto etiam divina iactantiam et caelestia quoque tangit ambitio. Illi caelo lapsi, illi divinitus missi gloriabantur, quod tibi militabant. (7) Ducebat hos, credo, Constantius pater, qui terrarum triumphis altiori tibi cesserat, ⟨dum⟩ divinas expeditiones iam divus agitabat. Magnus hic quoque pietatis tuae fructus ut, quamvis particeps caeli, ampliorem se fieri gratia tua senserit. Et cuius munera in alios influere iam possunt, in eum ipsum tua munera redundarunt.

XII Panegyrici lat. ed. *Guil. Baehrens* (Lipsiae 1911, BT) 167.

## ALEXANDER EP. ALEXANDRINUS obiit 328.

### Encyclica synodalis «Ἑνὸς σώματος» contra Arium circa 319.

[Apud *Socratem,* Hist. eccl. 1, 6. Collata ed. Benedictina e cod. Regio.]

*393 Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις συλλειτουργοῖς τοῖς ἀπανταχοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

---

393 Dilectis et carissimis ubique catholicae Ecclesiae comministris, Alexander in Domino salutem.

1. (1) Ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἐντολῆς τε οὔσης ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς [cf. Eph 4, 3], τηρεῖν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης, ἀκόλουθόν ἐστι γράφειν ἡμᾶς καὶ σημαίνειν ἀλλήλοις τὰ παρ' ἑκάστοις[1] γιγνόμενα, ἵνα εἴτε πάσχει[2], εἴτε χαίρει ἓν μέλος, ἢ συμπάσχωμεν, ἢ συγχαίρωμεν ἀλλήλοις. (2) Ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τοίνυν παροικίᾳ ἐξῆλθον νῦν ἄνδρες παράνομοι καὶ χριστομάχοι, διδάσκοντες ἀποστασίαν, ἣν εἰκότως ἄν τις πρόδρομον τοῦ Ἀντιχρίστου νομίσειε[3] καὶ καλέσειεν. (3) Καὶ ἐβουλόμην μὲν σιωπῇ παραδοῦναι τὸ τοιοῦτον, ἵν' ἴσως ἐν τοῖς ἀποστάταις μόνοις ἀναλωθῇ τὸ κακόν, καὶ μὴ εἰς ἑτέρους τόπους διαβάν, ῥυπώσῃ τινῶν ἀκεραίων τὰς ἀκοάς. (4) Ἐπειδὴ δὲ Εὐσέβιος ὁ νῦν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, νομίσας ἐπ' αὐτῷ κεῖσθαι τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι καταλείψας τὴν Βηρυτόν, καὶ ἐποφθαλμήσας τῇ Ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων, οὐκ ἐκδεδίκηται κατ' αὐτοῦ, προΐσταται καὶ τούτων τῶν ἀποστατῶν, καὶ γράφειν ἐπεχείρησε πανταχοῦ, συνιστῶν αὐτούς, εἴ πως ὑποσύρῃ τινὰς ἀγνοοῦντας εἰς τὴν ἐσχάτην[4] καὶ χριστομάχον αἵρεσιν· ἀνάγκην ἔσχον, εἰδὼς τὸ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον [cf. Is 62, 6], μηκέτι μὲν σιωπῆσαι, ἀναγγεῖλαι δὲ πᾶσιν ὑμῖν, ἵνα γινώσκητε τούς 393

1. (1) Cum unum sit catholicae corpus Ecclesiae, mandatumque sit in Sacris Litteris, ut pacis et concordiae vinculum conservemus, consentaneum est ut quaecumque apud singulos geruntur, nobis invicem per litteras significemus; quo scilicet, seu patiente seu gaudente uno membro, ipsi vicissim aut compatiamur aut collaetemur. (2) In nostra igitur paroecia exstiterunt nuper homines iniqui et hostes Christi, docentes defectionem eiusmodi quam iure quis praeviam ac praenuntiam Antichristi appellaverit. (3) Ac volueram equidem hoc quidquid est silentio involvere, ut malum intra ipsos apostatas clausum consumeretur, ne forte in alia transgressum loca, simpliciorum hominum aures contaminaret. (4) Sed quoniam Eusebius is qui nunc est Nicomediae, res Ecclesiae ex nutu suo pendere existimans, eo quod relicta Berytiorum Ecclesia ad Nicomediensem episcopatum, nullo ulciscente, impune transgressus est, horum apostatarum patrocinium suscipit, et litteras quaquaversus ausus est scribere, commendans illos, ut imperitos homines ad pessimam Christoque infensam haeresim traducat: necessarium duxi silentium abrumpere, utpote sciens id quod in lege scriptum est, vobisque omnibus re- 393

---

[1] *Codex Regius*: ἑκάστου
[2] *Reg.*: πάσχῃ — χαίρῃ.
[3] *Reg.*: ὑπονοήσειεν
[4] *Reg.*: αἰσχίστην.

τε ἀποστάτας γενομένους, καὶ τὰ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν δύστηνα ῥημάτια, καὶ ἐὰν γράφῃ Εὐσέβιος, μὴ προσέχητε. (5) Τὴν πάλαι γὰρ αὐτοῦ κακόνοιαν τὴν χρόνῳ σιωπηθεῖσαν, νῦν διὰ τούτων ἀνανεῶσαι βουλόμενος, σχηματίζεται μὲν ὡς ὑπὲρ τούτων γράφων[1]· ἔργῳ δὲ δείκνυσιν, ὡς ὅτι ὑπὲρ ἑαυτοῦ σπουδάζων τοῦτο ποιεῖ.

394 2. (1) Οἱ μὲν οὖν ἀποστάται γενόμενοί εἰσιν· Ἄρειος, Ἀχιλλᾶς[2], Ἀειθαλῆς, καὶ Καρπώνης, καὶ ἕτερος Ἄρειος, καὶ Σαρμάτης[3], καὶ Εὐζώϊος, καὶ Λούκιος, καὶ Ἰουλιανός, καὶ Μηνᾶς, καὶ Ἑλλάδιος, καὶ Γάϊος[4], καὶ σὺν αὐτοῖς Σεκοῦνδος καὶ Θεωνᾶς, οἵ ποτε λεχθέντες ἐπίσκοποι. (2) Ποῖα δὲ παρὰ τὰς Γραφὰς ἐφευρόντες λαλοῦσιν, ἔστι ταῦτα·

395 3. (1) Οὐκ ἀεὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ ἦν· ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεὸς Πατὴρ οὐκ ἦν. (2) Οὐκ ἀεὶ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν. Ὁ γὰρ ὢν Θεὸς τὸν μὴ ὄντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποίηκε. (3) Διὸ καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. (4) Κτίσμα γάρ ἐστι καὶ ποίημα ὁ Υἱός. (5) Οὔτε δὲ ὅμοιος κατ' οὐσίαν τῷ Πατρί ἐστιν· (6) οὔτε ἀληθινὸς καὶ φύσει τοῦ Πατρὸς Λόγος

---

nuntiare, quo et apostatas ipsos et infelicissima erroris illius verba cognoscatis, ac si forte Eusebius scripserit, ei minime attendatis. (5) Pristinam enim malevolentiam suam, quae longinquitate temporis iam oblivioni ac silentio tradita videbatur, per istos renovare nunc studens, simulat quidem se eorum causa litteras scribere: reipsa tamen monstrat, se sua causa laborantem id agere.

394 2. (1) Eorum porro qui ab Ecclesia defecerunt haec sunt nomina: Arius, Achillas, Aithales, Carpones, alter Arius, Sarmates, <olim presbyteri>, Euzoius, Lucius, Iulianus, Menas, Helladius, Gaius, <olim diaconi>: cumque his Secundus ac Theonas, qui olim episcopi sunt appellati. (2) Ea vero quae sine ulla Scripturarum auctoritate commenti temere effutiunt, sunt eiusmodi:

395 3. (1) Deus, inquiunt, non semper fuit Pater, sed tempus exstitit cum Deus minime esset Pater. (2) Verbum Dei non semper fuit, sed ortum est ex nihilo. Deus enim qui est, illum qui non erat, ex eo quod non est procreavit. (3) Proinde tempus aliquando fuit cum non esset. (4) Quippe Filius creatura est opusque. (5) Neque vero similis est Patri secundum substantiam, (6) neque verum ac genuinum Dei Ver-

---

[1] *Reg.*: γράφειν. [2] *Reg.*: Ἀχιλλεύς.
[3] *Reg.* add.: οἵ ποτε πρεσβύτεροι.
[4] *Reg.* add.: οἵ ποτε διάκονοι.

ἐστίν, οὔτε ἀληθινὴ Σοφία αὐτοῦ ἐστι· ἀλλ' εἷς μὲν τῶν ποιημάτων καὶ γενητῶν ἐστι. (7) Καταχρηστικῶς δὲ λέγεται Λόγος καὶ Σοφία, γενόμενος καὶ αὐτὸς δὲ τῷ ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, καὶ τῇ ἐν τῷ Θεῷ Σοφίᾳ, ἐν ᾗ καὶ τὰ πάντα καὶ αὐτὸν πεποίηκεν ὁ Θεός. (8) Διὸ καὶ τρεπτός ἐστι καὶ ἀλλοιωτὸς τὴν φύσιν, ὡς καὶ πάντα τὰ λογικά. (9) Ξένος τε καὶ ἀλλότριος, καὶ ἀπεσχοινισμένος ἐστὶν ὁ Λόγος τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας. (10) Καὶ ἄρρητός ἐστιν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ. Οὔτε γὰρ τελείως καὶ ἀκριβῶς γινώσκει ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα, οὔτε τελείως ὁρᾶν αὐτὸν δύναται. (11) Καὶ γὰρ καὶ ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν οὐκ οἶδεν ὁ Υἱὸς ὡς ἔστι· (12) δι' ἡμᾶς γὰρ πεποίηται, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὀργάνου κτίσῃ ὁ Θεός. Καὶ οὐκ ἂν ὑπέστη, εἰ μὴ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἤθελεν ποιῆσαι. (13) Ἠρώτησε γοῦν τις αὐτούς, εἰ δύναται ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τραπῆναι ὡς ὁ διάβολος ἐτράπη· καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν εἰπεῖν· Ναὶ[1] δύναται, τρεπτῆς γὰρ φύσεώς ἐστι, γεννητὸς καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων.

4. (1) Ταῦτα λέγοντας τοὺς περὶ Ἄρειον, καὶ ἐπὶ 396
τούτοις ἀναισχυντοῦντας, αὐτούς τε καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας αὐτοῖς, ἡμεῖς μὲν μετὰ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ

---

bum, nec vera eiusdem Sapientia, sed unus quidem est ex operibus et creaturis. (7) Abusive autem Verbum dicitur atque Sapientia, quippe cum et ipse exstiterit per proprium Dei Verbum et per Sapientiam quae in Deo est, in qua Deus tum cetera omnia tum eum ipsum fecit. (8) Quamobrem suapte natura conversioni obnoxius est ac mutationi, perinde ac reliqua rationalia. (9) Extraneum et alienum est Verbum, ac semotum a Dei substantia. (10) Inenarrabilis est Filio Pater: neque enim perfecte et exacte Filius novit Patrem, neque eum perfecte videre potest. (11) Nam nec suam ipsius substantiam novit Filius, cuiusmodi sit. (12) Siquidem propter nos factus est, ut eius tamquam instrumenti cuiusdam opera Deus nos crearet. Nec ipse exstitisset umquam, nisi Deus nos creare voluisset. (13) Et cum quidam eos interrogasset, utrum Dei Verbum mutari posset sicuti mutatus est diabolus, ipsi non veriti sunt respondere: Certe potest, est enim naturae mutabilis, cum gigni possit et mutari.

4. (1) Haec igitur dicentem Arium et summa cum im- 396
pudentia affirmantem, nos quidem una cum Aegypti ac Libyae episcopis, prope centum numero, in unum congregati,

---

[1] *Reg.*: ὅτι.

τῆς Λιβύης[1] ἐπισκόπων, ἐγγὺς ἑκατὸν ὄντων, συνελθόντες ἀνεθεματίσαμεν. (2) Οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον προσεδέξαντο, σπουδάζοντες συγκαταμῖξαι[2] τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὴν ἀσέβειαν τῇ εὐσεβείᾳ. Ἀλλ' οὐκ ἰσχύσουσι· νικᾷ γὰρ ἡ ἀλήθεια· καὶ «οὐδεμία ἐστὶ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, οὐδὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ» [2 Cor 6, 14 sq]. (3) Τίς γὰρ ἤκουσε πώποτε τοιαῦτα; Ἢ τίς νῦν ἀκούων οὐ ξενίζεται, καὶ τὰς ἀκοὰς βύει, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸν ῥύπον τούτων τῶν ῥημάτων ψαῦσαι τῆς ἀκοῆς; (4) Τίς ἀκούων Ἰωάννου λέγοντος· «Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος» [Io 1, 1], οὐ καταγινώσκει τούτων λεγόντων· «Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν»; (5) Ἢ τίς ἀκούων ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· «Μονογενὴς Υἱός» [Io 1, 14], καί· «Δι' αὐτοῦ ἐγένετο τὰ πάντα» [Io 1, 3], οὐ μισήσει τούτους φθεγγομένους, ὅτι «Εἷς ἐστι τῶν ποιημάτων ὁ Υἱός»; (6) Πῶς δὲ δύναται ἴσος[3] εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, ἢ πῶς μονογενής, ὁ τοῖς πᾶσι κατ' ἐκείνους συναριθμούμενος[4]; (7) Πῶς δὲ ἐξ οὐκ ὄντων ἂν εἴη, τοῦ Πατρὸς λέγοντος· «Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν» [Ps 44, 2], καί· «Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε» [Ps 109, 3; Hebr 1, 3]; (8) Ἢ πῶς ἀνόμοιος τῇ οὐσίᾳ τοῦ Πατρός, ὁ ὢν εἰκὼν τελεία καὶ ἀπαύγασμα τοῦ

---

tum ipsum, tum eos qui illi adhaeserunt anathemate perculimus. (2) Eusebius vero eos suscepit, impietatem pietati, et veritati studens miscere mendacium. Sed nequaquam praevalebit. Vincit enim veritas: *Nec ulla est societas luci cum tenebris, nec Christi cum diabolo consensio.* (3) Quis enim umquam talia audivit? Aut quis est qui et nunc audiens non obstupescat, et aures non obturet, ne huiusmodi verborum sordes penetrare ad eas possint? (4) Quis Ioannem audiens dicentem: *In principio erat Verbum,* non condemnet istos qui asserunt: «Fuit tempus cum non esset»? (5) Aut quis audiens haec verba ex Evangelio: *Unigenitus Filius,* et: *Per ipsum facta sunt omnia,* istos non oderit, affirmantes «Filium esse unum ex creaturis»? (6) Enimvero quomodo potest unus esse ex illis quae per ipsum facta sunt? Quomodo potest esse unigenitus, qui, iuxta illorum sententiam, una cum reliquis omnibus in creaturarum ordine censetur? (7) Qua ratione ortus sit ex nihilo, cum Pater dicat: *Eructavit cor meum verbum bonum,* et alibi: *Ex utero ante luciferum genui te?* (8) Aut quomodo substantia dissimilis est Patri, cum sit imago per-

---

[1] *Reg.:* τὰς Λιβύας. [2] *Reg.:* ἐγκαταμῖξαι. [3] *Reg.:* εἷς.
[4] *Reg.* addit: εἴπερ καὶ αὐτός κτίσμα ἐστὶ καὶ ποίημα.

Πατρός, καὶ λέγων· «Ὁ ἐμὲ ἑωρακὼς ἑώρακε τὸν Πατέρα» [Io 14, 9]; (9) Πῶς δέ, εἰ Λόγος καὶ Σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱός, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; Ἴσον γάρ ἐστιν αὐτοὺς λέγειν ἄλογον καὶ ἄσοφόν ποτε τὸν Θεόν. (10) Πῶς δὲ τρεπτὸς ἢ ἀλλοιωτός, ὁ λέγων δι' ἑαυτοῦ· «Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί» [Io 14, 10; 10, 38], καί· «Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν» [Io 10, 30]· διὰ δὲ τοῦ προφήτου· «Ἴδετέ με ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι» [Mal 3, 6]; (11) Εἰ δὲ καὶ ἐπ' αὐτόν τις τὸν Πατέρα τὸ ῥητὸν δύναται ἀναφέρειν, ἀλλὰ καὶ ἁρμοδιώτερον ἂν εἴη περὶ τοῦ Λόγου νῦν λεγόμενον, ὅτι καὶ γενόμενος ἄνθρωπος οὐκ ἠλλοίωται, ἀλλ' ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· «Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας» [Hebr 13, 8]. (12) Τί[1] δὲ ἄρα εἰπεῖν αὐτοὺς ἔπεισεν, ὅτι δι' ἡμᾶς γέγονε, καίτοι τοῦ Παύλου γράφοντος· «Δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα» [Hebr 2, 10];

5. (1) Περὶ μὲν οὖν τοῦ βλασφημεῖν αὐτούς, ὅτι οὐκ 397
οἶδε τελείως ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα, οὐ δεῖ θαυμάζειν. Ἅπαξ γὰρ προθέμενοι χριστομαχεῖν, παρακρούονται καὶ τὰς φωνὰς αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος· «Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατήρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα» [Io 10, 15]. (2) Εἰ μὲν οὖν ἐκ

---

fecta et splendor Patris, cumque ipse dicat: *Qui vidit me, vidit Patrem*? (9) Quodsi Filius Ratio Patris est ac Sapientia, quomodo fuit tempus cum non esset? Perinde enim est ac si dicerent, Deum aliquando rationis et sapientiae expertem fuisse. (10) Quomodo mutationi conversionique obnoxius sit, cum de se ipse dicat: *Ego in Patre et Pater in me;* et alibi: *Ego et Pater unum sumus;* per prophetam vero multo ante pronuntiaverit: *Videte me, quod ego sum et non mutor*? (11) Ac licet quis hoc dictum ad Patrem ipsum referre possit, aptius tamen fuerit nunc de Filio dictum accipere: eo quod, cum homo factus sit, nequaquam est immutatus, sed, ut ait Apostolus, *Iesus Christus heri et hodie, idem ipse et in saecula.* (12) Quidnam vero eos impulit, ut dicerent illum propter nos factum esse, cum Paulus utique dicat: *Propter quem omnia, et per quem omnia*?

5. (1) De blasphemia vero illa qua dicunt Patrem non 397
perfecte cognosci a Filio, nemini mirum videri debet. Nam cum semel Christo bellum indixerint, spernunt quoque verba ipsius Domini dicentis: *Ut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem.* (2) Proinde si ex parte tantum Filium cognoscit

---

[1] *Reg.:* Τίς.

μέρους γινώσκει ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν, δῆλον ὅτι καὶ ὁ Υἱός ἐκ μέρους γινώσκει[1] τὸν Πατέρα. (3) Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν οὐ θέμις, οἶδεν δὲ τελείως ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν, δῆλον ὅτι καθὼς γινώσκει ὁ Πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ Λόγον, οὕτως καὶ ὁ Λόγος γινώσκει τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, οὗ καί ἐστι Λόγος.

398 6. (1) Καὶ ταῦτα λέγοντες, καὶ ἀναπτύσσοντες τὰς θείας Γραφάς, πολλάκις ἀνετρέψαμεν[2] αὐτούς. (2) Καὶ πάλιν ὡς χαμαιλέοντες μετεβάλλοντο, φιλονεικοῦντες εἰς ἑαυτοὺς ἐφελκύσαι τὸ γεγραμμένον· «Ὅταν ἔλθῃ ὁ ἀσεβὴς εἰς βάθη κακῶν, καταφρονεῖ» [Prv 18, 3]. (3) Πολλαὶ γοῦν αἱρέσεις πρὸ αὐτῶν γεγόνασιν, αἵτινες πλέον τοῦ δέοντος τολμήσασαι, πεπτώκασιν εἰς ἀφροσύνην. (4) Οὗτοι δὲ διὰ πάντων αὐτῶν τῶν ῥημάτων ἐπιχειρήσαντες ταῖς ἀναιρέσεσι[3] τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ἐδικαίωσαν ἐξ ἑαυτῶν ἐκείνας, ὡς ἐγγύτεροι τοῦ Ἀντιχρίστου γενόμενοι. Διὸ καὶ ἀπεκηρύχθησαν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἀνεθεματίσθησαν. (5) Λυπούμεθα μὲν οὖν ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τούτων, καὶ μάλιστα ὅτι μαθόντες ποτὲ καὶ αὐτοὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας, νῦν ἀπεπήδησαν. Οὐ ξενιζόμεθα δέ. (6) Τοῦτο γὰρ καὶ Ὑμέναιος καὶ Φιλητὸς πεπόνθασι [cf. 2 Tim 2, 17], καὶ πρὸ αὐτῶν

---

Pater, palam est quod et Filius ex parte cognoscit Patrem. (3) Quodsi hoc dicere nefas est, et si Pater perfecte novit Filium, perspicuum est quod, quemadmodum Pater Verbum suum cognoscit, ita et Filius novit Patrem suum cuius est Verbum.

398 6. (1) Ac nos quidem haec dicentes, et Sacras Scripturas replicantes, saepenumero eos convicimus. (2) Verum illi tamquam chamaeleontes subinde mutati sunt, dum student sibimetipsis privatim vindicare id quod scriptum est: *Impius, cum in profundum malorum gurgitem venerit, spernit.* (3) Multae quidem ante illos haereses exstiterunt, quae plus quam decebat ausae, in magnam dementiam prolapsae sunt. (4) Isti vero divinitatem Verbi cunctis sermonibus suis subvertere moliti effecerunt, quantum quidem in se est, ut priores haereses illae iustae esse viderentur, quippe qui ad Antichristum propius accedant. Quamobrem abdicati sunt ab Ecclesia, et anathemate percussi. (5) Ac dolore quidem afficimur ob exitium illorum, ideo praesertim quod, cum Ecclesiae doctrinam olim perceperint, nunc ab ea desciverunt. Nequaquam tamen magnopere miramur. (6) Idem enim Hymenaeo contigit et Phi-

---

[1] *Reg.:* μὴ τελείως γινωσκέτω. [2] *Reg.:* ἐνετρέψαμεν.
[3] *Reg.:* ἑαυτῶν τῶν ῥηματίων ἐπιχειρήσαντες εἰς ἀναίρησιν.

Ἰούδας, ὁ ἀκολουθήσας τῷ Σωτῆρι, ὕστερον δὲ προδότης καὶ ἀποστάτης γενόμενος. (7) Καὶ περὶ τούτων δὲ αὐτῶν οὐκ ἀδίδακτοι μεμενήκαμεν. Ἀλλ' ὁ μὲν Κύριος προείρηκε· «Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες ὅτι Ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. Μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν» [Lc 21, 8; cf. Mt 24, 4 sqq]. (8) Ὁ δὲ Παῦλος μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ Σωτῆρος, ἔγραψεν· «Ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως τῆς ὑγιαινούσης, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν» [1 Tim 4, 1].

7. (1) Τοῦ τοίνυν Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ 399
Χριστοῦ, διά τε αὐτοῦ παραγγέλλοντος[1], καὶ διὰ τοῦ Ἀποστόλου σημαίνοντος περὶ τῶν τοιούτων, ἀκολούθως ἡμεῖς αὐτήκοοι τῆς ἀσεβείας αὐτῶν γενόμενοι, ἀνεθεματίσαμεν, καθὰ προείπομεν, τοὺς τοιούτους, ἀποδείξαντες αὐτοὺς ἀλλοτρίους τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τε καὶ πίστεως. (2) Ἐδηλώσαμεν δὲ καὶ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, ἀγαπητοὶ καὶ τιμιώτατοι συλλειτουργοί, ἵνα μήτε τινὰς ἐξ αὐτῶν, εἰ προπετεύσαιντο καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν, προσδέξησθε, μήτε Εὐσεβίῳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ γράφοντι περὶ αὐτῶν πεισθῆτε. (3) Πρέπει γὰρ ἡμᾶς ὡς Χριστιανοὺς ὄντας, πάντας τοὺς κατὰ Χριστοῦ

---

leto, et ante hos Iudae, qui, cum Servatorem sectatus fuisset, tandem proditor eius factus est ac desertor. (7) Ac de his etiam ipsis praemonitiones neutiquam nobis defuerunt. Nam Dominus quidem ipse praedixit: *Cavete ne quis vos seducat. Venient enim multi in nomine meo, dicentes: Ego sum, et tempus appropinquavit: multosque in errorem inducent. Nolite eos sequi.* (8) Paulus autem qui ista a Servatore didicerat, ita scribit: *Novissimis temporibus deficient quidam a fide sana, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis daemonum veritatem aversantium.*

7. (1) Cum igitur Dominus et Servator noster Iesus Christus 399
per se ipse hoc praeceperit, et per Apostolum de istis significaverit, iure merito nos qui impietatem illorum coram audivimus, eiusmodi homines, sicut praedictum est, anathemate perculimus, eosque ab Ecclesia et fide catholica alienos esse declaravimus. (2) Id ipsum autem vestrae pietati indicavimus, dilecti et carissimi comministri, ut neque eos, si forte ad vos etiam venire praesumpserint, suscipiatis, neque Eusebio vel alteri cuiquam, qui illorum causa ad vos scripserit, fidem accommodetis. (3) Nos enim, qui Christiani sumus, eos omnes qui adversus Christum

---

[1] *Reg.*: παραγγείλαντος.

λέγοντάς τε καὶ φρονοῦντας, ὡς θεομάχους καὶ φθορέας τῶν ψυχῶν ἀποστρέφεσθαι, καὶ μηδὲ κἂν Χαίρειν τοῖς τοιούτοις λέγειν, ἵνα μή ποτε καὶ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν κοινωνοὶ γενώμεθα, ὡς παρήγγειλεν ὁ μακάριος Ἰωάννης [cf. 2 Io 10]. (4) Προσείπατε τοὺς παρ' ὑμῖν ἀδελφούς. Ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύουσιν.

*Socrates,* Hist. eccl. 1, 6. MG 67, 43 sqq. Item *Gelasius Cyz.,* Hist. Conc. Nicaen. 2, 3. Cf. Editionem Benedictinorum e codice Regio Parisiensi, Paris. 1698: MG 18, 571 sqq. Apud Gelasium etiam nomina eorum habentur, qui huic Encyclicae subscripserunt: l. c. 577.

## **ARIUS HAERESIARCHA** obiit 336.

### Epistula de sua doctrina ad Eusebium ep. Nicomediensem.

[Apud *Epiphanium,* Haereses 69, 6. Collata *Theodoreti,* Hist. eccl. 1, 4]

*400 Κυρίῳ ποθεινοτάτῳ, ἀνθρώπῳ Θεοῦ, πιστῷ, ὀρθοδόξῳ, Εὐσεβίῳ, Ἄρειος, ὁ διωκόμενος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου πάπα ἀδίκως διὰ τὴν πάντα νικῶσαν ἀλήθειαν, ἧς καὶ σὺ ὑπερασπίζεις, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

(1) Τοῦ πατρός μου Ἀμμωνίου εἰς τὴν Νικομήδειαν ἀφικομένου, εὔλογον καὶ ὀφειλόμενον ἐφάνη μοι προσαγορεῦσαί σε δι' αὐτοῦ, ὁμοῦ τε καὶ ὑπομνῆσαι τὴν ἔμφυτόν σου ἀγάπην καὶ διάθεσιν, ἣν ἔχεις πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διὰ τὸν Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ὅτι μεγάλως ἡμᾶς ἐκπορθεῖ καὶ

---

et loquuntur et sentiunt, non secus ac Dei hostes et corruptores animarum aversari debemus, ac ne Ave quidem eiusmodi hominibus dicere, ne sceleribus eorum ullatenus communicemus, sicut a beato Ioanne praeceptum est. (4) Salutate fratres qui vobiscum sunt. Hi qui apud nos sunt, vos salutant.

400 Domino dilectissimo, viro Dei, fideli, orthodoxo, Eusebio, Arius, quem Alexander papa iniuste ob victricem omnium veritatem insequitur, cuius et tu propugnator es, in Domino salutem.

(1) Cum Ammonius pater meus Nicomediam proficisceretur, non modo rationi consentaneum sed et officio quodam a me debitum putavi, tibi ut per illum salutem dicerem, unaque caritati tuae ac benevolentiae, qua propter Deum eiusque Christum fratres prosequeris, subicerem, quam nos vehementer episcopus infestet, atque hostiliter insequatur, nec ullum mali

διώκει, καὶ πᾶν κακὸν κινεῖ[1] καθ' ἡμῶν ὁ ἐπίσκοπος, ὥστε καὶ ἐκδιῶξαι ἡμᾶς ἐκ τῆς πόλεως, ὡς ἀνθρώπους ἀθέους, ἐπειδὴ οὐ συμφωνοῦμεν αὐτῷ δημοσίᾳ λέγοντι· «Ἀεὶ Θεός, ἀεὶ Υἱός· ἅμα Πατήρ, ἅμα Υἱός. Συνυπάρχει ὁ Υἱὸς ἀγεννήτως τῷ Θεῷ, ἀειγενής, ἀγεννητογενής· οὔτ' ἐπινοίᾳ, οὔτ' ἀτόμῳ τινὶ προάγει ὁ Θεὸς τοῦ Υἱοῦ· ἀεὶ Θεός, ἀεὶ Υἱός· ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱός.» (2) Καὶ ἐπειδὴ Εὐσέβιος ὁ ἀδελφός σου ἐν Καισαρείᾳ, καὶ Θεοδόσιος[2], καὶ Παυλῖνος, καὶ Ἀθανάσιος, καὶ Γρηγόριος, καὶ Ἀέτιος, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν Ἀνατολὴν λέγουσιν, ὅτι προϋπάρχει ὁ Θεὸς τοῦ Υἱοῦ ἀνάρχως, ἀνάθεμα ἐγένοντο, δίχα Φιλογονίου, καὶ Ἑλλανικοῦ, καὶ Μακαρίου, ἀνθρώπων αἱρετικῶν ἀκατηχήτων, τὸν Υἱὸν λεγόντων οἱ μὲν ἐρυγήν, οἱ δὲ προβολὴν ἀγέννητον[3]. Καὶ τούτων τῶν ἀσεβῶν[4] οὐδὲ ἀκοῦσαι δυνάμεθα, ἐὰν μυρίους θανάτους ἡμῖν ἐπαπειλῶσιν οἱ αἱρετικοί.

(3) Ἡμεῖς δὲ τί λέγομεν, καὶ φρονοῦμεν, καὶ ἐδιδάξαμεν, 401
καὶ διδάσκομεν; Ὅτι ὁ Υἱὸς οὐκ ἔστιν ἀγέννητος, οὐδὲ μέρος ἀγεννήτου, κατ' οὐδένα τρόπον· ἀλλ' οὔτε ἐξ ὑποκειμένου τινός· ἀλλ' ὅτι θελήματι καὶ βουλῇ ὑπέστη πρὸ χρό-

---

genus non adversum nos commoveat, usque eo ut nos etiam velut impios ac Deum negantes ex urbe expulerit; idque ob illam causam, quod ei publice ista pronuntianti nequaquam assentiamur: «Semper Deus, semper Filius; simul Pater, simul Filius. Cum Deo ingenito perpetuo Filius exsistit, semper genitus, ab ingenito genitus; neque cogitatione, neque momento ullo Deus Filium antecedit, semper Deus, semper Filius, ex ipso Deo Filius.» (2) Quoniam vero Eusebius frater tuus Caesareae et Theodosius [Theodotus], et Paulinus, et Athanasius, et Gregorius, et Aetius, et Orientales omnes Deum asserunt sine ullo principio ante Filium exsistere, anathemate damnantur, excepto Philogonio, Hellanico, Macario, haereticis ac rudimentorum fidei ignaris hominibus, qui Filium partim eructationem, partim ingenitam productionem appellant. Quorum quidem impiorum voces ne auribus quidem admittere possumus, etiamsi mille nobis mortes ab haereticis intententur.

(3) Nos e contrario quid tandem dicimus, sentimus, docui- 401
mus et docemus? Nimirum Filium nec ingenitum esse nec ingeniti ulla ratione partem; sed neque ex subiecta aliqua materia factum, verum [Dei] voluntate et consilio ante tempora

---

[1] *Theodoretus:* πάντα κάλων κινεῖ = omnem movet rudentem.
[2] *Theodoretus:* Θεόδοτος.
[3] *Theodoretus:* οἱ δὲ προβολήν, οἱ δὲ συναγέννητον.
[4] *Theodoretus:* ἀσεβειῶν.

νων καὶ πρὸ αἰώνων πλήρης Θεὸς μονογενής, ἀναλλοίωτος, καὶ πρὶν γεννηθῇ, ἤτοι κτισθῇ, ἤτοι ὁρισθῇ, ἢ θεμελιωθῇ, οὐκ[1] ἦν. Ἀγέννητος γὰρ οὐκ ἦν. (4) Διωκόμεθα δὲ ὅτι εἴπομεν· Ἀρχὴν ἔχει ὁ Υἱός, ὁ δὲ Θεὸς ἄναρχός ἐστιν. (5) Διὰ τοῦτο διωκόμεθα καὶ ὅτι εἴπομεν· Ἐξ οὐκ ὄντων ἐστίν. Οὕτως δὲ εἴπομεν καθότι οὐδὲ μέρος Θεοῦ ἐστιν, οὐδὲ ἐξ ὑποκειμένου τινός. Διὰ τοῦτο διωκόμεθα. (6) Λοιπὸν σὺ οἶδας. Ἐρρῶσθαί σε ἐν Κυρίῳ εὔχομαι, μεμνημένον τῶν θλίψεων ἡμῶν, Συλλουκιανιστά, ἀληθῶς Εὐσέβιε.

MG 42, 209 sqq; item *Theodoretus*, Hist. eccl. 1, 4 resp. 5: MG 82, 909 sqq resp. CB Theodoret. (ed. *Léon Parmentier*) 25 sqq.

## Initium «Thaliae».

[Apud *Athanasium*, Oratio 1 contra Arianos 5, 1.]

402 Ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ τῆς Ἀρειανῆς Θαλείας καὶ κουφολογίας, ἦθος ἔχουσα καὶ μέλος θηλυκόν, αὕτη·

Κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, συνετῶν Θεοῦ, παίδων,
ἁγίων, ὀρθοτόμων, ἅγιον Θεοῦ πνεῦμα λαβόντων,
τάδε ἔμαθον ἔγωγ' ὑπὸ τῶν σοφίης μετεχόντων,
ἀστείων, θεοδιδάκτων κατὰ πάντα σοφῶν τε.
Τούτων κατ' ἴχνος ἦλθον ἐγὼ βαίνων ὁμοδόξως
ὁ περικλυτός, ὁ πολλὰ παθὼν διὰ τὴν Θεοῦ δόξαν,
ὑπό τε Θεοῦ μαθὼν σοφίαν καὶ γνῶσιν ἐγὼ ἔγνων,

MG 26, 19 sqq. Aliud fragmentum Thaliae, non verbotenus sed excerptim tantum traditum, vide: *Athanas.*, De synodis 15: MG 26, 705 sqq. Initium saltem Thaliae hexametris constare conatur ostendere *P. Maas*, Byz. Zeitschr. 18 (1909) 510 sqq. Rhythmos versuum ut Maas pro-

---

saeculaque substitisse, plenum Deum unigenitum, immutabilem, qui, antequam gigneretur, sive crearetur, sive decerneretur aut fundaretur, non fuit. Neque enim non factus est. (4) Nos igitur ob id insectantur, quod diximus: Principium habet Filius, Deus autem principio caret. (5) Ob id nos insectantur, quod etiam asserimus eundem e nihilo esse. Quod idcirco a nobis usurpatur, quia neque Dei pars est, nec ex subiecta ulla materia. Propterea nos illi hostilem in modum persequuntur. (6) Reliqua tu nosti. Bene valere te in Domino cupimus aerumnarum nostrarum memorem, Collucianista, vere Eusebi [hoc est pie ac religiose].

---

[1] ita *Theodoretus*; *Epiphanius* (?): καί.

posui; mihi tamen prosa potius rhythmica videtur, in qua sententiae vel incisa fere ad longitudinem et metricam clausulam hexametri assimulata sint.

Versio litteralis:

Ipsum itaque Arianae Thaliae et futilitatis exordium, quod mores modosve effeminatos prae se fert, huiusmodi est: 402[1]

Iuxta fidem eorum, qui electi Dei, periti Dei, filii,
sancti et orthodoxi sunt, quique Sanctum Dei Spiritum acceperunt,
haec ego didici a viris, qui sapientiae participes,
comes, a Deo docti et in omnibus sapientes sunt.
Horum ego vestigiis institi, eadem ac illi sentiens;
ego ille celeberrimus, qui multa propter Dei gloriam passus sum
et a Deo doctus sapientiam et scientiam accepi.

## CONCILIUM OECUM. NICAENUM I 325.

### CANONES.

#### 2. Ne neophyti presbyteri vel episcopi fiant.

(1) Ἐπειδὴ πολλὰ ἤτοι ὑπὸ ἀνάγκης ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικόν, ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν καὶ ἅμα τῷ βαπτισθῆναι προάγειν εἰς ἐπισκοπὴν ἢ πρεσβυτερεῖον· καλῶς ἔδοξεν ἔχειν, τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο γίνεσθαι. (2) Καὶ γὰρ καὶ χρόνου δεῖ τῷ κατηχουμένῳ καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος· σαφὲς γὰρ τὸ ἀποστολικὸν γράμμα τὸ λέγον· «Μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου» [1 Tim 3, 6 sq]. (3) Εἰ δὲ προϊόντος 403⁰

---

[Versio Dionysi Exigui.]

(1) Quoniam plura aut per necessitatem aut alias urgentibus hominibus adversus ecclesiasticam facta sunt regulam, ut homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem et instructos brevi tempore mox ad lavacrum spiritale perducerent simulque ut baptizati sunt, ad episcopatum vel ad presbyteratum promoverent: optimum placuit, nihil tale de reliquo fieri. (2) Nam et tempore opus est ei, qui catechizatur, et post baptismum probatione quam plurima. Manifesta est enim apostolica scriptura, quae dicit: *Non neophytum, ne in superbiam elatus incidat in iudicium et laqueum diaboli.* (3) Si vero processu 403⁰

τοῦ χρόνου ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθῇ περὶ τὸ πρόσωπον καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, πεπαύσθω ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου· ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν ὡς ὑπεναντία τῇ μεγάλῃ συνόδῳ θρασυνόμενος αὐτὸς κινδυνεύσει περὶ τὸν κλῆρον.

### 3. De subintroductis mulieribus.

403 Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ μήτε πρεσβυτέρῳ μήτε διακόνῳ μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν, πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα ἢ ἀδελφὴν ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε.

### 4. De his qui ad episcopatum in provinciis provehuntur.

404 Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτο, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξάπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι· τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.

### 5. De excommunicatis et de synodis annuis.

405 (1) Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γενομένων, εἴτε τῶν ἐν τῷ κλήρῳ εἴτε ἐν λαϊκῷ τάγματι, ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρ-

---

temporis aliquod delictum animae circa personam reperiatur huiusmodi et a duobus vel tribus testibus arguatur, a clero talis abstineat. Si quis autem praeter haec fecerit, quasi contra magnum Concilium se efferens ipse de clericatus honore periclitabitur.

403 Interdixit per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem: nisi forte matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quae suspicionem effugiunt.

404 Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in id ipsum convenientibus, et absentibus quoque pari modo decernentibus, et per scripta consentientibus, nunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quae geruntur, per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur episcopo.

405 (1) De his qui communione privantur, seu ex clero seu ex laico ordine, ab episcopis per unamquamque provinciam,

χίαν ἐπισκόπων, κρατείτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. Ἐξεταζέσθω δέ, μὴ μικροψυχίᾳ ἢ φιλονεικίᾳ ἤ τινι τοιαύτῃ ἀηδίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀποσυνάγωγοι γεγένηνται. (2) Ἵνα οὖν τοῦτο τὴν πρέπουσαν ἐξέτασιν λαμβάνῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν, ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι, ἵνα κοινῇ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένων, τὰ τοιαῦτα ζητήματα ἐξετάζοιτο, καὶ οὕτως οἱ ὁμολογουμένως προσκεκρουκότες τῷ ἐπισκόπῳ κατὰ λόγον ἀκοινώνητοι παρὰ πᾶσιν εἶναι δόξωσι, μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον. (3) Αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ, δευτέρα δὲ περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν.

6. **De privilegiis quae quibusdam civitatibus competunt.**

(1) Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ 406
καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν· (2) ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις. (3) Καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο,

---

sententia regularis obtineat, ut hi qui abiciuntur ab aliis, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate aut contentione, vel alio quolibet episcopi vitio videantur a congregatione seclusi. (2) Ut hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut, communiter omnibus simul episcopis provinciae congregatis, discutiantur huiusmodi quaestiones, et sic, qui suo peccaverint evidenter episcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus aestimentur: usquequo 〈vel〉 episcopis in communi, 〈vel eidem episcopo〉 placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam. (3) Concilia vero celebrentur, unum quidem ante quadragesimam paschae, ut, omni dissensione sublata, munus offeratur Deo purissimum: secundum vero circa tempus autumni.

(1) Antiqua consuetudo servetur per Aegyptum, Libyam 406
et Pentapolim, ita ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem; quia et urbis Romae episcopo parilis mos est. (2) Similiter autem et apud Antiochiam ceterasque provincias suis privilegia serventur Ecclesiis. (3) Illud

ὅτι, εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον· (4) ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ, εὐλόγῳ οὔσῃ καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικόν, δύο ἢ τρεῖς δι' οἰκείαν φιλονεικίαν ἀντιλέγωσι, κρατείτω ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος.

### 7. De episcopo Aeliae id est Hierosolymorum.

407 Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

### 11. De his qui sponte lapsi sunt, qualiter debeant paenitere.

$407^1$ (1) Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης ἢ χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων ἢ χωρὶς κινδύνου ἤ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικινίου· ἔδοξε τῇ συνόδῳ, κἂν ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. (2) Ὅσοι οὖν γνησίως μεταμέλονται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν.

### 15. Quod non oporteat clericos ad alias Ecclesias demigrare.

408 (1) Διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν, τὴν παρὰ τὸν

---

autem generaliter clarum est, quod, si quis praeter sententiam metropolitani fuerit factus episcopus, hunc magna synodus definivit episcopum esse non oportere. (4) Sin autem communi cunctorum decreto rationabili et secundum ecclesiasticam regulam comprobato duo aut tres propter contentiones proprias contradicant, obtineat sententia plurimorum.

407 Quia consuetudo obtinuit et antiqua traditio, ut Aeliae episcopus honoretur; habeat honoris consequentiam, salva metropoli<tani> propria dignitate.

$407^1$ (1) De his qui praeter necessitatem praevaricati sunt aut praeter ablationem facultatum aut praeter periculum vel aliquid huiusmodi, quod factum est sub tyrannide Licinii: placuit synodo, quamvis humanitate probentur indigni, tamen eis benevolentiam commodari. (2) Quicumque ergo veraciter paenitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, et sex annis omni contritione se deiiciant, duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent.

408 (1) Propter multam perturbationem et seditiones quae fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, quae praeter re-

κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν μήτε ἐπίσκοπον μήτε πρεσβύτερον μήτε διάκονον. (2) Εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξάπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ Ἐκκλησίᾳ, ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη.

### 20. De genu non flectendo diebus Dominicis et Pentecostes.

Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν κυριακῇ γόνυ κλίνοντες καὶ ἐν ταῖς 408[1]
τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις· ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ.

Lauchert 37 sqq. Hard. 1, 323 sqq. Msi 2, 667 sqq. Hf. 1, 376 sqq. HL 1, 1, 532 sqq.

*Symbolum Nicaenum v. D 54; can. 8 et 19 De baptismo haereti-* 408 a
*corum ib. 55 sq; can. 13 De reconciliatione in articulo mortis ib. 57.*

### Epistula synodalis «Ἐπειδὴ τῆς» ad Aegyptios.

[Apud *Socratem*, Hist. eccl. 1, 9.]

Τῇ ἁγίᾳ, Θεοῦ χάριτι, καὶ μεγάλῃ Ἀλεξανδρέων Ἐκ- 409*
κλησίᾳ, καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν σύνοδον συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

---

gulam in quibusdam partibus videtur admissa, ita ut de civitate ad civitatem non episcopus, non presbyter, non diaconus transferatur. (2) Si quis autem post definitionem sancti et magni concilii tale quid agere tentaverit, et se huiuscemodi negotio mancipaverit; hoc factum prorsus irritum ducatur, et restituatur Ecclesiae, cuius fuit episcopus aut presbyter vel diaconus ordinatus.

Quoniam sunt quidam in die Dominico genua flectentes 408[1]
et in diebus Pentecostes: ut omnia in universis consonanter observentur, placuit sancto Concilio stantes Domino vota persolvere.

Sanctae, gratia Dei magnaeque Alexandrinorum 409
Ecclesiae, et dilectis fratribus, per Aegyptum, Libyam ac Pentapolim constitutis, episcopi Nicaeae congregati, et magnam sanctamque synodum celebrantes, in Domino salutem.

410 1. (1) Ἐπειδὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων πόλεών τε καὶ ἐπαρχιῶν, ἡ μεγάλη καὶ ἁγία σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη, ἐξ ἅπαντος ἀναγκαῖον ἐφάνη, παρὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστεῖλαι γράμματα· ἵν' εἰδέναι ἔχοιτε, τίνα μὲν ἐκινήθη καὶ ἐξητάσθη, τίνα δὲ ἔδοξε καὶ ἐκρατύνθη. (2) Πρῶτον μὲν οὖν ἐξ ἁπάντων ἐξητάσθη τὰ κατὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν παρανομίαν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου καὶ παμψηφεὶ ἔδοξεν ἀναθεματισθῆναι τὴν ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ ὀνόματα τὰ βλάσφημα, οἷς ἐκέχρητο βλασφημῶν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγων ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ εἶναί ποτε ὅτε οὐκ ἦν· καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντος, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα ὀνομάζοντος, ἅπαντα ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης ἢ ἀπονοίας καὶ τῶν βλασφήμων ῥημάτων, ἀνασχομένη. (3) Καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκείνου οἵου τέλους τετύχηκε, πάντως ἢ ἀκηκόατε ἢ ἀκούσεσθε, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν ἀνδρὶ δι' οἰκείαν ἁμαρτίαν ἄξια τὰ ἐπίχειρα κομισαμένῳ. (4) Τοσοῦτον δὲ ἴσχυσεν αὐτοῦ ἡ ἀσέβεια ὡς καὶ

---

410 1. (1) Quandoquidem Dei gratia Deoque carissimo principe Constantino nos ex diversis civitatibus ac provinciis congregante, sacra et magna synodus Nicaeae celebrata est, prorsus necessarium duximus ab universo sacro concilio etiam ad vos litteras mitti; ex quibus intellegere possitis quaenam proposita atque examinata, quaenam item decreta ac stabilita sint. (2) Primum igitur habita est quaestio coram piissimo principe Constantino, de impietate ac perversitate Arii et sociorum eius, cunctisque suffragantibus placuit ut impia eius opinio anathemate damnaretur, verbaque ac nomina blasphemiae plena, quibus utebatur, dicens Filium Dei ortum ex nihilo, et fuisse aliquando tempus cum non esset, et pro arbitrii libertate eum vitii ac virtutis capacem esse, et creaturam illum vocans atque facturam: haec omnia anathemate damnavit sanctissima synodus, opinionis huius impietatem atque amentiam, et verba blasphemiae plena, ne audire quidem patienter sustinens. (3) Et ea quidem quae adversus illum gesta sunt, vel comperistis iam vel brevi comperturi estis: ne nos insultare videamur homini qui sceleris sui dignam mercedem recepit. (4) Tantam vero vim habuit eius impietas, ut Theonam Marmaricae, et Secundum Ptole-

παραπολέσαι Θεωνᾶν ἀπὸ Μαρμαρικῆς, καὶ Σεκοῦνδον ἀπὸ Πτολεμαΐδος. Τῶν γὰρ αὐτῶν κἀκεῖνοι τετυχήκασιν.

2. (1) Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τῆς μὲν κακο- 411
δοξίας ἐκείνης καὶ ἀσεβείας, καὶ τῆς βλασφημίας, καὶ τῶν προσώπων τῶν τολμησάντων διάστασιν καὶ διαίρεσιν ποιήσασθαι τοῦ εἰρηνευομένου ἄνωθεν λαοῦ, ἠλευθέρωσεν ὑμᾶς· ἐλείπετο δὲ τὸ κατὰ τὴν προπέτειαν Μελιτίου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων· καὶ περὶ τούτου τοῦ μέρους ἃ ἔδοξε τῇ συνόδῳ, ἐμφανίζομεν ὑμῖν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. (2) Ἔδοξεν οὖν Μελίτιον μέν, φιλανθρωπότερον κινηθείσης τῆς συνόδου (κατὰ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον, οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιος ἦν), μένειν ἐν τῇ πόλει ἑαυτοῦ, καὶ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν αὐτὸν μήτε χειροθετεῖν, μήτε προχειρίζεσθαι, μήτε ἐν χώρᾳ, μήτε ἐν πόλει ἑτέρᾳ φαίνεσθαι, ταύτης τῆς προφάσεως ἕνεκα· ψιλὸν δὲ τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι. (3) Τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας κοινωνῆσαι ἐπὶ τούτοις, ἐφ' ᾧτε ἔχειν μὲν αὐτοὺς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργίαν, δευτέρους δὲ εἶναι ἐξάπαντος πάντων τῶν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ τε καὶ Ἐκκλησίᾳ ἐξεταζομένων, τῶν ὑπὸ τοῦ τιμιωτάτου καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου προκεχειρισμένων· ὡς πρὸς τούτοις δὲ μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι τοὺς ἀρέσκοντας αὐτοῖς

---

maidis episcopum, secum in exitium pertraxerit. Nam et in istos eadem, quae in illum, lata sententia est.

2. (1) Sed quoniam Dei gratia vos a pravitate quidem 411
illius opinionis et impietate atque blasphemia, et ab iis hominibus qui in populo antehac pacato turbas ac dissidia concitare ausi fuerant, iam liberavit, Melitii vero et eorum qui ab illo ordinati sunt, adhuc reliqua erat contumacia: de his etiam quid statuerit synodus, vobis significamus, fratres carissimi. (2) Placuit igitur clementius erga Melitium agente synodo (summo enim iure nullam veniam merebatur), ut is in civitate sua maneat, nec ullam habeat aut manus imponendi aut eligendi potestatem; nec huius rei causa aut in vico, aut in urbe ulla compareat, sed nudum honoris sui nomen retineat. (3) Ii vero qui ab ipso constituti sunt, sanctiore ordinatione confirmati ad communionem admittantur, ea lege ut honorem quidem ac ministerium suum retineant, secundo tamen semper loco sint ab iis omnibus qui in unaquaque paroecia et Ecclesia versantur, a carissimo collega nostro Alexandro prius ordinati: adeo ut his quidem nulla facultas suppetat quos visum fuerit eligendi, aut nomen cuiuspiam suggerendi, aut

προχειρίζεσθαι, ἢ ὑποβάλλειν ὀνόματα, ἢ ὅλως ποιεῖν τι χωρὶς γνώμης τοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπου, τοῦ ὑπὸ Ἀλέξανδρον. (4) Τοὺς δὲ χάριτι Θεοῦ καὶ εὐχαῖς ὑμετέραις ἐν μηδενὶ σχίσματι εὑρεθέντας, ἀλλὰ ἀκηλιδώτους ἐν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ὄντας, καὶ ἐξουσίαν ἔχειν προχειρίζεσθαι, καὶ ὀνόματα ἐπιλέγεσθαι τῶν ἀξίων τοῦ κλήρου, καὶ ὅλως πάντα ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικόν. (5) Εἰ δέ τινας συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τηνικαῦτα προσαναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος, τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο, συνεπιψηφίζοντος αὐτῷ καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσι συνεχωρήθη. (6) Ἐπὶ δὲ τοῦ Μελιτίου προσώπου οὐκέτι τὰ αὐτὰ ἔδοξε, διὰ τὴν ἀνέκαθεν αὐτοῦ ἀταξίαν, καὶ διὰ τὸ πρόχειρον καὶ προπετὲς τῆς γνώμης, ἵνα μηδεμία ἐξουσία ἢ αὐθεντία αὐτῷ δοθείη, ἀνθρώπῳ δυναμένῳ πάλιν τὰς αὐτὰς ἀταξίας ἐμποιῆσαι. (7) Ταῦτά ἐστι τὰ ἐξαίρετα καὶ διαφέροντα τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ. Εἰ δέ τι ἄλλο ἐκανονίσθη ἢ ἐδογματίσθη, συμπαρόντος τοῦ κυρίου καὶ τιμιωτάτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς παρὼν ἀκριβέστερον

---

omnino quidquam gerendi sine consensu episcopi catholicae Ecclesiae qui Alexandro subiectus est. (4) Illi vero qui, Dei iuvante gratia vestrisque precationibus, nullo umquam in schismate deprehensi sunt, sed in catholica Ecclesia absque labe ulla perseverant, potestatem habeant eligendi, et proponendi nomina eorum qui in clerum allegi meruerint, cuncta denique peragendi iuxta legem et sanctionem Ecclesiae. (5) Quodsi quempiam eorum qui in Ecclesia censentur, diem suum obire contigerit, tum in defuncti locum atque honorem provehantur ii qui nuper asciti sunt, modo digni videantur, et populus eos eligat, suffragante nihilominus plebisque iudicium confirmante Alexandrinae urbis episcopo. Et aliis quidem omnibus id concessum est. (6) De Melitio vero, ob pristinam eius contumaciam, et ob temerarium ac praeceps hominis ingenium, aliter placuit decernere, ne potestas auctoritasque ulla tribuatur homini qui easdem rursus turbas excitare possit. (7) Atque haec sunt quae ad Aegyptum et ad sanctissimam Alexandrinorum Ecclesiam privatim pertinent. Si quid autem praeterea praesente domino et carissimo collega ac fratre nostro Alexandro sancitum ac definitum est, id ipse

ἀνοίσει πρὸς ὑμᾶς, ἅτε δὴ καὶ κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν
γεγενημένων τυγχάνων.

3. Εὐαγγελιζόμεθα δὲ ὑμῖν περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ 412
ἁγιοτάτου Πάσχα, ὅτι ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη καὶ
τοῦτο τὸ μέρος· ὥστε πάντας τοὺς ἐν τῇ ἑῴᾳ ἀδελφούς,
τοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, συμφώ-
νως Ῥωμαίοις καὶ ἡμῖν, καὶ πᾶσιν τοῖς ἐξ ἀρχαίου μεθ'
ἡμῶν φυλάττουσι τὸ Πάσχα, ἐκ τοῦ δεῦρο ἄγειν.

4. (1) Χαίροντες οὖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, καὶ τῇ τῆς 413
εἰρήνης συμφωνίᾳ, καὶ ἐπὶ τὸ πᾶσαν αἵρεσιν ἐκκοπῆναι,
ἀποδέξασθε μὲν μετὰ μείζονος τιμῆς καὶ πλείονος ἀγάπης
τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ὑμῶν δὲ ἐπίσκοπον Ἀλέξανδρον,
τὸν εὐφράναντα ἡμᾶς ἐν τῇ παρουσίᾳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ
ἡλικίᾳ τοσοῦτον πόνον ὑποστάντα ὑπὲρ τοῦ εἰρήνην γενέσθαι
καὶ παρ' ὑμῖν. (2) Εὔχεσθε δὲ ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων, ἵνα
τὰ καλῶς ἔχειν δόξαντα, ταῦτα βέβαια μένῃ, διὰ τοῦ παντο-
κράτορος Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρισ-
τοῦ, σὺν Ἁγίῳ Πνεύματι· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.
Ἀμήν.

MG 67, 77 sqq; item *Theodoretus,* Hist. eccl. 1, 8 resp. 9: MG
82, 927 sqq resp. CB Theodoret. (ed. *L. Parmentier*) 88 sqq.

---

vobis accuratius referet, quippe qui gestorum auctor et parti-
ceps exsistat.

3. Nuntiamus praeterea vobis de concordia sanctissimi 412
Paschae, hoc etiam negotium, precibus vestris adiuvantibus,
feliciter confectum fuisse; cunctosque qui in Oriente sunt
fratres, qui antea cum Iudaeis Pascha celebrarunt, cum Ro-
manis in posterum et nobiscum, et cum omnibus qui ab
ultima antiquitate nobiscum Pascha peregerunt, concorditer
esse celebraturos.

4. (1) Vos ergo laeti atque hilares ob felicem rerum eventum, 413
et ob communem omnium pacem atque concordiam, et quod
haeresis omnis penitus excisa est, maiore cum honore ac
benevolentia collegam nostrum, vestrumque episcopum Alex-
andrum excipite, qui et sua praesentia maximam nobis attulit
voluptatem, et in tam provecta aetate plurimum laboris susti-
nuit, ut pax inter vos quoque restitueretur. (2) Orate etiam
pro nobis omnibus, ut quae recte constituta sunt, firma per-
maneant per Deum omnipotentem et per Dominum nostrum
Iesum Christum una cum Sancto Spiritu, cui gloria in saecula.
Amen.

## ATHANASIUS (n. circa 295) EP. ALEXANDRINUS 328—373.

### De Liberio Papa et Hosio episcopo.

[Apologia contra Arianos (scripta 350)[1] 89]

*414 (1) Διὰ τοῦτο γὰρ δικαίως καὶ ἐκκλησιαστικῶς ποιοῦντες καὶ οἱ μακάριοι συλλειτουργοὶ ἡμῶν, ἐπειδή τινες ἀμφίβολα τὰ καθ' ἡμᾶς ἔλεγον, καὶ ἀκυροῦν ἐβιάζοντο τὰ ὑπὲρ ἡμῶν κριθέντα, πάντα παθεῖν ὑπέμειναν νῦν, καὶ ἐξορισθῆναι εἵλοντο, ἢ λυομένας ἰδεῖν τὰς τοσούτων ἐπισκόπων κρίσεις. (2) Εἰ μὲν οὖν πρὸς τοὺς βουλευσαμένους καθ' ἡμῶν, καὶ ἐθελήσαντας ἀνατρέψαι τὰ ὑπὲρ ἡμῶν, ἄχρι λόγων ἦσαν ἐνστάντες οἱ ἀληθῶς ἐπίσκοποι, ἢ τυχόντες ἦσαν ἄνδρες, ἀλλὰ μὴ ἐπισήμων πόλεων, καὶ κεφαλαὶ τοσούτων Ἐκκλησιῶν· ἦν ἂν ὑποπτεύειν μὴ ἄρα κεχαρισμένα πάλιν ποιοῦντες ἐφιλονείκησαν καὶ νῦν αὐτοί. (3) Ὅτε δὲ καὶ λογισμοῖς ἔπειθον καὶ ἐξορισμὸν ὑπέμειναν, καὶ Λιβέριός ἐστιν ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος· — Εἰ γὰρ καὶ εἰς τέλος οὐχ ὑπέμεινε τοῦ ἐξορισμοῦ τὴν θλῖψιν, ὅμως διετίαν ἔμεινεν ἐν τῇ μετοικίᾳ, γινώσκων τὴν καθ' ἡμῶν συσκευήν· —

415 (4) καὶ ἐπειδὴ καὶ Ὅσιος ὁ μέγας ἐστί, καὶ οἱ τῆς Ἰταλίας, καὶ οἱ τῶν Γαλλίων, καὶ ἄλλοι ἀπὸ Σπανίων, καὶ ἀπ' Αἰγύπτου,

---

414 (1) Idcirco recte et iuxta ecclesiasticas leges beati comministri nostri, cum nonnulli dubias esse res nostras affirmarent, niterenturque iudicia pro nobis lata abrogare, aerumnas quaslibet sustinere in exsiliumque pelli maluerunt, quam tot tantorumque episcoporum iudicia abrogata cernere. (2) Si itaque nostris insidiatoribus, qui ea quae pro nobis gesta essent subvertere conabantur, verborum tantum tenus obstitissent veri episcopi, aut si vulgares fuissent homines, et non eximiarum urbium et capita tantarum Ecclesiarum; suspicandum sane foret, ne gratia quadam aut favore ducti, nostri causa iam contenderent. (3) Cum autem non solum verbis mihi patrocinati fuerint, sed etiam exsilium sustinuerint, ex eorumque numero sit Liberius Romae episcopus: — Nam etsi exsilii aerumnas ad finem usque non toleraverit, attamen quod conflatam in nos conspirationem probe nosset, biennio in exsilii loco est commoratus; —

415 (4) cum etiam ex eorum numero sit magnus ille Hosius, cum episcopis Italiae, Galliarum, et aliis ex Hispaniis, ex

---

[1] Sunt qui dicant Athanasium postea et ad Apologiam et ad Historiam Arianorum quaedam addidisse, uti haec de Liberio. Cf. Hf. 1, 683 sq.

καὶ Λιβύης, καὶ οἱ τῆς Πενταπόλεως πάντες· — Εἰ γὰρ καί, πρὸς ὀλίγον φοβηθεὶς τὰς ἀπειλὰς Κωνσταντίου, ἔδοξεν ἐκείνοις μὴ ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἡ πολλὴ βία καὶ τυραννικὴ ἐξουσία Κωνσταντίου, καὶ αἱ πλεῖσται ὕβρεις καὶ πληγαὶ δεικνῦσιν, ὅτι μὴ καταγνοὺς ἡμῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ γήρως οὐ φέρων τὰς πληγάς, πρὸς καιρὸν εἶξεν αὐτοῖς· — (5) δίκαιόν ἐστι πλέον πάντας, ὡς πληροφορηθέντας, μισεῖν καὶ ἀποστρέφεσθαι τὴν ἀδικίαν, καὶ τὴν βίαν τὴν καθ' ἡμῶν γενομένην· διὰ τὸ μάλιστα δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τὴν Ἀρειανὴν ἀσέβειαν συνέστηκεν ἡμᾶς ταῦτα πεπονθέναι.

MG 25, 407 sqq.

## De Liberio Papa.

[Historia Arianorum ad monachos (scripta 357) 41.]

(1) Οἷα γὰρ καὶ ταῦτα πράττοντες ἔδρασαν, τίς ἀκούσας 416
οὐχ ἡγήσεται πάντα μᾶλλον αὐτοὺς ἢ Χριστιανοὺς εἶναι; (2) Λιβερίου γὰρ ἀποστείλαντος πρὸς βασιλέα Εὐτρόπιον πτεσβύτερον καὶ διάκονον Ἱλάριον μετὰ γραμμάτων, ὅτε καὶ οἱ περὶ Λουκίφερον ὡμολόγουν, τὸν μὲν πρεσβύτερον εὐθὺς ἐξώρισαν, τὸν δὲ διάκονον Ἱλάριον γυμνώσαντες, καὶ τὰ νῶτα μαστίξαντες, ἐξώρισαν, ἐπιφωνοῦντες «Διὰ τί μὴ ἀντέστης Λιβερίῳ, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτοῦ κεκόμικας γράμματα;» Ἐποίουν δὲ τοῦτο Οὐρσάκιος καὶ

---

Aegypto et ex Libya omnibusque Pentapolis episcopis: — Nam licet ille ad breve tempus Constantii minis perterritus, iis non obsistere videretur, attamen ingens illa vis atque tyrannica Constantii potestas, necnon plurimae illae contumeliae et plagae palam faciunt eum, non quod reos nos existimaret, sed quod propter senectutis infirmitatem plagas non ferret, ad tempus illis cessisse: — (5) aequum sane fuerit omnes, utpote rei certiores factos, iniustitiam illam, et vim nobis illatam magis ac magis odisse ac perhorrescere: ideo maxime quod planissimum sit nos nulla alia de causa quam propter Arianam impietatem huismodi mala esse perpessos.

(1) Haec item illorum facinora quis si audiat, non arbi- 416
tretur illos quidvis potius quam Christianos esse? (2) Cum Liberius Eutropium presbyterum et Hilarium diaconum cum litteris misisset ad imperatorem, quo tempore item Lucifer cum sociis confitebatur; presbyterum statim illi in exsilium ablegarunt, diaconum vero Hilarium, postquam nudassent atque dorso flagris cecidissent, in exsilium item miserunt. Dum flagellarent autem, haec vociferabantur: «Quare Liberio non obstitisti, sed eius detulisti litteras?» Illud facinoris commisere Ursacius et Valens cum spadoni-

Οὐάλης, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς σπάδοντες. (3) Καὶ ὁ μὲν διάκονος μαστιζόμενος ηὐλόγει τὸν Κύριον, μνησθεὶς αὐτοῦ λέγοντος· «Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας» [Is 50, 6]. (4) Οἱ δὲ καὶ μαστίζοντες ἐγέλων καὶ ἐχλεύαζον αὐτόν, οὐκ ἐρυθριῶντες, ὅτι λευΐτην ὕβριζον· πρέποντα δὲ ἑαυτοῖς καὶ οὗτοι γελῶντες ἐφρόνουν, κἀκεῖνος εὐλογῶν ὑπέμενε. Τὸ μὲν γὰρ τύπτεσθαι Χριστιανῶν ἴδιόν ἐστι, τὸ δὲ μαστίζειν Χριστιανοὺς Πιλάτου καὶ Καϊάφα τὸ τόλμημα. (5) Οὕτω μὲν οὖν καὶ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπεχείρησαν διαφθεῖραι, θελήσαντες ἐγκαταμῖξαι καὶ ἐν αὐτῇ τὴν ἀσέβειαν.

417 (6) Ὁ δὲ Λιβέριος, ἐξορισθείς, ὕστερον μετὰ διετῆ χρόνον ὤκλασε, καὶ φοβηθεὶς τὸν ἀπειλούμενον θάνατον, ὑπέγραψεν. (7) Ἀλλὰ καὶ τοῦτο δείκνυσιν ἐκείνων μὲν τὴν βίαν, Λιβερίου δὲ τὸ κατὰ τῆς αἱρέσεως μῖσος, καὶ τὴν ὑπὲρ Ἀθανασίου ψῆφον, ὅτε τὴν προαίρεσιν εἶχεν ἐλευθέραν. (8) Τὰ γὰρ ἐκ βασάνων παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γνώμην γιγνόμενα, ταῦτα οὐ τῶν φοβηθέντων, ἀλλὰ τῶν βασανιζόντων ἐστὶ βουλήματα. Πάντα μέντοι ποιεῖν ὑπὲρ τῆς αἱρέσεως ἐπεχείρησαν. (9) Καθ' ἑκάστην δὲ Ἐκκλησίαν, τηροῦντες ἣν ἔμαθον πίστιν, τοὺς μὲν διδασκάλους προσδοκῶσι, τὴν δὲ χριστομάχον αἵρεσιν κατέλαβον καὶ πάντες, ὡς ὄφιν, ἐκτρέπονται.

MG 25 741 sq.

---

bus. (3) Diaconus porro dum verberaretur, benedicebat Domino, memor illius dicentis: *Dorsum meum dedi ad flagella.* (4) Illi vero verberantes, irridebant, illudebantque viro: neque erubuere quod levitam afficerent contumeliis: dumque cachinnos profunderent, rem sibi consentaneam agebant: illeque benedicendo perseverabat. Verberari nempe Christianorum, Christianos autem verberare Pilati et Caiphae facinus est. (5) Sic itaque a principio ipsam Romanam Ecclesiam labefactare conati sunt, optantes suam illi admiscere impietatem.

417 (6) Porro Liberius extorris factus, post biennium denique fractus est, minisque mortis perterritus subscripsit. (7) Verum ea ipsa re comprobatur cum violentia eorum, tum Liberii in haeresim illam odium, eiusque pro Athanasio suffragium, quamdiu scilicet libere arbitrioque suo agere licuit. (8) Nam quae tormentorum vi praeter priorem sententiam eliciuntur, ea non reformidantium, sed vexantium sunt placita. Nihil itaque haeresis suae gratia non aggressi sunt. (9) Populi vero per singulas Ecclesias quam didicere fidem retinentes, magistros exspectant suos, ac Christo adversariam haeresim condemnant et omnes veluti serpentem aversantur.

## De morte Arii.

[Epistula ad Serapionem (scripta 358) 2—4.]

2. (1) Ἐγὼ μὲν οὐ παρήμην ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὅτε ἐτελεύτησεν ἐκεῖνος· Μακάριος δὲ ὁ πρεσβύτερος παρῆν, κἀκείνου λέγοντος ἤκουσα. (2) Ἐκέκλητο μὲν παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως Ἄρειος ἐκ σπουδῆς τῶν περὶ Εὐσέβιον· εἰσελθόντα δὲ τὸν Ἄρειον ἀνέκρινε βασιλεύς, εἰ τὴν πίστιν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἔχει· αὐτός τε ὤμοσε πιστεύειν ὀρθῶς, καὶ ἔγγραφον ἐπιδέδωκε πίστεως, κρύψας μὲν ἐφ' οἷς ἐξεβλήθη τῆς Ἐκκλησίας παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου, ὑποκρινόμενος δὲ τὰς ἀπὸ τῶν Γραφῶν λέξεις. (3) Ὀμόσαντα τοίνυν αὐτὸν μὴ πεφρονηκέναι ἐφ' οἷς ἐξέβαλεν Ἀλέξανδρος αὐτόν, ἀπέλυσεν εἰρηκώς· «Εἰ ὀρθή σού ἐστιν ἡ πίστις, καλῶς ὤμοσας· εἰ δὲ ἀσεβής ἐστιν ἡ πίστις σου, καὶ ὤμοσας, ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ ὅρκου κρίναι τὰ κατὰ σέ.» (4) Οὕτω δὴ οὖν αὐτὸν ἐξελθόντα παρὰ τοῦ βασιλέως ἠθέλησαν εἰσαγαγεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ περὶ Εὐσέβιον τῇ συνήθει ἑαυτῶν βίᾳ. Ἀλλ' ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος, ὁ μακαρίτης Ἀλέξανδρος, ἀντέλεγε, φάσκων μὴ δεῖν εἰς κοινωνίαν δεχθῆναι τὸν τῆς αἱρέσεως εὑρετήν. (5) Καὶ λοιπὸν οἱ περὶ Εὐσέβιον ἠπείλησαν, ὅτι «ὥσπερ μὴ θελόντων ὑμῶν, ἐποιήσαμεν αὐτὸν κληθῆναι παρὰ βασιλέως, οὕτως αὔριον, 418*

---

2. (1) Equidem Constantinopoli non aderam, cum ille vita functus est; sed aderat Macarius presbyter, a quo narrante rem comperi. (2) Ab imperatore Constantino, Eusebianorum opera, accitus Arius fuerat; ingressum autem Arium imperator interrogavit num Ecclesiae catholicae fidem servaret; is vero se recte credere iureiurando affirmavit, ac rescriptum fidei suae tradidit, quo iis occultatis, quorum causa ab Alexandro episcopo Ecclesia pulsus fuerat, Scripturarum verba dolose proferebat. (3) Cum iurasset itaque se non eam tenuisse sententiam, cuius causa ab Alexandro exactus fuerat, illum imperator dimittens: «Si recta, ait, est fides tua, bene iurasti; sin impia, et tamen iurasti, Deus ex iuramento causam tuam iudicet.» (4) Illum igitur ab imperatore ita digressum Eusebiani, solita usi violentia, in ecclesiam introducere voluerunt: obsistebat Constantinopolitanus episcopus beatae vir memoriae Alexander, non debere, aiens, haeresis auctorem in communionem recipi. (5) At Eusebiani, minis adhibitis, aiebant: «Ut, repugnantibus licet vobis, obtinuimus ut illum imperator accesseret; sic die crastina, etiamsi id non 418

κἂν μὴ κατὰ γνώμην σοι τυγχάνῃ, συναχθήσεται Ἄρειος μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ». Σάββατον δὲ ἦν ὅτε ταῦτα ἔλεγον.

419 3. (1) Ὁ τοίνυν ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος, ἀκούσας ταῦτα, καὶ πάνυ λυπηθείς, εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τάς τε χεῖρας ἐκτείνας πρὸς τὸν Θεόν, ἀπωδύρετο, καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον ἐν τῷ ἱερατείῳ, κείμενος ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, ηὔχετο. Παρῆν δὲ καὶ Μακάριος εὐχόμενος σὺν αὐτῷ, καὶ ἀκούσας τῆς φωνῆς αὐτοῦ. (2) Παρεκάλει δὲ δύο ταῦτα, λέγων· «Εἰ Ἄρειος αὔριον συνάγεται, ἀπόλυσον ἐμὲ τὸν δοῦλόν σου, καὶ μὴ συναπολέσῃς εὐσεβῆ μετὰ ἀσεβοῦς [cf. Gn 18, 23]· εἰ δὲ φείδῃ τῆς Ἐκκλησίας σου, οἶδα δὲ ὅτι φείδῃ, ἔπιδε ἐπὶ τὰ ῥήματα τῶν περὶ Εὐσέβιον, καὶ μὴ δῷς εἰς ἀφανισμὸν καὶ ὄνειδος τὴν κληρονομίαν σου [cf. Ioel 2, 17]· καὶ ἆρον Ἄρειον, ἵνα μή, εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, δόξῃ καὶ ἡ αἵρεσις συνεισέρχεσθαι αὐτῷ, καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια ὡς εὐσέβεια νομισθῇ.» Ταῦτα εὐξάμενος ὁ ἐπίσκοπος, ἀνεχώρησε πάνυ φροντίζων. (3) Καὶ γέγονέ τι θαυμαστὸν καὶ παράδοξον· τῶν γὰρ περὶ Εὐσέβιον ἀπειλησάντων, ὁ μὲν ἐπίσκοπος ηὔξατο, ὁ δὲ Ἄρειος ἐθάρρει τοῖς περὶ Εὐσέβιον, πολλά τε φλυαρῶν, εἰσῆλθεν εἰς θάκας, ὡς διὰ χρείαν τῆς γαστρός, καὶ ἐξαίφνης, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρηνὴς γενόμενος «ἐλάκησε μέσος» [Act 1, 18],

---

e sententia sit tua, Arius in hac ecclesia nobiscum synaxi aderit.» Sabbatum autem erat cum haec illi effutirent.

419 3. (1) Quibus auditis episcopus Alexander, magno maerore perfusus, in ecclesiam ingressus est, extensisque ad Deum manibus, collacrimans in vultum procidit in sacrario humique iacens orabat. Aderat Macarius, qui et ipse orabat, orantisque vocem audivit. (2) Alterutrum autem his verbis enixe rogabat episcopus: «Si Arius crastina die ad conventum accedet, me servum tuum ex hac vita dimitte, et ne pium cum impio perdideris; sin Ecclesiae tuae miserearis, misereberis autem, hoc bene novi, respice in Eusebianorum verba, et ne dederis in exitium et in opprobrium haereditatem tuam; ac tolle Arium, ne ingrediente illo in ecclesiam haeresis cum illo introire videatur, neve deinceps impietas pro pietate habeatur.» Haec precatus episcopus, multum anxius recessit. (3) Et res mira incredibilisque contigit. Eusebianis quippe minitantibus, episcopus orabat, Arius vero Eusebianis fretus, ac multa nugatus, ingressus in latrinas quasi alvi exonerandae causa, derepente, uti scriptum

καὶ πεσὼν εὐθὺς ἀπέψυξεν, ἀμφοτέρων τε, τῆς τε κοινωνίας καὶ τοῦ ζῆν, εὐθὺς ἐστερήθη.

4. (1) Τὸ μὲν οὖν τέλος τοῦ Ἀρείου τοιοῦτον γέγονε· 420
καὶ οἱ περὶ Εὐσέβιον μεγάλως αἰσχυνθέντες, ἔθαψαν τὸν συνωμότην ἑαυτῶν. (2) Ὁ δὲ μακαρίτης Ἀλέξανδρος χαιρούσης τῆς Ἐκκλησίας τὴν σύναξιν ἐπετέλεσε σὺν εὐσεβείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ, πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς εὐχόμενος, καὶ δοξάζων μεγάλως τὸν Θεόν, οὐχ ὡς ἐπιχαίρων τῷ θανάτῳ, μὴ γένοιτο! πᾶσι γὰρ «ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν» [Hebr 9, 27]· ἀλλ' ὅτι τοῦτο ὑπὲρ τὰς ἀνθρώπων κρίσεις ἐδείχθη. (3) Αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος, δικάσας ταῖς ἀπειλαῖς τῶν περὶ Εὐσέβιον καὶ τῇ εὐχῇ Ἀλεξάνδρου, κατέκρινε τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν, δείξας αὐτὴν ἀνάξιον οὖσαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας.

MG 25, 685 sqq. Cf. *Socr.* Hist. eccl. 1, 37; *Sozom.* Hist. eccl. 2, 29 sq. (Athanasii Epistula ad episcopos Aegypti et Libyae).

*Symbolum quod Athanasianum dicitur v. DB 39 sq.* *420 a*

## EUSEBIUS PAMPHILI EP. CAESARIENSIS PALAEST. obiit circa 340.

### De cathedra Romana s. Petri.

[Chronicon 2, 2058 ad a. Chr. 44.]

Πέτρος ὁ κορυφαῖος τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρώτην θε- 421
μελιώσας Ἐκκλησίαν εἰς Ῥώμην ἄπεισι κηρύττων τὸ Εὐαγ-

---

est, pronus factus *crepuit medius* prolapsusque statim exspiravit, utroque simul, vita scilicet et communione, privatus.

4. (1) Eiusmodi fuit Arii exitus: Eusebianique ingenti pu- 420
dore suffusi, coniurationis suae socium sepeliere. (2) Beatae vero vir memoriae Alexander, gaudente Ecclesia synaxin cum pietate et sana fide celebravit, precesque fudit pro fratribus omnibus, ac Deum magnopere glorificavit: non quo gauderet de illius interitu, absit! nam *statutum est omnibus hominibus semel mori;* sed quod ea res humana iudicia visa fuerit superare. (3) Ipse namque Dominus inter Eusebianorum minas et Alexandri preces iudicem sese constituens haeresim damnavit Arianam, declaravitque esse illam Ecclesiae communione indignam.

[Versio Hieronymi.]

Petrus apostolus ⟨natione Galilaeus, Christianorum Pontifex 421
primus⟩ cum primus Antiochenam Ecclesiam fundasset,

γέλιον· ὁ δ' αὐτὸς μετὰ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας καὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ πρῶτος προέστη ἕως τελειώσεως αὐτοῦ.

Ed. *A. Schoene* (Berolini 1866 apud Weidmannos) 2, 152 sq. ML 27, 577 sq.

## De martyrio Romano ss. Petri et Pauli.

[Chron. 2, 2084 ad a. Chr. 70.]

421[1] Ἐπὶ πᾶσι δ' αὐτοῦ τοῖς ἀδικήμασι καὶ τὸν πρῶτον κατὰ Χριστιανῶν ἐνεδείξατο διωγμόν, ἡνίκα Πέτρος καὶ Παῦλος, οἱ θειότατοι ἀπόστολοι, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντες κατεστέφθησαν ἀγῶνι.

*Schoene* l. c. 2, 156 sq. ML 27, 589 sq.

## Praefatio in Historiam ecclesiasticam.

[Hist. eccl. 1, 1, 1—7.]

422 (1) Τὰς τῶν ἱερῶν ἀποστόλων διαδοχὰς σὺν καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ εἰς ἡμᾶς διηνυσμένοις χρόνοις, ὅσα τε καὶ πηλίκα πραγματευθῆναι κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν λέγεται, καὶ ὅσοι ταύτης διαπρεπῶς ἐν ταῖς μάλιστα ἐπισημοτάταις παροικίαις ἡγήσαντό τε καὶ προέστησαν, ὅσοι τε κατὰ γενεὰν ἑκάστην ἀγράφως ἢ καὶ διὰ συγγραμμάτων τὸν θεῖον ἐπρέσβευσαν λόγον, τίνες δὲ καὶ ὅσοι καὶ ὁπηνίκα νεωτεροποιίας ἱμέρῳ πλάνης εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες, ψευδωνύμου γνώσεως εἰσηγητὰς ἑαυτοὺς

---

Romam proficiscitur. Ubi Evangelium praedicans XXV annis eiusdem urbis episcopus perseverat[1].

421[1] Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in Christianos facit, in qua Petrus et Paulus gloriose Romae occubuerunt.

[Versio Rufini. (Nisi *Rufinus* expresse nominetur, versio latina semper erit *Valesii*.)]

422 (1) Successiones sanctorum apostolorum et tempora quae a Salvatore nostro ad nos usque decursa sunt, quaeque et qualia in his erga Ecclesiae statum gesta sint, qui etiam insignes viri in locis maxime celeberrimis Ecclesiis praefuerunt vel qui singulis quibusque temporibus seu scribendo seu docendo verbum Dei notabiliter adstruxere, quique etiam vel quanti vel quando nova contra religionem dogmata proferentes ad profundum erroris studio contentionis elapsi falsae scientiae

---

[1] *Versio armenica saeculi V.*: «Et commoratur illic antistes Ecclesiae annis viginti.» Ed. *A. Schoene* 2, 150 r.

ἀνακεκηρύχασιν, ἀφειδῶς οἷα λύκοι βαρεῖς τὴν Χριστοῦ ποίμνην ἐπεντρίβοντες, (2) πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ τὰ παραυτίκα τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος περιελθόντα, ὅσα τε αὖ καὶ ὁποῖα καθ' οἵους τε χρόνους πρὸς τῶν ἐθνῶν ὁ θεῖος πεπολέμηται λόγος, καὶ πηλίκοι κατὰ καιροὺς τὸν δι' αἵματος καὶ βασάνων ὑπὲρ αὐτοῦ διεξῆλθον ἀγῶνα, τά τ' ἐπὶ τούτοις καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς μαρτύρια καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσιν ἵλεω καὶ εὐμενῆ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀντίληψιν γραφῇ παραδοῦναι προῃρημένος, οὐδ' ἄλλοθεν ἢ ἀπὸ πρώτης ἄρξομαι τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας.

(3) Ἀλλά μοι συγγνώμην εὐγνωμόνων ἐντεῦθεν ὁ λόγος 423
αἰτεῖ, μείζονα ἢ καθ' ἡμετέραν δύναμιν ὁμολογῶν εἶναι τὴν ἐπαγγελίαν ἐντελῆ καὶ ἀπαράλειπτον ὑποσχεῖν, ἐπεὶ καὶ πρῶτοι νῦν τῆς ὑποθέσεως ἐπιβάντες οἷά τινα ἐρήμην καὶ ἀτριβῆ ἰέναι ὁδὸν ἐγχειροῦμεν, Θεὸν μὲν ὁδηγὸν καὶ τὴν τοῦ Κυρίου συνεργὸν σχήσειν εὐχόμενοι δύναμιν, ἀνθρώπων γε μὴν οὐδαμῶς εὑρεῖν οἷοί τε ὄντες ἴχνη γυμνὰ τὴν αὐτὴν ἡμῖν προωδευκότων, μὴ ὅτι σμικρὰς αὐτὸ μόνον προφάσεις, δι' ὧν ἄλλος ἄλλως ὧν διηνύκασι χρόνων μερικὰς ἡμῖν καταλελοίπασι διηγήσεις, πόρρωθεν ὥσπερ εἰ πυρσοὺς τὰς

---

auctores se praeceptoresque professi sunt, passim velut lupi graves gregem Christi lacerantes, (2) nec non et ea mala, quae Iudaeorum gentem pro insidiis quas adversum Salvatorem moliti sunt, vastaverunt, quibus etiam modis et quotiens quibusve temporibus doctrina Christi et sermo divinus a gentilibus impugnatus est, quantique his tempestatibus usque ad suppliciorum patientiam et profusionem sanguinis pro verbi Dei veritate certarunt, sed et martyria nostris suscepta temporibus atque in his Domini et Salvatoris nostri erga singulos quosque unicum clementissimumque subsidium scribere mihi volenti non aliunde sumendum videtur exordium quam ab ipsa Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi praesentia corporali.

(3) Sed mihi quaeso veniam dari: confiteor namque, quod 423
in hoc opere viribus nostris maiora tentamus, ut et fideliter et integre quae sunt gesta narremus et rudem ac nulli fere nostrorum digressam viam huiuscemodi itineris primi audeamus incedere. Et licet Deum ducem futurum Dominique Salvatoris nostri certus sim nobis adfutura suffragia, hominum tamen nulla, quibus possimus inniti, conspicimus praecessisse vestigia, nisi quod sparsim singulorum quorumque temporis sui rerum gestarum ad nos usque indicia ac monumenta trans-

ἑαυτῶν προανατείνοντες φωνὰς καὶ ἄνωθέν ποθεν ὡς ἐξ ἀπόπτου καὶ ἀπὸ σκοπῆς βοῶντες καὶ διακελευόμενοι, ᾗ χρὴ βαδίζειν καὶ τὴν τοῦ λόγου πορείαν ἀπλανῶς καὶ ἀκινδύνως εὐθύνειν. (4) Ὅσα τοίνυν εἰς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν λυσιτελεῖν ἡγούμεθα τῶν αὐτοῖς ἐκείνοις σποράδην μνημονευθέντων, ἀναλεξάμενοι καὶ ὡς ἂν ἐκ λογικῶν λειμώνων τὰς ἐπιτηδείους αὐτῶν τῶν πάλαι συγγραφέων ἀπανθισάμενοι φωνάς, δι' ὑφηγήσεως ἱστορικῆς πειρασόμεθα σωματοποιῆσαι, ἀγαπῶντες, εἰ καὶ μὴ ἁπάντων, τῶν δ' οὖν μάλιστα διαφανεστάτων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τὰς διαδοχὰς κατὰ τὰς διαπρεπούσας ἔτι καὶ νῦν μνημονευομένας Ἐκκλησίας ἀνασωσαίμεθα.

424 (5) Ἀναγκαιότατα δέ μοι πονεῖσθαι τὴν ὑπόθεσιν ἡγοῦμαι, ὅτι μηδένα πω εἰς δεῦρο τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων διέγνων περὶ τοῦτο τῆς γραφῆς σπουδὴν πεποιημένον τὸ μέρος· ἐλπίζω δ' ὅτι καὶ ὠφελιμωτάτη τοῖς φιλοτίμως περὶ τὸ χρηστομαθὲς τῆς ἱστορίας ἔχουσιν ἀναφανήσεται. (6) Ἤδη μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον ἐν οἷς διετυπωσάμην χρονικοῖς κανόσιν ἐπιτομὴν κατεστησάμην, πληρεστάτην δ' οὖν ὅμως αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρμήθην τὴν ἀφήγησιν ποιήσασθαι. (7) Καὶ ἄρξεταί γέ μοι ὁ λόγος, ὡς ἔφην,

---

missa sunt, e quibus quaedam nobis luminum faces velut in obscuro positis eminus accenduntur et tamquam e sublimi specula, qua nos gressum tendere oporteat ac viam verbi absque errore dirigere, eorum vocibus admonemur. (4) Quaecumque igitur proposito operi convenire credidimus, ex his, quae illi sparsim memoraverant, eligentes ac velut e rationabilibus campis doctorum flosculos decerpentes historica narratione in unum corpus redigere et coagmentare tentavimus, satis abundeque gratum putantes, etsi non omnium, nobilissimorum certe Salvatoris nostri apostolorum successiones celebrioribus quibusque Ecclesiis traditas in unum colligere atque in ordinem modumque digerere.

424 (5) Opus autem mihi pernecessarium videor assumpsisse eo magis, quo, ut superius dixi, neminem ecclesiasticum dumtaxat scriptorem ad hanc partem narrationis animum adiecisse comperior. In quo illud etiam spero, quod et utilitatis plurimum ex rerum gestarum cognitione studiosis quibusque noster hic conferat labor. (6) Quamvis iam de his ipsis nonnulla etiam in chronicis, id est in eo opere, quod de temporum ratione conscripsimus, breviter succincteque perstrinxerim, plenius tamen in praesenti opere singulorum narrationem aperire ten-

ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Χριστὸν ἐπινοουμένης ὑψηλοτέρας καὶ κρείττονος ἢ κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομίας τε καὶ θεολογίας.

CB Eus. 2, 6 sqq. MG 20, 47 sqq.

## De Simone Mago et de praedicatione Petri apostoli in urbe Roma.

[Hist. eccl. 2, 14, 5—6.]

(5) Ἐπιβὰς δὲ [ὁ Σίμων] τῆς Ῥωμαίων πόλεως, 425
συναιρομένης αὐτῷ τὰ μεγάλα τῆς ἐφεδρευούσης ἐνταῦθα δυνάμεως, ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτον τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως ἤνυστο, ὡς καὶ ἀνδριάντος ἀναθέσει πρὸς τῶν τῇδε οἷα θεὸν τιμηθῆναι. Οὐ μὴν εἰς μακρὸν αὐτῷ ταῦτα προυχώρει. (6) Παρὰ πόδας γοῦν ἐπὶ τῆς αὐτῆς Κλαυδίου βασιλείας ἡ πανάγαθος καὶ φιλανθρωποτάτη τῶν ὅλων πρόνοια τὸν καρτερὸν καὶ μέγαν τῶν ἀποστόλων, τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν λοιπῶν ἁπάντων προήγορον, Πέτρον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὡς ἐπὶ τηλικοῦτον λυμεῶνα βίου χειραγωγεῖ· ὃς οἷά τις γενναῖος Θεοῦ στρατηγὸς τοῖς θείοις ὅπλοις φραξάμενος, τὴν πολυτίμητον ἐμπορίαν τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἐξ ἀνατολῶν τοῖς κατὰ δύσιν ἐκόμιζεν, φῶς αὐτὸ καὶ λόγον ψυχῶν σωτήριον, τὸ κήρυγμα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, εὐαγγελιζόμενος.

CB Eus. 2, 138. MG 20, 171 sq.

---

tavimus. (7) Incipit igitur mihi sermo ab ipso Domino, sicut promisimus, Christo.

(5) Tandem [Simon] ad urbem Romam delatus, ope 425
atque adiumento subsidentis ibidem daemonis, brevi conatus suos tantopere promovit, ut illius civitatis homines ei tamquam deo statuam collocarint. Sed haec non diu ex voto illi fluxerunt. (6) Confestim enim ipsis Claudii Augusti temporibus, benigna et clementissima Dei providentia fortissimum et maximum inter apostolos Petrum et virtutis merito reliquorum omnium principem et patronum Romam adversus illam generis humani labem ac pestem perducit. Qui tamquam strenuus divinae militiae ductor caelestibus armis munitus, pretiosam illam lucis intellegibilis mercem ab oriente ad eos qui versus occasum habitant, detulit: lucem ipsam et salutarem mentibus doctrinam, regnum scilicet caelorum iis annuntians.

## De Evangelio Marci et de «Babylone» in Epistula Petri prima (testimonium Clementis Alexandrini et Papiae Hierapolitani).

[Hist. eccl. 2, 15.]

426 (1) Οὕτω δὴ οὖν ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς τοῦ θείου λόγου, ἡ μὲν τοῦ Σίμωνος ἀπέσβη καὶ παραχρῆμα σὺν καὶ τῷ ἀνδρὶ καταλέλυτο δύναμις· τοσοῦτον δ' ἐπέλαμψεν ταῖς τῶν ἀκροατῶν τοῦ Πέτρου διανοίαις εὐσεβείας φέγγος, ὡς μὴ τῇ εἰς ἅπαξ ἱκανῶς ἔχειν ἀρκεῖσθαι ἀκοῇ μηδέ τῇ ἀγράφῳ τοῦ θείου κηρύγματος διδασκαλίᾳ, παρακλήσεσιν δὲ παντοίαις Μάρκον, οὗ τὸ Εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου, λιπαρῆσαι ὡς ἂν καὶ διὰ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς διὰ λόγου παραδοθείσης αὐτοῖς καταλείψοι διδασκαλίας, μὴ πρότερόν τε ἀνεῖναι ἢ κατεργάσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ταύτῃ αἰτίους γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου γραφῆς. (2) Γνόντα δὲ τὸ πραχθέν φασι τὸν ἀπόστολον, ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τοῦ Πνεύματος, ἡσθῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ κυρῶσαί τε τὴν γραφὴν εἰς ἔντευξιν ταῖς Ἐκκλησίαις. (3) Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων παρατέθειται τὴν ἱστορίαν, συνεπιμαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος ὀνόματι Παπίας.

427 (4) Τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν τὸν Πέτρον ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ· ἣν καὶ συντάξαι φασὶν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης,

---

426 (1) Igitur cum Dei doctrina Romanos adventu suo illustrasset, Simonis quidem vis ac potentia cum ipso simul auctore brevi exstincta atque deleta est. Tantus autem veritatis fulgor emicuit in mentibus eorum qui Petrum audierant, ut parum haberent semel audisse, nec contenti essent caelestis verbi doctrinam viva voce, nullis traditam scriptis, accepisse: sed Marcum, Petri sectatorem, cuius hodieque exstat Evangelium, enixe orarent, ut doctrinae illius quam auditu acceperant, scriptum aliquod monumentum apud se relinqueret. Nec prius destiterunt, quam hominem expugnassent, auctoresque scribendi illius quod secundum Marcum dicitur Evangelii exstitissent. (2) Quod cum Petrus per revelationem Sancti Spiritus cognovisset, delectatus ardenti hominum studio, librum illum auctoritate sua comprobasse dicitur, ut deinceps in Ecclesiis legeretur. (3) Refertur id a Clemente in sexto Institutionum libro. Cui testis etiam accedit Papias, Hierapolitanus episcopus.

427 (4) Porro Marci mentionem fieri aiunt a Petro in priore epistula, quam Roma scriptam esse contendunt, idque Petrum

σημαίνειν δὲ τοῦτ' αὐτόν, τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλῶνα προσειπόντα διὰ τούτων· «ἀσπάζεταί ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου» [1 Petr. 5, 13].

CB Eus. 2, 138 sqq. MG 20, 171 sqq.

## De praedicatione apostolorum et de ss. Petri et Pauli Romano martyrio secundum Origenem.

[Hist. eccl. 3, 1.]

(1) Τὰ μὲν δὴ κατὰ Ἰουδαίους ἐν τούτοις ἦν· τῶν δὲ 428
ἱερῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἐφ' ἅπασαν κατασπαρέντων τὴν οἰκουμένην, Θωμᾶς μέν, ὡς ἡ παράδοσις περιέχει, τὴν Παρθίαν εἴληχεν, Ἀνδρέας δὲ τὴν Σκυθίαν, Ἰωάννης τὴν Ἀσίαν, πρὸς οὓς καὶ διατρίψας ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ. (2) Πέτρος δ' ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ Καππαδοκίᾳ τε καὶ Ἀσίᾳ κεκηρυχέναι τοῖς [ἐκ] διασπορᾶς Ἰουδαίοις ἔοικεν· ὃς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν. (3) Τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότος τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ καὶ ὕστερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Νέ-

---

ipsum innuere, qui Romam figurate Babylonem appellat his verbis: *Salutat vos Babylonis Ecclesia a Deo perinde ac vos electa, et Marcus filius meus.*

[Versio aucta Rufini.]

(1) Igitur Iudaei debitis cladibus perurgebantur. Sancti vero 428
apostoli Domini et Salvatoris nostri ceterique discipuli ad praedicandum verbum Dei per singulas quasque orbis terrae provincias diriguntur. Thomas, sicut nobis traditum est, sortitus est Parthos, ⟨Matthaeus Aethiopiam, Bartholomaeus Indiam citeriorem⟩[1], Andreas Scythiam, Ioannes Asiam, unde apud Ephesum et commoratus est et defunctus. (2) Petrus Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam ⟨ceterasque confines provincias⟩ Iudaeis dumtaxat praedicans circumisse deprehenditur et ad ultimum in urbe Roma commoratus, ubi et crucifixus est deorsum capite demerso, quod ipse ita fieri deprecatus est, ⟨ne exaequari Domino videretur⟩. (3) De Paulo autem quid dicam? Qui ab Hierusalem usque ad Illyricum replevit Evangelium Christi et ad ultimum sub Nerone mar-

---

[1] Quae uncis includuntur, Rufinus addidit.

ρωνος μεμαρτυρηκότος; Ταῦτα Ὠριγένει κατὰ λέξιν ἐν τρίτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικῶν εἴρηται.

CB Eus. 2, 188. MG 20, 213 sqq.

## De postrema Iudaeorum expugnatione et excidio urbis Hierosolymitanae (135).

[Hist. eccl. 4, 6.]

429 (1) Καὶ δῆτα τῆς Ἰουδαίων ἀποστασίας αὖθις εἰς μέγα καὶ πολὺ προελθούσης, Ῥοῦφος ἐπάρχων τῆς Ἰουδαίας, στρατιωτικῆς αὐτῷ συμμαχίας ὑπὸ βασιλέως πεμφθείσης, ταῖς ἀπονοίαις αὐτῶν ἀφειδῶς χρώμενος ἐπεξῄει, μυριάδας ἀθρόως ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ παίδων καὶ γυναικῶν διαφθείρων πολέμου τε νόμῳ τὰς χώρας αὐτῶν ἐξανδραποδιζόμενος. (2) Ἐστρατήγει δὲ τότε Ἰουδαίων Βαρχωχέβας ὄνομα, ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ, τὰ μὲν ἄλλα φονικὸς καὶ λῃστρικός τις ἀνήρ, ἐπὶ δὲ τῇ προσηγορίᾳ, οἷα ἐπ' ἀνδραπόδων, ὡς δὴ ἐξ οὐρανοῦ φωστὴρ αὐτοῖς κατεληλυθὼς κακουμένοις τε ἐπιλάμψαι τερατευόμενος.

430 (3) Ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου, ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς ἡγεμονίας [Ἀδριανοῦ], κατὰ Βηθθήρα (πολίχνη τις ἦν ὀχυρωτάτη, τῶν Ἱεροσολύμων οὐ σφόδρα πόρρω διεστῶσα) τῆς τε ἔξωθεν πολιορκίας χρονίου γενομένης λιμῷ τε καὶ δίψει τῶν νεωτεροποιῶν εἰς ἔσχατον ὀλέθρου περιελαθέντων καὶ τοῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς αἰτίου τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην,

---

tyrium duxit. Haec ita per ordinem in tertio libro explanationum Genesis Origenes exponit.

429 (1) Ceterum cum defectio Iudaeorum magis ac magis iterum cresceret, Rufus legatus Iudaeae, auxiliis sibi ab imperatore submissis, amentiam ac desperationem hominum in occasionem saeviendi vertens, eos acerbissime ultus est, caesa innumerabili hominum multitudine cum coniugibus ac liberis, agroque illorum iure belli in populi Romani ditionem redacto. (2) Erat tunc temporis Iudaeorum ductor Barchochebas quidam, quod nomen stellam significat: vir alioqui cruentus et latrocinandi avidus, sed qui nomine suo auditoribus utpote vilissimis mancipiis fucum faciebat, quasi sidus e caelo delapsum esset, ut ipsis aerumnarum mole oppressis lucem afferret.

430 (3) Anno demum octavo decimo imperii [Adriani], cum totius belli vis circa Betthera, urbem munitissimam nec procul Hierosolymis dissitam, exarsisset, et protracta diutius a Romanis obsidione, rebelles fame ac siti oppressi essent, ipseque adeo seditionis auctor debitas poenas dedisset, ex eo deinceps tempore universa Iudaeorum gens in regionem circa

τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου· Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ. (4) Οὕτω δὴ τῆς πόλεως εἰς ἐρημίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους παντελῆ τε φθορὰν τῶν πάλαι οἰκητόρων ἐλθούσης ἐξ ἀλλοφύλου τε γένους συνοικισθείσης, ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις τὴν ἐπωνυμίαν ἀμείψασα, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τιμὴν Αἰλία προσαγορεύεται. Καὶ δὴ τῆς αὐτόθι Ἐκκλησίας ἐξ ἐθνῶν συγκροτηθείσης, πρῶτος μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους τὴν τῶν ἐκεῖσε λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Μάρκος.

CB Eus. 2, 306 sqq. MG 20, 309 sqq.

## De rescripto Marci Aurelii (161—180) et de martyribus Lugdunensibus.

[Ex Epist. Ecclesiae Lugdunensis: Hist. eccl. 5, 1, 47.]

(1) «Ἐπιστείλαντος γὰρ τοῦ Καίσαρος ,τοὺς μὲν ἀποτυμπανισθῆναι, εἰ δέ τινες ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι', (2) τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως (ἔστιν δὲ αὕτη πολυάνθρωπος ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν συνερχομένων εἰς αὐτήν) ἀρχομένης συνεστάναι, ἀνῆγεν ἐπὶ τὸ βῆμα θεατρίζων τοὺς μακαρίους καὶ ἐμπομπεύων τοῖς ὄχλοις δι' ὃ καὶ πάλιν ἀνήταζεν, καὶ ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτείαν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι, τούτων 431

---

Hierosolymam sitam pedem inferre prohibita est, lege et constitutione imperatoris Adriani: adeo ut ne prospicere quidem e longinquo patrium solum ipsis liceret, ut scribit Aristo Pellaeus. (4) In hunc igitur modum cum civitas Iudaeorum gente nudata esset, et veteribus incolis penitus vacuefacta, posthaec alienigenis eo confluentibus, urbs et colonia civium Romanorum effecta, in honorem Aelii Adriani imperatoris Aelia nuncupata est. Et cum Ecclesia eiusdem loci ex gentibus coaluisset, primus post episcopos ex circumcisione sacerdotium illius civitatis suscepit Marcus.

(1) «Quippe rescriptum fuerat a Caesare ,ut confitentes quidem gladio caederentur; hi vero qui negarent, dimitterentur incolumes'. (2) Ineunte igitur sollemni apud nos mercatu (qui maxima hominum frequentia celebratur, utpote ex omnibus populis ac provinciis eo conveniente virorum multitudine), praeses beatissimos martyres ad tribunal adduci iussit, tamquam in theatrali pompa eos populo ostentans, cumque illos 431

ἀπέτεμνε τὰς κεφαλάς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἔπεμπεν εἰς θηρία.»

CB Eus. 2, 420. MG 20, 427.

**Quomodo M. Aurelio Caesari Deus nostrorum precibus exauditis pluviam praestiterit et de «Legione fulminea».**

[Hist. eccl. 5, 5, 1—6.]

432 (1) Τούτου [Ἀντωνίνου] δὴ ἀδελφὸν Μάρκον Αὐρήλιον Καίσαρα λόγος ἔχει Γερμανοῖς καὶ Σαρμάταις ἀντιπαρατασσόμενον μάχῃ, δίψει πιεζομένης αὐτοῦ τῆς στρατιᾶς, ἐν ἀμηχανίᾳ γενέσθαι· τοὺς δ' ἐπὶ τῆς Μελιτηνῆς οὕτω καλουμένης λεγεῶνος στρατιώτας διὰ πίστεως ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο συνεστώσης ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας ἐπὶ γῆν κατὰ τὸ οἰκεῖον ἡμῖν τῶν εὐχῶν ἔθος ἐπὶ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίας τραπέσθαι. (2) Παραδόξου δὲ τοῖς πολεμίοις τοῦ τοιούτου δὴ θεάματος φανέντος, ἄλλο τι λόγος ἔχει παραδοξότερον ἐπικαταλαβεῖν αὐτίκα, σκηπτὸν μὲν εἰς φυγὴν καὶ ἀπώλειαν συνελαύνοντα τοὺς πολεμίους, ὄμβρον δὲ ἐπὶ τὴν τῶν τὸ θεῖον παρακεκληκότων στρατιάν, πᾶσαν αὐτὴν ἐκ τοῦ δίψους μέλλουσαν ὅσον οὔπω διαφθείρεσθαι ἀνακτώμενον.

433 (3) Ἡ δ' ἱστορία φέρεται μὲν καὶ παρὰ τοῖς πόρρω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῦσιν οἷς μέλον γέγονεν τῆς κατὰ τοὺς δηλουμένους γραφῆς, δεδήλωται δὲ καὶ πρὸς τῶν

---

denuo interrogasset, quicumque cives Romani reperti sunt, capite truncati, reliqui traditi sunt bestiis.»

432 (1) Huius [scil. Antonini] porro fratrem M. Aurelium Caesarem, cum adversus Germanos et Sarmatas pugnaturus aciem instrueret, et exercitus ipsius siti premeretur, paene ad inopiam consilii redactum esse memorant. Tum vero milites legionis Melitinae, quae fidei merito etiam nunc manet, dum acies adversus hostes ordinatur, flexis in terram genibus, ut nostris orantibus mos est, preces ad Deum fudisse perhibentur. (2) Cuius spectaculi novitate hostibus stupefactis, aliud quiddam longe maiori dignum admiratione accidisse narrant: hinc quidem fulminum iactus, quibus hostium copiae in fugam versae atque exstinctae sint: illinc vero imbrium vim, quibus exercitus eorum qui Deum precati fuerant, iamiam siti periturus, praeter spem recreatus est.

433 (3) Atque ea res tum a scriptoribus a fide nostra penitus alienis, quibus curae fuit res eo tempore gestas memoriae mandare, tum a nostris etiam hominibus refertur. Sed gen-

ἡμετέρων. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔξωθεν ἱστορικοῖς, ἅτε τῆς πίστεως ἀνοικείοις, τέθειται μὲν τὸ παράδοξον, οὐ μὴν καὶ ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς τοῦθ' ὡμολογήθη γεγονέναι· τοῖς δέ γε ἡμετέροις, ἅτε ἀληθείας φίλοις, ἁπλῷ καὶ ἀκακοήθει τρόπῳ τὸ πραχθὲν παραδέδοται. (4) Τούτων δ' ἂν εἴη καὶ Ἀπολινάριος, ἐξ ἐκείνου φήσας τὴν δι' εὐχῆς τὸ παράδοξον πεποιηκυῖαν λεγεῶνα οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, κεραυνοβόλον τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ. (5) Μάρτυς δὲ τούτων γένοιτ' ἂν ἀξιόχρεως ὁ Τερτυλλιανός, τὴν Ῥωμαϊκὴν τῇ συγκλήτῳ προσφωνήσας ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογίαν, ἧς καὶ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν, τήν τε ἱστορίαν βεβαιῶν σὺν ἀποδείξει μείζονι καὶ ἐναργεστέρᾳ. (6) Γράφει δ' οὖν καὶ αὐτὸς λέγων Μάρκου τοῦ συνετωτάτου βασιλέως ἐπιστολὰς εἰς ἔτι νῦν φέρεσθαι ἐν αἷς αὐτὸς μαρτυρεῖ ἐν Γερμανίᾳ ὕδατος ἀπορίᾳ μέλλοντα αὐτοῦ τὸν στρατὸν διαφθείρεσθαι ταῖς τῶν Χριστιανῶν εὐχαῖς σεσῶσθαι, τοῦτον δέ φησιν καὶ θάνατον ἀπειλῆσαι τοῖς κατηγορεῖν ἡμῶν ἐπιχειροῦσιν.

CB Eus. 2, 434 sqq. MG 20, 441 sqq.

## Clementis Alexandrini testimonium de ordine Evangeliorum et de praedicatione Romana s. Petri.

[E libro Hypotyposeon: Hist. eccl. 6, 14, 5—8.]

(5) Αὖθις δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁ Κλήμης βιβλίοις περὶ τῆς 434
τάξεως τῶν Εὐαγγελίων παράδοσιν τῶν ἀνέκαθεν πρεσβυ-

---

tilium scriptores, utpote a religione nostra dissidentes, hoc quidem miraculum commemorarunt, non tamen id nostrorum precibus factum esse confessi sunt. Nostri vero, utpote veritatis cultores, simpliciter atque ingenue rem ipsam litteris tradiderunt. (4) Ex his est Apollinaris, qui legionem ipsam cuius precibus id miraculum perpetratum est, exinde congruo rei vocabulo fulmineam ab imperatore cognominatam esse scribit. (5) Sed et Tertullianus eiusdem rei idoneus testis est in Apologetico, quem pro fidei nostrae defensione ad senatum urbis Romanae latino sermone conscripsit, cuius etiam supra mentionem fecimus, ubi hanc historiam validiore atque evidentiore argumento confirmat. (6) Scribit enim Marci gravissimi imperatoris litteras adhuc sua aetate exstitisse, quibus testabatur exercitum Romanum in Germania, cum aquae penuria iamiam periturus esset, Christianorum precibus esse servatum. Eundem quoque principem capitis poenam comminatum esse dicit accusatoribus Christianorum.

(5) Sed et in iisdem libris [Hypotyposeon] Clemens tra- 434
ditionem quandam de ordine Evangeliorum, quam a vetu-

τέρων τέθειται, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· (6) Προγεγράφθαι ἔλεγεν τῶν Εὐαγγελίων τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας. (7) Τὸ δὲ κατὰ Μάρκον ταύτην ἐσχηκέναι τὴν οἰκονομίαν· τοῦ Πέτρου δημοσίᾳ ἐν Ῥώμῃ κηρύξαντος τὸν λόγον καὶ πνεύματι τὸ Εὐαγγέλιον ἐξειπόντος, τοὺς παρόντας, πολλοὺς ὄντας, παρακαλέσαι τὸν Μάρκον, ὡς ἂν ἀκολουθήσαντα αὐτῷ πόρρωθεν καὶ μεμνημένον τῶν λεχθέντων, ἀναγράψαι τὰ εἰρημένα· ποιήσαντα δέ, τὸ Εὐαγγέλιον μεταδοῦναι τοῖς δεομένοις αὐτοῦ· ὅπερ ἐπιγνόντα τὸν Πέτρον προτρεπτικῶς μήτε κωλῦσαι μήτε προτρέψασθαι. (8) Τὸν μέντοι Ἰωάννην ἔσχατον, συνιδόντα ὅτι τὰ σωματικὰ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις δεδήλωται, προτραπέντα ὑπὸ τῶν γνωρίμων, Πνεύματι θεοφορηθέντα πνευματικὸν ποιῆσαι Εὐαγγέλιον. Τοσαῦτα ὁ Κλήμης.

CB Eus. 2, 550. MG 20, 551.

## De persecutione Maximini Thracis (235—238).

[Hist. eccl. 6, 28.]

435 (1) Τόν γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον τρισὶν ἐπὶ δέκα ἔτεσιν τὴν ἀρχὴν διανύσαντα Μαξιμῖνος Καῖσαρ διαδέχεται· ὃς δὴ κατὰ κότον τὸν πρὸς Ἀλεξάνδρου οἶκον, ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐγείρας, τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους ὡς αἰτίους

---

stioribus presbyteris acceperat, refert in hunc modum: (6) Dicebat ex Evangeliis prius scripta esse illa, quae seriem generis Dominici continent. (7) Marci autem Evangelium ex huiusmodi occasione scriptum fuisse: Cum Petrus in urbe Roma verbum Dei publice praedicasset et Spiritu Sancto afflatus Evangelium promulgasset, multi qui aderant, Marcum cohortati sunt, utpote qui Petrum iamdudum sectatus fuisset et dicta eius memoria teneret, ut quae ab apostolo praedicata erant conscriberet. Marcus igitur Evangelium composuit iisque, qui illud ab ipso rogabant, impertiit. Quod cum Petrus comperisset, nec prohibuit omnino rem fieri nec ut fieret incitavit. (8) At Ioannes omnium postremus, cum videret in aliorum Evangeliis ea, quae ad corpus Christi pertinent, tradita esse, ipse divino Spiritu afflatus spiritale Evangelium familiarium suorum rogatu conscripsit. Hactenus Clemens.

435 (1) Interea caeso Alexandro imperatore, qui tredecim annis regnaverat, in eius locum succedit Maximinus. Qui gravi odio succensus adversus familiam Alexandri, in qua plerique erant fideles, persecutione excitata solos Ecclesiarum

τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας ἀναιρεῖσθαι προστάττει. (2) Τότε καὶ Ὠριγένης τὸν «Περὶ μαρτυρίου» συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα, ὅτι δὴ ἄμφω περίστασις οὐχ ἡ τυχοῦσα ἐν τῷ διωγμῷ κατειλήφει. Ἐν ᾗ καὶ διαπρέψαι κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας, οὐ πλείονος ἢ τριετοῦς χρόνου τῷ Μαξιμίνῳ διαγενομένου. (3) Σεσημείωται δὲ τουτονὶ τοῦ διωγμοῦ τὸν καιρὸν ἔν τε τῷ δευτέρῳ καὶ εἰκοστῷ «Εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Ἐξηγητικῶν» καὶ ἐν διαφόροις ἐπιστολαῖς Ὠριγένης.

CB Eus. 2, 582 sq. MG 20, 587 sq.

## De electione Fabiani (236—250) in Romanum episcopum.

[Hist. eccl. 6, 29.]

(1) Γορδιανοῦ δὲ μετὰ Μαξιμῖνον τὴν Ῥωμαίων 436
ἡγεμονίαν διαδεξαμένου, τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας Ποντιανὸν ἔτεσιν ἓξ ἐπισκοπεύσαντα διαδέχεται Ἀντέρως καὶ τοῦτον Φαβιανός, ἐπὶ μῆνα τῇ λειτουργίᾳ διακονησάμενον. (2) Ἐξ ἀγροῦ φασιν τὸν Φαβιανὸν μετὰ τὴν Ἀντέρωτος τελευτὴν ἅμ' ἑτέροις συνελθόντα ἐπιχωριάζειν τῇ Ῥώμῃ, ἔνθα παραδοξότατα πρὸς τῆς θείας καὶ οὐρανίου χάριτος ἐπὶ τὸν κλῆρον παρεληλυθέναι. (3) Τῶν γὰρ ἀδελφῶν ἁπάντων χειροτονίας ἕνεκεν τῆς τοῦ μέλλοντος

---

antistites, utpote evangelicae praedicationis auctores, interfici iussit. (2) Quo tempore Origenes librum *De martyrio* composuit, quem Ambrosio et Protocteto, Caesariensis Ecclesiae presbytero, dedicavit, eo quod uterque in ea persecutione non mediocre discrimen subierat. Unde et maximam gloriam ob confessionem nominis Christi ambo retulisse perhibentur, cum Maximinus non plus quam triennii spatium perdurasset. (3) Huius porro persecutionis tempus indicat Origenes tum in primo et vicesimo libro *Expositionum in Ioannis Evangelium* tum in diversis epistulis.

(1) Interim cum Gordianus in Maximini locum 436
successisset, mortuo Pontiano, qui sex annis episcopatum tenuerat, Ecclesiae Romanae administrationem suscepit Anteros. Hic intra unius mensis spatium sacerdotio perfunctus, Fabianum successorem reliquit. (2) Hunc Fabianum post Anterotis mortem una cum aliis familiaribus suis Romam ex agro venisse dicunt, atque illic degentem, opitulante Dei gratia, praeter omnium exspectationem ad pontificatus sortem pervenisse. (3) Nam cum fratres omnes novi episcopi constituendi causa essent congregati, ac plerique iam illustres

διαδέξασθαι τὴν ἐπισκοπὴν συγκεκροτημένων πλείστων τε ἐπιφανῶν καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν τοῖς πολλοῖς ἐν ὑπονοίᾳ ὑπαρχόντων, ὁ Φαβιανὸς παρὼν οὐδενὸς μὲν ἀνθρώπων εἰς διάνοιαν ᾔει, ὅμως δ' οὖν ἀθρόως ἐκ μετεώρου περιστερὰν καταπτᾶσαν ἐπικαθεσθῆναι τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ μνημονεύουσιν, μίμημα ἐνδεικνυμένην τῆς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς καθόδου· (4) ἐφ' ᾧ τὸν πάντα λαόν, ὥσπερ ὑφ' ἑνὸς πνεύματος θείου κινηθέντα, προθυμίᾳ πάσῃ καὶ μιᾷ ψυχῇ ἄξιον ἐπιβοῆσαι καὶ ἀμελλήτως ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς λαβόντας αὐτὸν ἐπιθεῖναι.

437 (5) Τότε δὴ καὶ τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν ἐπισκόπου Ζεβέννου τὸν βίον μεταλλάξαντος, Βαβυλᾶς τὴν ἀρχὴν διαδέχεται, ἔν τε Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ Δημήτριον Ἡρακλᾶ τὴν λειτουργίαν παρειληφότος, τῆς τῶν αὐτόθι κατηχήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονύσιος, εἷς καὶ οὗτος τῶν Ὠριγένους γενόμενος φοιτητῶν.

CB Eus. 2, 582 sqq. MG 20, 587 sqq.

## De Philippo Arabe (244—249) Christiano.

[Hist. eccl. 6, 34.]

438 (1) Ἔτεσιν δὲ ὅλοις ἓξ Γορδιανοῦ τὴν Ῥωμαίων διανύσαντος ἡγεμονίαν, Φίλιππος ἅμα παιδὶ Φιλίππῳ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. (2) Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ὄντα ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάσχα παννυχίδος τῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελῆσαι, οὐ πρό-

---

aliquot et nobiles viros eligendos esse conicerent, de Fabiano quidem, qui tum praesens aderat, nemo ne tantisper quidem cogitabat; columbam tamen repente e sublimi delapsam capiti illius insedisse narrant, quae Spiritus Sancti qui olim sub columbae specie in Servatorem descenderat, imaginem referre videbatur. (4) Quo spectaculo permotus populus a divino Spiritu incitatus, summa cum alacritate uno consensu simul omnis exclamare coepit dignum esse, statimque comprehensum sacerdotali cathedrae imposuit.

437 (5) Per idem tempus mortuo Zebino Antiochenorum episcopo, subrogatus est Babylas. Alexandriae vero cum post mortem Demetrii [*Cod. Med.* addit: qui annos tres et quadraginta sacerdotio perfunctus fuerat], Heraclas ministerium suscepisset Ecclesiae, scholam ad cives in fide instituendos obtinuit Dionysius, qui et ipse unus e discipulis fuerat Origenis.

438 (1) Interea cum Gordianus sex totis annis Romanum imperium administrasset, Philippus una cum Philippo filio in eius locum successit. (2) Hunc, utpote Christianum, fama est in postrema Paschae vigilia precationum in ecclesia participem simul cum reliquo populo fieri voluisse: sed episcopum,

τερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προεστῶτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις μετανοίας τε χώραν ἴσχουσιν ἑαυτὸν καταλέξαι· ἄλλως γὰρ μὴ ἄν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι. (3) Καὶ πειθαρχῆσαί γε προθύμως λέγεται, τὸ γνήσιον καὶ εὐλαβὲς τῆς περὶ τὸν θεῖον φόβον διαθέσεως ἔργοις ἐπιδεδειγμένον.

CB Eus. 2, 588 sqq. MG 20, 595 sq.

## De persecutione Decii (249—251) et quae passus sit Origenes.

[Hist. eccl. 6, 39.]

439 (1) Ἀλλὰ γὰρ Φίλιππον ἔτεσιν ἑπτὰ βασιλεύσαντα διαδέχεται Δέκιος· ὃς δὴ τοῦ πρὸς Φίλιππον ἔχθους ἕνεκα διωγμὸν κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐγείρει, ἐν ᾧ Φαβιανοῦ ἐπὶ Ῥώμης μαρτυρίῳ τελειωθέντος, Κορνήλιος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. (2) Ἐπὶ δὲ Παλαιστίνης Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος αὖθις διὰ Χριστὸν ἐν τῇ Καισαρείᾳ ἡγεμονικοῖς παραστὰς δικαστηρίοις καὶ ἐπὶ δευτέρᾳ διαπρέψας ὁμολογίᾳ, δεσμωτηρίου πειρᾶται, λιπαρῷ γήρει καὶ σεμνῇ πολιᾷ κατεστεμμένος. (3) Τούτου δὲ μετὰ τὴν ἐν τοῖς ἡγεμονικοῖς δικαστηρίοις λαμπρὰν καὶ περιφανῆ μαρτυρίαν ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς κοιμηθέντος, Μαζα-

---

qui tum Ecclesiae praeerat, non prius illi aditum permisisse quam confessionem scelerum fecisset, iisque qui humanitus lapsi fuerant, et in paenitentium ordine stabant, sese adiunxisset. Quippe ob multa quae commiserat crimina, numquam ab episcopo fuisset admissus, nisi id prius fecisset. (3) Et imperator quidem libenter obtemperasse dicitur sincerumque ac religiosum affectum timoris Dei operibus ipsis declarasse.

439 (1) Philippo interim, cum septem annis regnavisset, successit Decius, qui, prae odio adversus Philippum persecutionem intulit Ecclesiae. In qua persecutione cum Fabianus Romae martyrium pertulisset, in eius locum Cornelius subrogatus est episcopus. (2) In Palaestina autem Alexander, Hierosolymorum episcopus, rursus propter Christum ad praesidis tribunal adductus, cum ex secunda hac confessione magnam gloriam retulisset, Caesareae in carcerem coniectus est, vir decora senectute et veneranda canitie conspicuus. (3) Qui cum post praeclaram atque illustrem Christianae fidei confessionem in praesidiali iudicio editam, tandem in custodia

βάνης διάδοχος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκοπῆς ἀναδείκνυται. (4) Τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ παραπλησίως ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῦ Βαβυλᾶ μετὰ ὁμολογίαν ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλάξαντος, Φάβιος τῆς αὐτόθι προΐσταται Ἐκκλησίας.

440 (5) Τὰ μὲν οὖν Ὠριγένει κατὰ τὸν διωγμὸν συμβάντα οἷα καὶ ὅσα, καὶ ὁποίας ἔτυχεν τελευτῆς, τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐφαμίλλως τἀνδρὶ πανστρατιᾷ παραταξαμένου πάσῃ τε μηχανῇ καὶ δυνάμει κατ' αὐτοῦ στρατηγήσαντος παρὰ πάντας τε τοὺς τηνικάδε πολεμηθέντας διαφερόντως ἐπισκήψαντος αὐτῷ· (6) οἷά τε καὶ ὅσα διὰ τὸν Χριστοῦ λόγον ὁ ἀνὴρ ὑπέμεινεν, δεσμὰ καὶ βασάνους τὰς κατὰ τοῦ σώματος τάς τε ὑπὸ σιδήρῳ καὶ μυχοῖς εἱρκτῆς τιμωρίας, καὶ ὡς ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου παραταθεὶς διαστήματα, πυρός τε ἀπειλὰς καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἐπενεχθέντα καρτερῶς ἤνεγκεν, οἵου τε τὰ κατ' αὐτὸν ἔτυχεν τέλους, μηδαμῶς αὐτὸν ἀνελεῖν παντὶ σθένει τοῦ δικαστοῦ φιλονείκως ἐνστάντος· (7) ὁποίας τε μετὰ ταῦτα καταλείπει φωνὰς καὶ αὐτὰς πλήρεις τοῖς ἀναλήψεως δεομένοις ὠφελείας, πλεῖσται ὅσαι τἀνδρὸς ἐπιστολαὶ τἀληθὲς ὁμοῦ καὶ ἀκριβὲς περιέχουσιν.

CB Eus. 2, 594 sqq. MG 20, 599 sqq.

---

animam exhalasset, Mazabanes in eius locum episcopus Hierosolymorum renuntiatus est. (4) Eodemque modo apud Antiochiam episcopo Babyla post confessionem in vinculis mortuo, Fabius Ecclesiae illi praeficitur.

440 (5) Porro quae et quanta Origeni in ea persecutione acciderint: et quis horum omnium exitus fuerit, dum pessimus daemon omnes adversus illum copias instantius movet, cunctisque machinis ac viribus eum impugnat, et in hunc prae reliquis omnibus qui tunc temporis appetiti sunt, praecipue irruit: (6) quae item et quanta propter Christum vir ille pertulerit, vincula scilicet et corporis cruciatus, et in intimo carceris recessu ferrei torquis aerumnas; utque multorum dierum spatio pedes in nervo ad quattuor usque foraminum interstitia distenti fuerint, ad haec ignium minas, et quaecumque alia ab inimicis illata fortiter sustinuit, et cuiusmodi tandem harum rerum exitus fuerit, iudice omni virium nisu ambitiose contendente ne illum interficeret: (7) denique quos sermones posthaec quamque utiles iis qui consolatione indigent reliquerit, plurimae eius epistulae non minus vere quam accurate commemorant.

## De martyrio Marini centurionis Caesariensis tempore Gallieni (260—268).

[Hist. eccl. 7, 15.]

(1) Κατὰ τούτους εἰρήνης ἁπανταχοῦ τῶν Ἐκκλησιῶν 441
οὔσης, ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης Μαρῖνος τῶν
ἐν στρατείαις ἀξιώμασι τετιμημένων γένει τε καὶ πλούτῳ
περιφανὴς ἀνήρ, διὰ τὴν Χριστοῦ μαρτυρίαν τὴν κεφαλὴν
ἀποτέμνεται, τοιᾶσδε ἕνεκεν αἰτίας. (2) Τιμή τίς ἐστι παρὰ
Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, οὗ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους
γίνεσθαι. Τόπου σχολάζοντος, ἐπὶ τοῦτο προκοπῆς τὸν Μα-
ρῖνον ἡ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐκάλει. (3) Ἤδη τε μέλλοντα τῆς
τιμῆς ἔχεσθαι παρελθὼν ἄλλος πρὸ τοῦ βήματος, μὴ ἐξεῖναι
μὲν ἐκείνῳ τῆς Ῥωμαίων μετέχειν ἀξίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς
νόμους, Χριστιανῷ γε ὄντι καὶ τοῖς βασιλεῦσι μὴ θύοντι,
κατηγόρει, αὐτῷ δ' ἐπιβάλλειν τὸν κλῆρον· (4) ἐφ' ᾧ κι-
νηθέντα τὸν δικαστὴν (Ἀχαιὸς οὗτος ἦν) πρῶτον μὲν ἐρέ-
σθαι ποίας ὁ Μαρῖνος εἴη γνώμης, ὡς δ' ὁμολογοῦντα
Χριστιανὸν ἐπιμόνως ἑώρα, τριῶν ὡρῶν ἐπιδοῦναι αὐτῷ εἰς
ἐπίσκεψιν διάστημα.

(5) Ἐκτὸς δῆτα γενόμενον αὐτὸν τοῦ δικαστηρίου Θεό- 442
τεκνος ὁ τῇδε ἐπίσκοπος ἀφέλκει, προσελθὼν δι' ὁμιλίας,
καὶ τῆς χειρὸς λαβὼν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν προάγει, εἴσω τε

---

(1) Interea pace cunctis ubique Ecclesiis reddita, apud 441
Caesaream Palaestinae Marinus quidam militari dignitate
decoratus, ad haec splendore generis atque opibus clarus, ob
confessionem Christi capite truncatus est hac de causa. (2) Ho-
nor quidam est vitis apud Romanos, quam qui adepti sunt,
centuriones dicuntur. Hic locus cum vacaret, Marinus or-
dine gradus sui ad eam promotionem vocabatur. (3) Verum
cum honore illo iamiam potiturus esset, quidam ad tribunal
accedens Marinum accusare coepit, asserens illi quidem ut-
pote Christiano homini et imperatoribus sacrificare renuenti,
Romanam dignitatem capessere legibus non licere; sibi vero
gradum illum competere. (4) Ea re commotus iudex, Achaeus
nomine, primum quidem Marinum interrogavit cuiusnam
esset sententiae. Cognito deinde quod Christianum se esse
constantissime profiteretur, trium horarum spatium ad de-
liberandum ei concessit.

(5) Proinde cum ex praetorio egressus esset, Theotecnus 442
civitatis episcopus ad illum accedens, et sermocinando longius
eum abstrahens, prehensa manu ad ecclesiam perducit. Cum-

πρὸς αὐτῷ στήσας τῷ ἁγιάσματι, μικρόν τι παραναστείλας αὐτοῦ τῆς χλαμύδος καὶ τὸ προσηρτημένον αὐτῷ ξίφος ἐπιδείξας ἅμα τε ἀντιπαρατίθησιν προσαγαγὼν αὐτῷ τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων γραφήν, κελεύσας τῶν δυεῖν ἑλέσθαι τὸ κατὰ γνώμην. (6) Ὡς δ' ἀμελλητὶ τὴν δεξιὰν προτείνας ἐδέξατο τὴν θείαν γραφήν, «ἔχου τοίνυν, ἔχου», φησὶν πρὸς αὐτὸν ὁ Θεότεκνος, «τοῦ Θεοῦ, καὶ τύχοις ὧν εἵλου, πρὸς αὐτοῦ δυναμούμενος, καὶ βάδιζε μετ' εἰρήνης». (7) Εὐθὺς ἐκεῖθεν ἐπανελθόντα αὐτὸν κῆρυξ ἐβόα καλῶν πρὸ τοῦ δικαστηρίου· καὶ γὰρ ἤδη τὰ τῆς προθεσμίας τοῦ χρόνου πεπλήρωτο· καὶ δὴ παραστὰς τῷ δικαστῇ καὶ μείζονα τῆς πίστεως τὴν προθυμίαν ἐπιδείξας, εὐθὺς ὡς εἶχεν, ἀπαχθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ, τελειοῦται.

CB Eus. 2, 668 sqq. MG 20, 675 sqq.

## De rescripto Aureliani imp. (270—275) contra Paulum Samosatenum.

[Hist. eccl. 7, 30, 18—19.]

443 (18) Τοῦ δὴ οὖν Παύλου σὺν καὶ τῇ τῆς πίστεως ὀρθοδοξίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς ἀποπεπτωκότος, Δόμνος, ὡς εἴρηται, τὴν λειτουργίαν τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας διεδέξατο. (19) Ἀλλὰ γὰρ μηδαμῶς ἐκστῆναι τοῦ Παύλου τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου θέλοντος, βασιλεὺς ἐντευχθεὶς Αὐρηλιανὸς αἰσιώτατα περὶ τοῦ πρακτέου διείληφεν, τούτοις νεῖμαι προστάττων τὸν οἶκον, οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τοῦ δόγματος

---

que interius ad ipsum altare eum statuisset, reducta tantisper eius chlamyde, gladium illi quo praecinctus erat ostendens, mox sacrorum Evangeliorum codicem ex adverso locat, iubens ut ex duobus utrum mallet eligeret. (6) Marinus, nihil cunctatus, protensa dextra codicem cum apprehendisset, his eum verbis Theotecnus compellavit: «Adhaere igitur, adhaere Deo, eiusque virtute roboratus consequere quod elegisti. Vade in pace.» (7) Statim vero regredientem illum ab ecclesia praeco pro foribus praetorii evocare coepit. Iam enim praestitutum tempus effluxerat. Admotus igitur tribunali, cum maiorem quam antea alacritatem fidei ostendisset, statim inde ita ut erat, ad supplicium abductus martyrio coronatus est.

443 (18) Igitur cum Paulus a recta fide simul et episcopatu excidisset, Domnus, ut dictum est, administrationem Antiochensis Ecclesiae suscepit. (19) Sed cum Paulus e domo ecclesiae nullatenus excedere vellet, interpellatus imperator Aurelianus rectissime hoc negotium diiudicavit, iis domum tradi praecipiens, quibus Italici Christianae religionis antistites et Romanus episcopus scriberent epistulas.

ἐπιστέλλοιεν. Οὕτω δῆτα ὁ προδηλωθεὶς ἀνὴρ μετὰ τῆς ἐσχάτης αἰσχύνης ὑπὸ τῆς κοσμικῆς ἀρχῆς ἐξελαύνεται τῆς ἐκκλησίας.

CB Eus. 2, 714. MG 20, 719.

## De statu Ecclesiae ante persecutionem Diocletianam.

[Hist. eccl. 8, 1.]

(1) Ὅσης μὲν καὶ ὁποίας πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ 444 δόξης ὁμοῦ καὶ παρρησίας ὁ διὰ Χριστοῦ τῷ βίῳ κατηγγελμένος τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείας λόγος παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ἠξίωτο, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως διηγήσασθαι. (2) Τεκμήρια δ' ἂν γένοιτο τῶν κρατούντων αἱ περὶ τοὺς ἡμετέρους δεξιώσεις, οἷς καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἐνεχείριζον ἡγεμονίας, τῆς περὶ τὸ θύειν ἀγωνίας κατὰ πολλὴν ἣν ἀπέσῳζον περὶ τὸ δόγμα φιλίαν αὐτοὺς ἀπαλλάττοντες. (3) Τί δεῖ περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς λέγειν οἴκους καὶ τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἀρχόντων; Οἳ τοῖς οἰκείοις εἰς πρόσωπον ἐπὶ τῷ θείῳ παρρησιαζομένοις λόγῳ τε καὶ βίῳ συνεχώρουν, γαμεταῖς καὶ παισὶ καὶ οἰκέταις, μόνον οὐχὶ καὶ ἐγκαυχᾶσθαι ἐπὶ τῇ παρρησίᾳ τῆς πίστεως ἐπιτρέποντες· οὓς ἐξόχως καὶ μᾶλλον τῶν συνθεραπόντων ἀποδεκτοὺς ἡγοῦντο. (4) Οἷος ἐκεῖνος ἦν Δωρόθεος, πάντων αὐτοῖς εὐνούστατός τε καὶ πιστότατος καὶ τούτων ἕνεκα διαφερόντως παρὰ τοὺς ἐν ἀρχαῖς καὶ ἡγε-

---

**Hoc modo vir supra memoratus cum summo dedecore per saecularem potestatem ab ecclesia exturbatus est.**

(1) Qualem quantamque gloriam simul ac libertatem doctrina 444 verae erga supremum Deum pietatis a Christo primum hominibus annuntiata, apud omnes, Graecos pariter et barbaros, ante persecutionem nostris temporibus excitatam consecuta sit, nos certe pro merito explicare non possumus. (2) Argumento esse possit imperatorum benignitas erga nostros, quibus regendas etiam provincias committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob singularem qua in religionem nostram affecti erant benevolentiam. (3) Quid opus est dicere de iis qui in imperatorum palatiis versabantur, quid de imperatoribus ipsis? Qui domesticis suis eorumque uxoribus, liberis ac servis, ea quae religionis suae erant, tam verbis quam factis libere exsequendi coram semetipsis, potestatem dederunt; ipsis ob hanc fidei suae libertatem gloriari ac se ostentare quodammodo permittentes, eosque prae ceteris omnibus ministris praecipuo quodam amore complectebantur. (4) Cuiusmodi fuit Dorotheus ille, qui summam erga ipsos benevolentiam ac fidem declaravit, eamque ob causam prae cunctis magistratibus et

μονίαις ἐντιμότατος, ὅ τε σὺν αὐτῷ περιβόητος Γοργόνιος καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς ὁμοίως τούτοις ἠξίωντο διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον τιμῆς· οἵας τε καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν ἄρχοντας παρὰ πᾶσιν ἐπιτρόποις καὶ ἡγεμόσιν ἀποδοχῆς ἦν ὁρᾶν ἀξιουμένους. (5) Πῶς δ' ἄν τις διαγράψειεν τὰς μυριάνδρους ἐκείνας ἐπισυναγωγὰς καὶ τὰ πλήθη τῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀθροισμάτων τάς τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς; Ὧν δὴ ἕνεκα μηδαμῶς ἔτι τοῖς πάλαι οἰκοδομήμασιν ἀρκούμενοι, εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνίστων ἐκκλησίας. (6) Ταῦτα δὲ τοῖς χρόνοις προϊόντα ὁσημέραι τε εἰς αὔξην καὶ μέγεθος ἐπιδιδόντα οὐδεὶς ἀνεῖργεν φθόνος οὐδέ τις δαίμων πονηρὸς οἷός τε ἦν βασκαίνειν οὐδ' ἀνθρώπων ἐπιβουλαῖς κωλύειν, εἰς ὅσον ἡ θεία καὶ οὐράνιος χεὶρ ἔσκεπέν τε καὶ ἐφρούρει, οἷα δὴ ἄξιον ὄντα, τὸν ἑαυτῆς λαόν.

445 (7) Ὡς δ' ἐκ τῆς ἐπὶ πλέον ἐλευθερίας ἐπὶ χαυνότητα καὶ νωθρίαν τὰ καθ' ἡμᾶς μετηλλάττετο, ἄλλων ἄλλοις διαφθονουμένων καὶ διαλοιδορουμένων καὶ μόνον οὐχὶ ἡμῶν αὐτῶν ἑαυτοῖς προσπολεμούντων ὅπλοις, εἰ οὕτω τύχοι, καὶ δόρασιν τοῖς διὰ λόγων ἀρχόντων τε ἄρχουσι προσρηγνύντων καὶ λαῶν ἐπὶ λαοὺς καταστασιαζόντων τῆς τε ὑποκρί-

---

provinciarum rectoribus magnum honorem promeruit. Huic adiungendus est celeberrimus ille Gorgonius, et quicumque alii ob sermonem Dei eandem cum istis gloriam sunt consecuti. Similiter et singulis Ecclesiarum antistitibus summum honorem, cultum ac benevolentiam ab omnibus tam privatis quam provinciarum rectoribus deferri vidisses. (5) Iam vero quis innumerabilem hominum cotidie ad fidem Christi confugientium turbam, quis numerum ecclesiarum in singulis urbibus, quis illustres populorum concursus in aedibus sacris, cumulate possit describere? Quo factum est ut, priscis aedificiis iam non contenti, in singulis urbibus spatiosas ab ipsis fundamentis exstruerent ecclesias. (6) Atque haec progressu temporis increscentia, et cotidie in maius ac melius proficientia, nec livor ullus atterere, nec malignitas daemonis fascinare, nec hominum insidiae prohibere umquam potuerunt, quamdiu omnipotentis Dei dextera populum suum, utpote tali dignum praesidio, texit atque custodivit.

445 (7) Sed cum ex nimia libertate in neglegentiam ac desidiam prolapsi essemus, cum alter alteri invidere atque obtrectare coepisset; cum inter nos quasi bella intestina gereremus verbis tamquam armis quibusdam hastisque nos mutuo vulnerantes; cum antistites adversus antistites, populi in populos collisi,

σεως ἀφάτου καὶ τῆς εἰρωνείας ἐπὶ πλεῖστον ὅσον κακίας προϊούσης, ἡ μὲν δὴ θεία κρίσις, οἷα φίλον αὐτῇ πεφεισμένως, τῶν ἀθροισμάτων ἔτι συγκροτουμένων, ἠρέμα καὶ μετρίως τὴν αὐτῆς ἐπισκοπὴν ἀνεκίνει, ἐκ τῶν ἐν στρατείαις ἀδελφῶν καταρχομένου τοῦ διωγμοῦ. (8) Ὡς δ' ἀνεπαισθήτως ἔχοντες οὐχ ὅπως εὐμενὲς καὶ ἵλεω καταστήσεσθαι τὸ θεῖον προυθυμούμεθα, οἷα δέ τινες ἄθεοι ἀφρόντιστα καὶ ἀνεπίσκοπα τὰ καθ' ἡμᾶς ἡγούμενοι ἄλλας ἐπ' ἄλλαις προσετίθεμεν κακίας οἵ τε δοκοῦντες ἡμῶν ποιμένες τὸν τῆς θεοσεβείας θεσμὸν παρωσάμενοι ταῖς πρὸς ἀλλήλους ἀνεφλέγοντο φιλονεικίαις, αὐτὰ δὴ ταῦτα μόνα, τὰς ἔριδας καὶ τὰς ἀπειλὰς τόν τε ζῆλον καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους ἔχθος τε καὶ μῖσος ἐπαύξοντες οἷά τε τυραννίδας τὰς φιλαρχίας ἐκθύμως διεκδικοῦντες, τότε δή, τότε κατὰ τὴν φάσκουσαν τοῦ Ἱερεμίου φωνὴν «ἐγνόφωσεν ἐν ὀργῇ αὐτοῦ Κύριος τὴν θυγατέρα Σιὼν καὶ κατέρριψεν ἐξ οὐρανοῦ δόξασμα Ἰσραήλ, οὐκ ἐμνήσθη τε ὑποποδίου ποδῶν αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ»· ἀλλὰ καὶ «κατεπόντισεν Κύριος πάντα τὰ ὡραῖα Ἰσραὴλ καὶ καθεῖλεν πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ» [Thr 2, 1 sq]. (9) Κατά τε τὰ ἐν Ψαλμοῖς προθεσπισθέντα «κατέστρεψεν τὴν διαθήκην τοῦ δούλου αὐτοῦ καὶ ἐβεβήλωσεν εἰς γῆν» διὰ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως «τὸ ἅγιασμα

---

iurgia ac tumultus agitarent, denique cum fraus et simulatio ad summum malitiae culmen adolevisset, tum divina ultio levi bracchio, ut solet, integro adhuc Ecclesiae statu et fidelium turbis libere convenientibus, sensim ac moderate in nos coepit animadvertere; orsa primum persecutione ab iis qui militabant. (8) Cum vero sensu omni destituti, de placando Dei numine ne cogitaremus quidem; quin potius instar impiorum quorundam res humanas nulla sollicitudine ac providentia gubernari rati, alia cotidie crimina aliis adiceremus: cum pastores nostri, spreta religionis regula, mutuis inter se contentionibus decertarent, nihil aliud quam iurgia, minas, aemulationem, odia ac mutuas inimicitias amplificare studentes, principatum quasi tyrannidem quandam contentissime sibi vindicantes: tunc demum iuxta dictum Ieremiae: *Obscuravit Dominus in ira sua filiam Sion, et deiecit de caelo gloriam Israel: nec recordatus est scabelli pedum suorum in die irae suae. Submersit Dominus omnem decorem Israel, et macerias eius omnes destruxit.* (9) Et sicut in Psalmis praedictum est: *Evertit testamentum servi sui; profanavit in terra sanctitatem eius* per Ecclesiarum scilicet subversionem. *Destruxit omnes macerias eius: posuit munitiones eius formidinem.*

αὐτοῦ καὶ καθεῖλεν πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ, ἔθετο τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν· διήρπασάν τε τὰ πλήθη τοῦ λαοῦ πάντες οἱ διοδεύοντες ὁδόν», καὶ δὴ ἐπὶ τούτοις «ὄνειδος ἐγενήθη τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ. Ὕψωσεν γὰρ τὴν δεξιὰν τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ ἀπέστρεψεν τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ καὶ οὐκ ἀντελάβετο αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ· ἀλλὰ καὶ κατέλυσεν ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτὸν καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέρραξεν ἐσμίκρυνέν τε τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ πᾶσιν κατέχεεν αὐτοῦ αἰσχύνην» [Ps 88, 40 sqq].

CB Eus. 2, 736 sqq. MG 20, 739 sqq.

## De primo et altero edicto Diocletiani (303).

[Hist. eccl. 8, 2, 4—5.]

446 (4) Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Δύστρος μήν, λέγοιτο δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους, ἐν ᾧ τῆς τοῦ Σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπελαυνούσης ἥπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα, τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα, καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμένους ἀτίμους, τοὺς δ' ἐν οἰκετίαις, εἰ ἐπιμένοιεν τῇ τοῦ Χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερεῖσθαι προαγορεύοντα.

447 (5) Καὶ ἡ μὲν πρώτη καθ' ἡμῶν γραφὴ τοιαύτη τις ἦν· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἑτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετάττετο τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας τοὺς κατὰ πάντα τόπον πρῶτα μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι, εἶθ' ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι.

CB Eus. 2, 742. MG 20, 745 sqq.

---

*Diripuerunt eum omnes turbae populi transeuntes per viam:* idcirco *factus est opprobrium vicinis suis. Exaltavit enim dexteram inimicorum eius: et avertit adiutorium gladii sui, nec auxiliatus est ei in bello. Finem imposuit purificationi ipsius, et solium eius humi confregit. Minuit dies vitae eius, et operuit eum ignominia.*

446 (4) Nonus decimus agebatur annus imperii Diocletiani, cum mense Dystro, quem Romani Martium vocant, appetente die festo Dominicae passionis proposita sunt ubique imperialia edicta, quibus ecclesiae quidem ad solum usque dirui, sacri vero codices flammis absumi iubebantur; utque honorati quidem infamia notarentur, plebeii vero libertate spoliarentur, si in Christianae fidei proposito permansissent.

447 (5) Et primum quidem contra nos edictum huiusmodi fuit. Sed non multo post aliae rursus litterae supervenerunt, quibus mandabatur ut omnes ubicumque Ecclesiarum antistites primum quidem conicerentur in vincula; deinde vero diis sacrificare omnibus modis cogerentur.

## De primis martyribus persecutionis Diocletiani (303) et de effectu alterius edicti.

[Hist. eccl. 8, 6, 6—9.]

(6) Ἐν τούτῳ τῆς κατὰ Νικομήδειαν Ἐκκλησίας ὁ 448
τηνικαῦτα προεστὼς Ἄνθιμος διὰ τὴν εἰς Χριστὸν μαρτυρίαν τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται· τούτῳ δὲ πλῆθος ἄθρουν μαρτύρων προστίθεται οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν τοῖς κατὰ τὴν Νικομήδειαν βασιλείοις πυρκαϊᾶς ἐν αὐταῖς δὴ ταῖς ἡμέραις ἀφθείσης, ἣν καθ' ὑπόνοιαν ψευδῆ πρὸς τῶν ἡμετέρων ἐπιχειρηθῆναι λόγου διαδοθέντος, παγγενεὶ σωρηδὸν βασιλικῷ νεύματι τῶν τῇδε θεοσεβῶν οἱ μὲν ξίφει κατεσφάττοντο, οἱ δὲ διὰ πυρὸς ἐτελειοῦντο. Ὅτε λόγος ἔχει προθυμίᾳ θείᾳ τινὶ καὶ ἀρρήτῳ ἄνδρας ἅμα γυναιξὶν ἐπὶ τὴν πυρὰν καθαλέσθαι· δήσαντες δὲ οἱ δήμιοι ἄλλο τι πλῆθος ἐπὶ σκάφαις τοῖς θαλαττίοις ἐναπέρριπτον βυθοῖς. (7) Τοὺς δέ γε βασιλικοὺς μετὰ θάνατον παῖδας, γῇ μετὰ τῆς προσηκούσης κηδείας παραδοθέντας, αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ἀνορύξαντες ἐναπορρῖψαι θαλάττῃ καὶ αὐτοὺς ᾤοντο δεῖν οἱ νενομισμένοι δεσπόται, ὡς ἂν μὴ ἐν μνήμασιν ἀποκειμένους προσκυνοῖέν τινες, θεοὺς δὴ αὐτούς, ὥς γε ᾤοντο, λογιζόμενοι.

(8) Καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τῆς Νικομηδείας κατὰ τὴν ἀρ- 449
χὴν ἀποτελεσθέντα τοῦ διωγμοῦ τοιαῦτα. Οὐκ εἰς μακρὸν

---

(6) Tunc etiam Anthimus, Ecclesiae Nicomediensis 448
episcopus, ob confessionem Christi in eadem urbe capite truncatus est. Huic adiuncta est ingens martyrum multitudo. Quippe iisdem diebus, nescio quo casu, in palatio excitatum erat incendium. Cuius cum nostros auctores fuisse publicus rumor falsa suspicione iactasset, imperiali iussu quotquot illic erant Dei cultores, acervatim cum suis familiis, alii gladio, flammis alii consumpti periere. Tunc divina quadam alacritate quae verbis explicari non potest, conciti viri simul ac mulieres, in ardentem rogum insiliisse dicuntur. Alios quoque innumerabiles vinctos et scaphis impositos, carnifices in profundum mare proiecere. (7) Sed et corpora regiorum cubiculariorum, quae post mortem convenienti tradita fuerant sepulturae, ipsi eorum legitimi domini erui ex sepulcro et in mare proici oportere censuerunt, ne quis illos sepulcris conditos, pro diis, ut ipsi quidem opinabantur, reputans, in posterum adoraret.

(8) Et haec quidem in ipso persecutionis exordio Nico- 449
mediae gesta sunt. Ceterum paulo post, cum alii in Meli-

δ' ἑτέρων κατὰ τὴν Μελιτηνὴν οὕτω καλουμένην χώραν καὶ αὖ πάλιν ἄλλων ἀμφὶ τὴν Συρίαν ἐπιφυῆναι τῇ βασιλείᾳ πεπειραμένων, τοὺς πανταχόσε τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶτας εἱρκταῖς καὶ δεσμοῖς ἐνεῖραι πρόσταγμα ἐφοίτα βασιλικόν. (9) Καὶ ἦν ἡ θέα τῶν ἐπὶ τούτοις γινομένων πᾶσαν διήγησιν ὑπεραίρουσα, μυρίου πλήθους ἐν παντὶ τόπῳ καθειργνυμένου καὶ τὰ πανταχῇ δεσμωτήρια, ἀνδροφόνοις καὶ τυμβωρύχοις πάλαι πρότερον ἐπεσκευασμένα, τότε πληρούντων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἀναγνωστῶν τε καὶ ἐπορκιστῶν, ὡς μηδὲ χώραν ἔτι τοῖς ἐπὶ κακουργίαις κατακρίτοις αὐτόθι λείπεσθαι.

CB Eus. 2, 750 sqq. MG 20, 753 sqq.

## De tertio edicto Diocletiani (303).

[Hist. eccl. 8, 6, 10.]

450 Αὖθις δ' ἑτέρων τὰ πρῶτα γράμματα ἐπικατειληφότων, ἐν οἷς τοὺς κατακλείστους θύσαντας μὲν ἐᾶν βαδίζειν ἐπ' ἐλευθερίας, ἐνισταμένους δὲ μυρίαις καταξαίνειν προστέτακτο βασάνοις, πῶς ἂν πάλιν ἐνταῦθα τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν μαρτύρων ἀριθμήσειέν τις τὸ πλῆθος καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καὶ τὸ Μαύρων ἔθνος Θηβαΐδα τε καὶ κατ' Αἴγυπτον; Ἐξ ἧς καὶ εἰς ἑτέρας ἤδη προσελθόντας πόλεις τε καὶ ἐπαρχίας διέπρεψαν τοῖς μαρτυρίοις.

CB Eus. 2, 752. MG 20, 755.

---

tina [Armeniae] regione, alii in Syria imperium arripere conati essent, promulgatum est imperatoris edictum, ut omnes ubique Ecclesiarum antistites vincti in carcerem truderentur. (9) Earum vero rerum quae postea factae sunt spectaculum omnem prorsus dicendi copiam superabat; quippe cum innumerabilis ubique hominum multitudo custodiae manciparetur et carceres, olim homicidis et sepulcrorum expilatoribus deputati, tum episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus atque exorcistis complerentur, adeo ut iis qui ob crimina condemnati fuerant, nullus iam locus superesset.

450 Rursus vero cum aliud edictum priora illa subsecutum fuisset, quo praecipiebatur, ut carceribus inclusi, siquidem sacrificassent, liberi abire sinerentur; si vero id renuerent, tormentis gravissimis cruciarentur; vix iam iniri numerus potest omnium qui deinceps in singulis provinciis passi sunt martyrium, ac praesertim eorum qui per Africam et Mauretaniam, per Thebaidem et Aegyptum sunt interfecti. Ex Aegypto quidem nonnulli in alias quoque urbes ac provincias transgressi, nobilibus martyriis inclaruerunt.

## De saevitia persecutionis Diocletianae in Thebaide.

[Hist. eccl. 8, 9, 1—5.]

(1) Πάντα δ' ὑπεραίρει λόγον καὶ ἃς ὑπέμειναν αἰκίας 451 καὶ ἀλγηδόνας οἱ κατὰ Θηβαΐδα μάρτυρες, ὀστράκοις ἀντὶ ὀνύχων ὅλον τὸ σῶμα καὶ μέχρις ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου καταξαινόμενοι, γύναιά τε τοῖν ποδοῖν ἐξ ἑνὸς ἀποδεσμούμενα μετέωρά τε καὶ διαέρια κάτω κεφαλὴν μαγγάνοις τισὶν εἰς ὕψος ἀνελκόμενα γυμνοῖς τε παντελῶς καὶ μηδ' ἐπικεκαλυμμένοις τοῖς σώμασιν θέαν ταύτην αἰσχίστην καὶ πάντων ὠμοτάτην καὶ ἀπανθρωποτάτην τοῖς ὁρῶσιν ἅπασιν παρεσχημένα. (2) Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν δένδρεσιν καὶ πρέμνοις ἐναπέθνῃσκον δεσμούμενοι. Τοὺς γὰρ μάλιστα στερροτάτους τῶν κλάδων μηχαναῖς τισιν ἐπὶ ταὐτὸ συνέλκοντες εἰς ἑκάτερά τε τούτων τὰ τῶν μαρτύρων ἀποτείνοντες σκέλη, εἰς τὴν ἑαυτῶν ἠφίεσαν τοὺς κλάδους φέρεσθαι φύσιν, ἄθρουν τῶν μελῶν διασπασμὸν καθ' ὧν ταῦτ' ἐνεχείρουν ἐπινοοῦντες. (3) Καὶ ταῦτά γε πάντα ἐνηργεῖτο οὐκ ἐπ' ὀλίγας ἡμέρας ἢ χρόνον τινὰ βραχύν, ἀλλ' ἐπὶ μακρὸν ὅλων ἐτῶν διάστημα, ὁτὲ μὲν πλειόνων ἢ δέκα, ὁτὲ δὲ ὑπὲρ τοὺς εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν ἀναιρουμένων, ἄλλοτε δὲ οὐχ ἧττον καὶ τριάκοντα, ἤδη δ' ἐγγύς που ἑξήκοντα, καὶ πάλιν ἄλλοτε ἑκατὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἄνδρες ἅμα κομιδῇ νηπίοις καὶ γυναιξὶν ἐκτείνοντο, ποικίλαις καὶ ἐναλλαττούσαις τιμωρίαις καταδικαζόμενοι.

---

(1) Verum omnem dicendi copiam superant cruciatus ac 451 dolores quos apud Thebaidem martyres pertulerunt, acutis testis vice ungularum adhibitis toto corpore ad mortem usque lacerati. Mulieres vero altero pede religatae sublimes capite deorsum vergente, machinis quibusdam in altum sublatae, nudisque ac prorsus intectis corporibus, foedissimum simul atque inhumanissimum spectaculum cunctis intuentibus praebuerunt. (2) Alii rursus ad arbores et ramos alligati interiere. Nam cum robustissimos ramos inflexos machinamentis quibusdam in unum coire fecissent, martyrum cruribus utrimque ad eos religatis, ramos in proprium et naturalem situm reverti sinebant, ut membra eorum adversus quos haec excogitaverant, uno simul impetu discerperentur. (3) Atque haec omnia non paucis diebus nec exiguo temporis spatio, sed prolixo aliquot annorum curriculo continue perpetrata sunt: cum nunc deni, interdum viceni et amplius, nonnumquam ad triginta usque et sexaginta, quandoque et centeni viri simul et mulieres cum parvulis uno die interficerentur, variis ac per vices alternatis suppliciis addicti.

452 (4) Ἱστορήσαμεν δὲ καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῶν τόπων γενόμενοι πλείους ἀθρόως κατὰ μίαν ἡμέραν τοὺς μὲν τῆς κεφαλῆς ἀποτομὴν ὑπομείναντας, τοὺς δὲ τὴν διὰ πυρὸς τιμωρίαν, ὡς ἀμβλύνεσθαι φονεύοντα τὸν σίδηρον ἀτονοῦντά τε διαθλᾶσθαι αὐτούς τε τοὺς ἀναιροῦντας ἀποκάμνοντας ἀμοιβαδὸν ἀλλήλους διαδέχεσθαι. (5) Ὅτε καὶ θαυμασιωτάτην ὁρμὴν θείαν τε ὡς ἀληθῶς δύναμιν καὶ προθυμίαν τῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότων συνεωρῶμεν. Ἅμα γοῦν τῇ κατὰ τῶν προτέρων ἀποφάσει ἐπεπήδων ἄλλοθεν ἄλλοι τῷ πρὸ τοῦ δικαστοῦ βήματι Χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογοῦντες, ἀφροντίστως μὲν πρὸς τὰ δεινὰ καὶ τοὺς τῶν πολυειδῶν βασάνων τρόπους διακείμενοι, ἀκαταπλήκτως δὲ παρρησιαζόμενοι ἐπὶ τῇ εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείᾳ μετά τε χαρᾶς καὶ γέλωτος καὶ εὐφροσύνης τὴν ὑστάτην ἀπόφασιν τοῦ θανάτου καταδεχόμενοι, ὥστε ψάλλειν καὶ ὕμνους καὶ εὐχαριστίας εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν μέχρις αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπέμπειν ἀναπνοῆς.

CB Eus. 2, 756 sqq. MG 20, 759.

## De visione Constantini M. et victoria a Maxentio reportata (312).

[Hist. eccl. 9, 9, 1—11.]

453 (1) Οὕτω δῆτα Κωνσταντίνου, ὃν βασιλέα ἐκ βασιλέως εὐσεβῆ τε ἐξ εὐσεβεστάτου καὶ πάντα σωφρονεστάτου

---

452 (4) Nos quoque cum in illis partibus degeremus, quam plurimos acervatim uno die: alios quidem capite truncatos, alios vero flammis traditos vidimus, adeo ut gladii ipsi hebetarentur, et caedere amplius non valentes frangerentur ipsique carnifices viribus fatiscentes, sibi invicem succederent. (5) Quo quidem tempore mirabilem in primis animi ardorem, vereque divinam virtutem et alacritatem eorum qui in Christum Dei crediderant, oculis nostris conspeximus. Etenim vixdum adversus primos lata erat sententia, cum alii aliunde ad tribunal iudicis prosilierunt, Christianos sese confessi. Et pericula quidem cunctaque multiformium tormentorum genera parvi ducebant: supremi vero omnium Numinis cultum libera voce absque ullo metu profitebantur; et cum gaudio atque hilaritate, ridentes capitalem sententiam excipiebant: adeo ut in laudem conditoris omnium Dei psalmos hymnosque et gratiarum actiones ad extremum usque spiritum concinerent.

453 (1) Cum igitur Constantinus, quem imperatorem ex imperatore, pium ex piissimo ac modestissimo parente pro-

γεγονέναι προειρήκαμεν, ⟨Λικιννίου τε τοῦ μετ' αὐτόν,
συνέσει καὶ εὐσεβείᾳ τετιμημένων⟩[1], πρὸς τοῦ παμβασιλέως
Θεοῦ τε τῶν ὅλων καὶ σωτῆρος ⟨δύο θεοφιλῶν⟩[2] κατὰ
τῶν ⟨δύο⟩[3] δυσσεβεστάτων τυράννων ἀνεγηγερμένου⟨-νων⟩[4]
πολέμου τε νόμῳ παραταξαμένου⟨-νων⟩[5], Θεοῦ συμμαχοῦν-
τος αὐτῷ⟨-οῖς⟩[6] παραδοξότατα, πίπτει μὲν ἐπὶ Ῥώμης
ὑπὸ Κωνσταντῖνον Μαξέντιος, ὁ δ' ἐπ' ἀνατολῆς οὐ
πολὺν ἐπιζήσας ἐκείνῳ χρόνον, αἰσχίστῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ
Λικίννιον οὔπω μανέντα τότε καταστρέφει θανάτῳ.
(2) Πρότερός γε μὴν ὁ καὶ τιμῇ καὶ τάξει τῆς βασιλείας 454
πρῶτος Κωνσταντῖνος τῶν ἐπὶ Ῥώμης κατατυραννου-
μένων φειδὼ λαβών, Θεὸν τὸν οὐράνιον τόν τε τούτου
Λόγον, αὐτὸν δὴ τὸν πάντων Σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστόν, σύμ-
μαχον δι' εὐχῶν ἐπικαλεσάμενος, πρόεισιν πανστρατιᾷ, Ῥω-
μαίοις τὰ τῆς ἐκ προγόνων ἐλευθερίας προμνώμενος. (3) Μα-
ξεντίου δῆτα μᾶλλον ταῖς κατὰ γοητείαν μηχαναῖς ἢ τῇ
τῶν ὑπηκόων ἐπιθαρσοῦντος εὐνοίᾳ προελθεῖν γε μὴν οὐδ'
ὅσον πυλῶν τοῦ ἄστεος ἐπιτολμῶντος, ὁπλιτῶν δ' ἀνηρίθμῳ
πλήθει καὶ στρατοπέδων λόχοις μυρίοις πάντα τόπον καὶ
χώραν καὶ πόλιν, ὅση τις ἐν κύκλῳ τῆς Ῥωμαίων καὶ

---

gnatum esse iam diximus ⟨et secundi post eum loci Licinius,
prudentia simul ac pietate conspicui⟩, ab omnium rege et
servatore Deo ⟨duo religiosissimi⟩ adversus ⟨duos⟩ impiissimos
tyrannos excitatus fuisset ⟨excitati fuissent⟩; proelio congressi,
auxilio divini Numinis Constantinus quidem Maxentium
in urbe Roma praeter omnium opinionem superatum occidit.
[Maximinus] vero Orientis tyrannus, non diu post Maxentii
caedem a Licinio, qui nondum in apertam vesaniam eruperat,
devictus turpissimo mortis genere occubuit.
(2) Verum prior Constantinus qui etiam honoris praero- 454
gativa et imperii gradu primum locum obtinebat, Romano-
rum qui gravissima tyrannide premerentur vicem miseratus,
caelestis Dei numine, eiusque Filio ac Verbo omnium Serva-
tore Iesu Christo in auxilium suppliciter invocato, cum uni-
verso exercitu progressus est, eo consilio ut Romanis liber-
tatem quam a maioribus acceperant, interventu suo restitueret.
(3) Porro cum Maxentius, magicarum artium praestigiis
magis quam subditorum benevolentia confisus, nequidem extra
urbis portas progredi auderet: cuncta vero in circuitu urbis
Romae ac totius Italiae loca, oppida, regiones quas servi-
tutis iugo oppressas tenebat, innumerabili armatorum multitu-

---

[1]—[6] *Quattuor codices* haec addunt resp. corrigunt.

Ἰταλίας ἁπάσης ὑπ' αὐτῷ δεδούλωτο, φραξαμένου, ὁ τῆς ἐκ Θεοῦ συμμαχίας ἀνημμένος βασιλεὺς ἐπιὼν πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ τοῦ τυράννου παρατάξει εὖ μάλα τε πάσας ἑλών, πρόεισιν ἐπὶ πλεῖστον ὅσον τῆς Ἰταλίας ἤδη τε αὐτῆς Ῥώμης ἄγχιστα ἦν.

455 (4) Εἶθ' ὡς μὴ τοῦ τυράννου χάριν Ῥωμαίοις πολεμεῖν ἀναγκάζοιτο, Θεὸς αὐτὸς δεσμοῖς τισιν ὥσπερ τὸν τύραννον πορρωτάτω πυλῶν ἐξέλκει καὶ τὰ πάλαι δὴ κατὰ ἀσεβῶν ὡς ἐν μύθου λόγῳ παρὰ τοῖς πλείστοις ἀπιστούμενα, πιστά γε μὴν πιστοῖς ἐν ἱεραῖς βίβλοις ἐστηλιτευμένα, αὐτῇ ἐναργείᾳ πᾶσιν ἁπλῶς εἰπεῖν, πιστοῖς καὶ ἀπίστοις, ὀφθαλμοῖς τὰ παράδοξα παρειληφόσιν, ἐπιστώσατο. (5) Ὥσπερ γοῦν ἐπ' αὐτοῦ Μωυσέως καὶ τοῦ πάλαι θεοσεβοῦς Ἑβραίων γένους «ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔρριψεν εἰς θάλασσαν, ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας· κατεπόθησαν ἐν θαλάσσῃ ἐρυθρᾷ, πόντος ἐκάλυψεν αὐτούς» [Ex 15, 4 sq], κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ Μαξέντιος οἵ τε ἀμφ' αὐτὸν ὁπλῖται καὶ δορυφόροι «ἔδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λίθος» [Ex 15, 5], ὁπηνίκα νῶτα δοὺς τῇ ἐκ Θεοῦ μετὰ Κωνσταντίνου δυνάμει, τὸν πρὸ τῆς πορείας διῄει ποταμόν, ὃν αὐτός σκάφεσιν

---

dine et dispositis ad insidiandum exercitibus undique munivisset: divino fretus auxilio imperator primam, secundam ac tertiam tyranni aggressus aciem, cunctas levi negotio fudit atque fugavit. Ita totius Italiae aditu sibi patefacto, ulterius progressus, tandem ad ipsam usque urbem Romam pervenit.

455 (4) Verum ne unius tyranni causa Romanos omnes oppugnare necesse haberet, Deus illum quasi vinculis quibusdam constrictum quam longissime extra urbis portas protraxit: simulque prisca illa adversus impios edita miracula quae sacris voluminibus continentur, et quibus multi quidem perinde ac fabulis fidem derogant, cum tamen apud fideles fide digna videantur: cunctis tam fidelibus quam infidelibus qui hoc miraculum quod dicturi sumus, oculis suis spectaverunt, verissima esse opere ipso comprobavit. (5) Nam quemadmodum Moysis ac religiosae quondam gentis Hebraeorum temporibus, Deus *currus et exercitum Pharaonis proiecit in mare, lectissimos milites ternos ex curru pugnantes submersit in mari rubro, et fluctibus operuit:* sic plane Maxentius et quicumque circa illum erant milites ac stipatores, *instar lapidis in altissimum gurgitem ceciderunt:* tunc videlicet cum divina virtute Constantini partibus auxiliante in fugam versus, fluvium sibi obiectum pertransiret: in quo, ponte ex scaphis contabulato,

ζεύξας καὶ εὖ μάλα γεφυρώσας μηχανὴν ὀλέθρου καθ' ἑαυτοῦ συνεστήσατο. (6) Ἐφ' ᾧ ἦν εἰπεῖν· «Λάκκον ὤρυξεν καὶ ἀνέσκαψεν αὐτόν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται» [Ps 7, 16 sq]. (7) Ταύτῃ δῆτα τοῦ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ζεύγματος διαλυθέντος, ὑφιζάνει μὲν ἡ διάβασις, χωρεῖ δ' ἀθρόως αὔτανδρα κατὰ τοῦ βυθοῦ τὰ σκάφη, καὶ αὐτός γε πρῶτος ὁ δυσσεβέστατος, εἶτα δε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὑπασπισταί, ᾗ τὰ θεῖα προαναφωνεῖ λόγια, «ἔδυσαν ὡσεὶ μόλυβδος ἐν ὕδατι σφοδρῷ» [Ex 15, 10]. (8) Ὥστε εἰκότως εἰ μὴ λόγοις, ἔργοις δ' οὖν ὁμοίως τοῖς ἀμφὶ τὸν μέγαν θεράποντα Μωυσέα τοὺς παρὰ Θεοῦ τὴν νίκην ἀραμένους αὐτὰ δὴ τὰ κατὰ τοῦ πάλαι δυσσεβοῦς τυράννου ὧδέ πως ἂν ὑμνεῖν καὶ λέγειν· «Ἄισωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. Ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν· βοηθὸς καὶ σκεπαστής μου Κύριος, ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν», καί· «Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε, τίς ὅμοιός σοι; δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις, θαυμαστὸς ἐν δόξαις, ποιῶν τέρατα» [Ex 15, 1 sq 11].

(9) Ταῦτα καὶ ὅσα τούτοις ἀδελφά τε καὶ ἐμφερῆ Κων- 456
σταντῖνος τῷ πανηγεμόνι καὶ τῆς νίκης αἰτίῳ Θεῷ αὐ-

---

ipse machinam quandam ad suam ipsius perniciem construxerat. (6) Proinde et hoc dici merito potuit: *Scrobem aperuit atque effodit: et in foveam quam fecit ipse incidet. Convertetur labor eius in proprium caput, et in verticem ipsius iniustitia eius recidet.* (7) In hunc igitur modum soluta pontis compage, transitus quidem subsidere coepit; navigia vero simul cum ipsis hominibus repente pessumiere: primusque omnium scelestissimus ille tyrannus, ac deinde cuncti quos circa se habebat corporis custodes, sicut divina praedixerunt oracula, *instar plumbeae massae in altissimum gurgitem delapsi sunt.* (8) Adeo ut milites qui tunc ope divini numinis victoriam adepti sunt, perinde ac olim Israelitae quos magnus ille Dei famulus Moyses ducebat, merito, si non verbis, saltem rebus ipsis eadem quae illi quondam adversus impium illum Pharaonem cantaturi fuerint in hunc modum: *Cantemus Domino; magnifice enim glorificatus est. Equum et ascensorem proiecit in mare. Adiutor et protector meus Dominus, factus est mihi ad salutem.* Et iterum: *Quis similis tibi inter deos, Domine? quis similis tibi? glorificatus in sanctis, mirabilis in gloria, faciens prodigia.*

(9) Haec et alia horum germana atque similia cum Con- 456
stantinus in laudem Dei universorum principis et victoriae

τοῖς ἔργοις ἀνυμνήσας ἐπὶ Ῥώμης μετ' ἐπινικίων εἰσήλαυνεν, πάντων ἀθρόως αὐτὸν ἅμα κομιδῇ νηπίοις καὶ γυναιξὶν τῶν τε ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ τῶν ἄλλως διασημοτάτων σὺν παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων φαιδροῖς ὄμμασιν αὐταῖς ψυχαῖς οἷα λυτρωτὴν σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην μετ' εὐφημιῶν καὶ ἀπλήστου χαρᾶς ὑποδεχομένων. (10) Ὁ δ' ὥσπερ ἔμφυτον τὴν εἰς Θεὸν εὐσέβειαν κεκτημένος, μηδ' ὅλως ἐπὶ ταῖς βοαῖς ὑποσαλευόμενος μηδ' ἐπαιρόμενος τοῖς ἐπαίνοις, εὖ μάλα τῆς ἐκ Θεοῦ συνῃσθημένος βοηθείας, αὐτίκα τοῦ σωτηρίου τρόπαιον πάθους ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνος ἀνατεθῆναι προστάττει, καὶ δὴ τὸ σωτήριον σημεῖον ἐπὶ τῇ δεξιᾷ κατέχοντα αὐτὸν ἐν τῷ μάλιστα τῶν ἐπὶ Ῥώμης δεδημοσιευμένῳ τόπῳ στήσαντας αὐτὴν δὴ ταύτην προγραφὴν ἐντάξαι ῥήμασιν αὐτοῖς τῇ Ῥωμαίων ἐγκελεύεται φωνῇ· (11) «Τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ, τῷ ἀληθεῖ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρείας τὴν πόλιν ὑμῶν ἀπὸ ζυγοῦ τοῦ τυράννου διασωθεῖσαν ἠλευθέρωσα, ἔτι μὴν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων τῇ ἀρχαίᾳ ἐπιφανείᾳ καὶ λαμπρότητι ἐλευθερώσας ἀποκατέστησα.»

CB Eus 2, 826 sqq. MG 20, 819 sqq.

## De visione Constantini M.

[Vita Constantini 1, 27—29.]

457 27. (1) Εὖ δ' ἐννοήσας ὡς κρείττονος ἢ κατὰ στρατιωτικὴν δέοι αὐτῷ βοηθείας διὰ τὰς κακοτέχνους καὶ γοητικὰς

---

auctoris factis ipsis cecinisset, Romam triumphans ingressus est: universo pariter senatu et viris aliter perfectissimis et populo Romano, simul cum uxoribus ac liberis laeto vultu ex animo eum, utpote liberatorem, servatorem et bonorum omnium auctorem, cum faustis acclamationibus et inexplebili quodam gaudio excipientibus. (10) Verum ille pietatem in Deum quasi insitam sibi atque innatam gerens, his acclamationibus nullatenus de statu mentis deturbatus, nec inflatus laudibus; cum divinum sibi auxilium adfuisse probe intellegeret, statim iussit ut Dominicae passionis tropaeum supra manum statuae sibi positae erigeretur. Cumque Romani in celeberrimo urbis loco statuam ei dedicassent, quae dextra manu salutare [crucis] signum gestabat, huiusmodi inscriptionem latino sermone in basi iussit apponi: (11) «Hoc salutari signo quod verae virtutis insigne est, vestram urbem tyrannicae dominationis iugo liberatam servavi. Senatui populoque Romano in libertatem asserto pristinum decus nobilitatis splendoremque restitui.»

457 27. (1) Iam vero cum intellegeret praeter militares copias praestantiore aliquo subsidio sibi opus esse, ob maleficas artes

μαγγανείας τὰς παρὰ τῷ τυράννῳ ἐσπουδασμένας, Θεὸν
ἀνεζήτει βοηθόν, τὰ μὲν ἐξ ὁπλιτῶν καὶ στρατιωτικοῦ πλή-
θους δεύτερα τιθέμενος (τῆς γὰρ παρὰ Θεοῦ βοηθείας
ἀπούσης τὸ μηθὲν ταῦτα δύνασθαι ἡγεῖτο), τὰ δ' ἐκ Θεοῦ
συνεργίας ἄμαχα εἶναι καὶ ἀήττητα λέγων. (2) Ἐννοεῖ
δῆτα ὁποῖον δέοι Θεὸν ἐπιγράψασθαι, ζητοῦντι δ' αὐτῷ ἔν-
νοιά τις ὑπεισῆλθεν, ὡς πλειόνων πρότερον τῆς ἀρχῆς
ἐφαψαμένων οἱ μὲν πλείοσι θεοῖς τὰς σφῶν αὐτῶν ἀν-
αρτήσαντες ἐλπίδας, λοιβαῖς τε καὶ θυσίαις καὶ ἀναθήμασι
τούτους θεραπεύσαντες, ἀπατηθέντες τὰ πρῶτα διὰ μαν-
τειῶν κεχαρισμένων χρησμῶν τε τὰ αἴσια ἀπαγγελλομένων
αὐτοῖς τέλος οὐκ αἴσιον εὕραντο, οὐ δέ τις θεῶν πρὸς τὸ
μὴ θεηλάτοις ὑποβληθῆναι καταστροφαῖς δεξιὸς αὐτοῖς παρ-
έστη, μόνον δὲ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τὴν ἐναντίαν ἐκείνοις
τραπέντα τῶν μὲν πλάνην καταγνῶναι, αὐτὸν δὲ τὸν ἐπέ-
κεινα τῶν ὅλων Θεόν, διὰ πάσης τιμήσαντα ζωῆς, σωτῆρα
καὶ φύλακα τῆς βασιλείας ἀγαθοῦ τε παντὸς χορηγὸν εὕ-
ρασθαι.

(3) Ταῦτα παρ' ἑαυτῷ διακρίνας εὖ τε λογισάμενος, ὡς 458
οἱ μὲν πλήθει θεῶν ἐπιθαρσήσαντες καὶ πλείοσιν περιπεπτώ-
κασιν ὀλέθροις, ὡς μηδὲ γένος μὴ φυὴν μὴ ῥίζαν αὐτοῖς,

---

magicasque praestigias quas tyrannus studiose consectabatur:
Deum sibi adiutorium quaesivit, armorum quidem apparatum
et militum copias secundo loco ducens (Dei enim auxilio de-
ficiente nihil haec valere putabat), auxilium autem divini nu-
minis invictum et inexpugnabile esse sibi persuadens. (2) Igitur
cogitare apud se coepit, quemnam sibi Deum adscisceret.
Quod dum sollicite inquirit, haec illi subiit cogitatio: ex pluri-
mis qui ante se imperium tenuerant, eos quidem qui in deorum
multitudine spem suam collocassent, et qui victimis illos ac
donariis coluissent, primum vaticiniis ad assentationem com-
positis, et oraculis fausta omnia pollicentibus delusos, tandem
infausto mortis genere interiisse; nec deorum quemquam
praesto illis adfuisse, qui eos invecto divinitus exitio liberaret:
solum ipsius patrem, qui contrariam prioribus illis viam iniisset,
et qui eorum quidem errorem condemnasset, unum vero su-
premum omnium Deum toto vitae spatio coluisset, eundem
servatorem ac imperii custodem, et omnium bonorum auctorem
habuisse.

(3) Haec ille cum apud se expendisset recteque animad- 458
vertisset, illos quidem qui in deorum multitudine fiduciam
posuissent, in multitudinem quoque exitiorum esse delapsos,

μηδ' ὄνομα μηδὲ μνήμην ἐν ἀνθρώποις ἀπολειφθῆναι, ὁ δὲ πατρῷος αὐτῷ Θεὸς τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐναργῆ καὶ πάμπολλα δείγματα εἴη δεδωκὼς τῷ αὐτοῦ πατρί, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη καταστρατεύσαντας πρότερον τοῦ τυράννου διασκεψάμενος σὺν πλήθει μὲν θεῶν τὴν παράταξιν πεποιημένους αἰσχρὸν δὲ τέλος ὑπομείναντας (ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν σὺν αἰσχύνῃ τῆς συμβολῆς ἄπρακτος ἀνεχώρει, ὁ δὲ καὶ μέσοις αὐτοῖς τοῖς στρατεύμασι κατασφαγεὶς πάρεργον ἐγένετο θανάτου)· (4) Ταῦτ' οὖν πάντα συναγαγὼν τῇ διανοίᾳ, τὸ μὲν περὶ τοὺς μηθὲν ὄντας θεοὺς ματαιάζειν καὶ μετὰ τοσοῦτον ἔλεγχον ἀποπλανᾶσθαι μωρίας ἔργον ὑπελάμβανεν, τὸν δὲ πατρῷον τιμᾶν μόνον ᾤετο δεῖν Θεόν.

459 28. (1) Ἀνεκαλεῖτο δῆτα ἐν εὐχαῖς τοῦτον, ἀντιβολῶν καὶ ποτνιώμενος φῆναι αὐτῷ ἑαυτὸν ὅστις εἴη καὶ τὴν ἑαυτοῦ δεξιὰν χεῖρα τοῖς προκειμένοις ἐπορέξαι. (2) Εὐχομένῳ δὲ ταῦτα καὶ λιπαρῶς ἱκετεύοντι τῷ βασιλεῖ θεοσημία τις ἐπιφαίνεται παραδοξοτάτη, ἣν τάχα μὲν ⟨ἂν⟩ ἄλλου λέγοντος οὐ ῥᾴδιον ἦν ἀποδέξασθαι, αὐτοῦ δὲ τοῦ νικητοῦ βασιλέως τοῖς τὴν γραφὴν διηγουμένοις ἡμῖν μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ὅτε ἠξιώθημεν τῆς αὐτοῦ γνώσεώς τε καὶ

---

adeo ut nec generis illorum ac sobolis nec stirpis ac nominis, nec memoriae ullum inter homines vestigium remanserit: contra vero Deum patris sui, multa eaque illustria potentiae suae documenta ipsi praebuisse: cumque praeterea considerasset, eos qui iam antea copias adversus tyrannum duxerant, cum deorum multitudine ad pugnam profectos, turpem exitum habuisse (alter enim re infecta cum omnibus copiis ignominiose recesserat, alter in medio exercitu iugulatus, tamquam fortuita mortis praeda exstiterat): (4) Haec, inquam, omnia cogitatione sua complexus, deos quidem qui nusquam essent colendo nugari, et post tot ac tanta documenta caeco adhuc errore ferri, summae dementiae esse existimavit: solum vero Deum genitoris sui sibi esse colendum censuit.

459 28. (1) Huius ergo opem implorare coepit orans atque obsecrans, ut se ipsi noscendum praeberet, ac praesentibus negotiis adiutricem manum porrigeret. (2) Haec precanti ac suppliciter postulanti imperatori, admirabile quoddam signum a Deo missum apparuit. Quod si quidem ab alio quopiam diceretur, haud facile auditores fidem essent habituri. Verum cum ipse victor Augustus nobis qui hanc historiam scribimus, longo post tempore, cum videlicet in eius notitiam et familiaritatem pervenimus, id retulerit et sermonem sacramenti reli-

ὁμιλίας, ἐξαγγείλαντος ὅρκοις τε πιστωσαμένου τὸν λόγον, τίς ἂν ἀμφιβάλοι μὴ οὐχὶ πιστεῦσαι τῷ διηγήματι; μάλισθ' ὅτε καὶ ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος ἀληθῆ τῷ λόγῳ παρέσχε τὴν μαρτυρίαν. (3) Ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἔφη ἐν αὐτῷ οὐρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυροῦ τρόπαιον ἐκ φωτὸς συνιστάμενον, γραφήν τε αὐτῷ συνῆφθαι λέγουσαν· Τούτῳ νίκα. Θάμβος δ' ἐπὶ τῷ θεάματι κρατῆσαι αὐτόν τε καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν, ὃ δὴ στελλομένῳ ποι πορείαν συνείπετό τε καὶ θεωρὸν ἐγίνετο τοῦ θαύματος.

29. (1) Καὶ δὴ διαπορεῖν πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγε, τί ποτε 460
εἴη τὸ φάσμα. Ἐνθυμουμένῳ δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ πολὺ λογιζομένῳ νὺξ ἐπῄει καταλαβοῦσα. (2) Ἔνθα δὴ ὑπνοῦντι αὐτῷ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ σὺν τῷ φανέντι κατ' οὐρανόν σημείῳ ὀφθῆναί τε καὶ παρακελεύσασθαι, μίμημα ποιησάμενον τοῦ κατ' οὐρανὸν ὀφθέντος σημείου τούτῳ πρὸς τὰς τῶν πολεμίων συμβολὰς ἀλεξήματι χρῆσθαι.

CB Eus. 1 (ed. *I. A. Heikel*), 20 sq. MG 20, 941 sqq.

## Quomodo Constantinus M. Nicaenam synodum fieri iusserit.

[Vita Constantini 3, 6.]

(1) Εἶθ' ὥσπερ ἐπιστρατεύων αὐτῷ φάλαγγα Θεοῦ σύν- 461
οδον οἰκουμενικὴν συνεκρότει, σπεύδειν ἁπανταχόθεν τοὺς

---

gione firmaverit, quis posthac fidem huic narrationi adhibere dubitabit? praesertim cum id quod subsecutum est tempus, sermonis huius veritatem testimonio suo confirmaverit. (3) Horis diei meridianis, sole in occasum vergente, crucis tropaeum in caelo ex luce conflatum, soli superpositum, ipsis oculis se vidisse affirmavit, cum huiusmodi inscriptione: Hoc vince. Eo viso et se ipsum et milites omnes, qui ipsum nescio quo iter facientem sequebantur, et qui spectatores miraculi fuerant, vehementer obstupefactos.

29. (1) Interim ipse, ut aiebat, addubitare animo coepit, 460
quidnam hoc spectrum sibi vellet. Cogitanti ipsi et diu multumque apud se reputanti, nox tandem supervenit. (2) Tum vero Christus Dei dormienti apparuit cum signo illo quod in caelo ostensum fuerat, praecepitque, ut militari signo ad similitudinem eius quod in caelo vidisset fabricato, eo tamquam salutari praesidio in proeliis uteretur.

(1) Mox velut divinam quandam phalangem adversus eum 461
instruens, generalem synodum convocavit; honorificis litteris

ἐπισκόπους γράμμασι τιμητικοῖς προκαλούμενος. (2) Οὐκ ἦν δ' ἁπλοῦν τὸ ἐπίταγμα, συνήργει δὲ καὶ αὐτῇ πράξει τὸ βασιλέως νεῦμα, οἷς μὲν ἐξουσίαν δημοσίου παρέχον δρόμου, οἷς δὲ νωτοφόρων ὑπηρεσίας ἀφθόνους. Ὥριστο δὲ καὶ πόλις ἐμπρέπουσα τῇ συνόδῳ, νίκης ἐπώνυμος, κατὰ τὸ Βιθυνῶν ἔθνος ἡ Νίκαια. (3) Ὡς οὖν ἐφοίτα πανταχοῦ τὸ παράγγελμα, οἷά τινος ἀπὸ νύσσης οἱ πάντες ἔθεον σὺν προθυμίᾳ τῇ πάσῃ. Εἶλκεν γὰρ αὐτοὺς ἀγαθῶν ἐλπίς, ἥ τε τῆς εἰρήνης μετουσία, τοῦ τε ξένου θαύματος τῆς τοῦ τοσούτου βασιλέως ὄψεως ἡ θέα. (4) Ἐπειδὴ οὖν συνῆλθον οἱ πάντες, ἔργον ἤδη Θεοῦ τὸ πραττόμενον ἐθεωρεῖτο. Οἱ γὰρ μὴ μόνον ψυχαῖς, ἀλλὰ καὶ σώμασι καὶ χώραις καὶ τόποις καὶ ἔθνεσι πορρωτάτω διεστῶτες ἀλλήλων ὁμοῦ συνήγοντο, καὶ μία τοὺς πάντας ὑπεδέχετο πόλις, ἥν θ' ὁρᾶν μέγιστον ἱερέων στέφανον ἐξ ὡραίων ἀνθέων καταπεποικιλμένον.

CB Eus. 1, 79 sq. MG 20, 1059 sq.

## Quod Constantinus M. episcopum externarum rerum (exterorum) se esse dixerit.

[Vita Constantini 4, 24.]

462 (1) Ἔνθεν εἰκότως αὐτὸς ἐν ἑστιάσει ποτὲ δεξιούμενος ἐπισκόπους λόγον ἀφῆκεν, ὡς ἄρα εἴη καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπος,

---

episcopos undique invitans, ut quantocius adessent. (2) Nec vero simplex ac nuda erat iussio: sed praeterea multum ad hoc opus contulit imperatoris benignitas, qui aliis quidem cursus publici copiam praebuit, aliis vero iumentorum usum abunde subministravit. Quin etiam sedes huic synodo convenientissima assignata est, urbs quae a victoria nomen habet Nicaea, in Bithynia sita. (3) Perlato igitur in omnes provincias imperatoris praecepto, statim cuncti velut ex transenna emissi, summa cum alacritate advolarunt. Alliciebat scilicet eos spes bonorum, ac praesentis pacis opportunitas; novi denique miraculi, tanti nimirum imperatoris, spectaculum. (4) Posteaquam in unum convenere, Dei opus esse id quod gerebatur apparuit. Nam qui non modo animis, verum etiam corporibus et regionibus ac locis et provinciis longissime inter se dissiti erant, tunc in unum congregati cernebantur: et velut maximam quandam sacerdotum coronam ex pulcherrimis floribus contextam, una cunctos civitas capiebat.

462 (1) Quocirca non absurde, cum episcopos aliquando convivio exciperet, se quoque episcopum esse dixit, his fere verbis

ὧδέ πη αὐτοῖς εἰπὼν ῥήμασιν ἐφ' ἡμετέραις ἀκοαῖς· «Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τῶν εἴσω τῆς Ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ Θεοῦ καθεσταμένος ἐπίσκοπος ἂν εἴην.» (2) Ἀκόλουθα δὲ τῷ λόγῳ διανοούμενος τοὺς ἀρχομένους ἅπαντας ἐπεσκόπει, προὔτρεπέ τε ὅσηπερ ἂν ἡ δύναμις τὸν εὐσεβῆ μεταδιώκειν βίον.

CB Eus. 1, 126. MG 20, 1171 sq.

## De baptismo et morte Constantini M.[1]

[Vita Constantini 4, 61—64.]

61. (1) Γίγνεται δ' αὐτῷ πρώτη τις ἀνωμαλία τοῦ σώ- 463
ματος, εἶτ' οὖν κάκωσις ἐπὶ ταύτην συμβαίνει, κἄπειτα τῆς αὐτοῦ πόλεως ἐπὶ λουτρὰ θερμῶν ὑδάτων πρόεισιν, ἔνθεν τε τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἐπὶ τὴν ἐπώνυμον ἀφικνεῖται πόλιν. Κἀνταῦθα τῷ τῶν μαρτύρων εὐκτηρίῳ ἐνδιατρίψας οἴκῳ ἱκετηρίους εὐχάς τε καὶ λιτανείας ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ. (2) Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἔννοιαν ἥκει τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καθάρσεως τοῦτον εἶναι καιρὸν τῶν πώποτε αὐτῷ πεπλημμελημένων διενοεῖτο, ὅσα οἷα θνητῷ διαμαρτεῖν ἐπῆλθε ταῦτ' ἀπορρύψασθαι τῆς ψυχῆς λόγων ἀπορρήτων δυνάμει σωτηρίῳ τε λουτρῷ πιστεύσας. (3) Τοῦτό τοι διανοηθείς, γονυκλινὴς ἐπ' ἐδάφους ἱκέτης ἐγίγνετο τοῦ Θεοῦ, ἐν αὐτῷ

---

usus nobis praesentibus: «Vos quidem», inquit, «in iis quae intra Ecclesiam sunt, episcopi estis. Ego vero in iis quae extra geruntur [exterorum hominum?] episcopus a Deo sum constitutus.» (2) Itaque consilia capiens dictis congruentia, omnes imperio suo subiectos episcopali sollicitudine gubernabat, et quibuscumque modis poterat, ut veram pietatem consectarentur incitabat.

61. (1) Principio quidem inaequalis corporis temperies, 463
posthac morbus eum invasit. Itaque ad aquas calidas civitatis suae progressus, inde ad urbem matris suae nomine appellatam Helenopolim delatus est: ibique in templo martyrum commoratus, supplicationes et preces obtulit Deo. (2) Cumque extremum vitae diem sibi iam imminere sentiret, tempus tandem adesse existimavit, quo totius vitae delicta expiaret, firmissime credens, quaecumque humanitus peccavisset, arcanorum verborum efficacia et salutari lavacro penitus esse delenda. (3) Haec cum apud se reputasset, genu flexo humi

---

[1] De baptismo Constantini M. optime disseruit *F. J. Dölger* in Röm. Quartalschrift, Supplem. 19 (Freiburg 1913): Konstantin d. Gr. und seine Zeit 377—447.

τῷ μαρτυρίῳ ἐξομολογούμενος ἔνθα δὴ καὶ πρῶτον τῶν διὰ χειροθεσίας εὐχῶν ἠξιοῦτο. Μεταβὰς δ' ἔνθεν ἐπὶ προάστειον τῆς Νικομηδέων ἀφικνεῖται πόλεως, κἀνταῦθα συγκαλέσας τοὺς ἐπισκόπους ὧδέ πη αὐτοῖς διελέξατο·

464 62. (1) «Οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ πάλαι μοι διψῶντι καὶ εὐχομένῳ τῆς ἐν Θεῷ τυχεῖν σωτηρίας καιρὸς ἐλπιζόμενος· ὥρα καὶ ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ἀθανατοποιοῦ σφραγῖδος, ὥρα τοῦ σωτηρίου σφραγίσματος μετασχεῖν, (2) ⟨ὅπερ⟩ ἐπὶ ῥείθρων Ἰορδάνου ποταμοῦ ἐνενόουν ποτέ, ἐφ' ὧν καὶ ὁ Σωτὴρ εἰς ἡμέτερον τύπον τοῦ λουτροῦ μετασχεῖν μνημονεύεται· Θεὸς δ' ἄρα τὸ συμφέρον εἰδὼς ἐντεῦθεν ἤδη τούτων ἡμᾶς ἀξιοῖ. (3) Μὴ δὴ οὖν ἀμφιβολία τις γιγνέσθω. Εἰ γὰρ καὶ πάλιν ἡμᾶς ἐνταυθοῖ βιοῦν ὁ καὶ ζωῆς καὶ θανάτου Κύριος ἐθέλοι, καὶ οὕτως ἐμὲ συναγελάζεσθαι λοιπὸν τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ καὶ ταῖς εὐχαῖς ὁμοῦ τοῖς πᾶσιν ἐκκλησιάζοντα κοινωνεῖν ἅπαξ ὥρισται, ⟨καὶ⟩ θεσμοὺς ἤδη βίου Θεῷ πρέποντας ἐμαυτῷ διατετάξομαι.»

465 (4) Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' ἔλεγεν, οἱ δὲ τὰ νόμιμα τελοῦντες θεσμοὺς ἀπεπλήρουν θείους καὶ τῶν ἀπορρήτων μετεδίδο-

---

procumbens, veniam a Deo supplex poposcit, peccata sua confitens in ipso martyrio: quo in loco manuum impositionem cum sollemni precatione primum meruit accipere. Hinc ad suburbana Nicomediae digressus, convocatis episcopis, sic ad eos verba fecit:

464 62. (1) «Hoc erat tempus quod iamdudum sperabam, cum incredibili cupiditate arderem votisque omnibus desiderarem salutem in Deo consequi. Iam tempus est, ut signum illud quod immortalitatem confert, nos quoque percipiamus; tempus est, ut salutaris signaculi participes fiamus. (2) Equidem olim statueram id agere in flumine Iordane, in quo Servator ipse ad exemplum nostrum lavacrum suscepisse memoratur. Sed Deus, qui optime novit ea quae nobis utilia sunt, hoc in loco nobis idipsum exhibere dignatur. (3) Proinde omnis removeatur dubitatio. Nam si quidem Deus vitae mortisque arbiter hic me diutius vitam agere voluerit, idque semel decretum est, ut in posterum una cum populo Dei permiscear, et in Ecclesiam adscitus cum reliquis omnibus orationum particeps fiam; eas vivendi leges mihi praescripturum me esse spondeo, quae sint Deo dignae.»

465 (4) Haec cum dixisset, illi sollemni ritu divinas caerimonias peregerunt, iniunctisque ei quaecumque necessaria erant, sacro-

σαν, ὅσα χρὴ προσδιαστειλάμενοι. Καὶ δὴ μόνος τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτοκρατόρων Κωνσταντῖνος Χριστοῦ μυστηρίοις ἀναγεννώμενος ἐτελειοῦτο, θείας τε σφραγῖδος ἀξιούμενος ἠγάλλετο τῷ πνεύματι ἀνεκαινοῦτό τε καὶ φωτὸς ἐνεπίμπλατο θείου, χαίρων μὲν τῇ ψυχῇ δι' ὑπερβολὴν πίστεως, τὸ δ' ἐναργὲς καταπεπληγὼς τῆς ἐνθέου δυνάμεως. (5) Ὡς δ' ἐπληροῦτο τὰ δέοντα, λαμπροῖς καὶ βασιλικοῖς ἀμφιάσμασι φωτὸς ἐκλάμπουσι τρόπον περιεβάλλετο ἐπὶ λευκοτάτῃ τε στρωμνῇ διανεπαύετο, οὐκ ἔθ' ἁλουργίδος ἐπιψαῦσαι θελήσας.

63. (1) Κἄπειτα τὴν φωνὴν ἀνυψώσας εὐχαριστήριον 466
ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ προσευχήν, μεθ' ἣν ἐπῆγε λέγων· «Νῦν ἀληθεῖ λόγῳ μακάριον οἶδ' ἐμαυτόν, νῦν τῆς ἀθανάτου ζωῆς πεφάνθαι ἄξιον, νῦν τοῦ θείου μετειληφέναι φωτός.» Ἀλλὰ καὶ τάλανας ἀπεκάλει, ἀθλίους εἶναι λέγων, τοὺς τῶνδε τῶν ἀγαθῶν στερουμένους. (2) Ἐπεὶ δὲ τῶν στρατοπέδων οἱ ταξιάρχαι καὶ καθηγεμόνες εἴσω παρελθόντες ἀπωδύροντο, σφᾶς αὐτοὺς ἐρήμους ἔσεσθαι ἀποκλαιόμενοι, ἐπηύχοντό τε ζωῆς αὐτῷ χρόνους, καὶ τούτοις ἀποκρινάμενος, νῦν ἔφη τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἠξιῶσθαι μόνον τ' αὐτὸν εἰδέναι ὧν μετείληφεν ἀγαθῶν· διὸ καὶ σπεύδειν μηδ' ἀναβάλλεσθαι τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ Θεὸν πορείαν. (3) Εἶτα ἐπὶ τούτοις τὰ

---

rum mysteriorum participem eum fecere. Solus igitur ex omnibus qui umquam fuerunt imperatoribus Constantinus in Christi mysteriis renatus et consummatus est; et divino donatus signaculo, exsultavit spiritu, renovatusque est ac divina luce repletus. Et animo quidem maximam capiebat voluptatem ob fidei excellentiam; evidentissimam autem divinae potentiae magnitudinem attonitus mirabatur. (5) Postquam omnia rite impleta sunt, candidis ac regiis vestibus lucis instar radiantibus est amictus, et candidissimo in lecto recubuit, nec purpuram contingere amplius voluit.

63. (1) Post haec sublata altius voce, precabundus gratias 466
egit Deo, et finita precatione haec subiecit: «Nunc me revera beatum esse, nunc immortali vita dignum, nunc divinae compotem lucis factum esse cognosco.» Miseros quoque et infelices esse aiebat, qui tantis bonis privarentur. (2) Cumque tribuni ac duces militarium copiarum introgressi, vicem suam dolerent quod orbos ipsos relinqueret, et longiorem ipsi vitam comprecarentur, his etiam respondens, nunc demum veram se vitam adeptum esse dixit, seque unum optime nosse, quantorum bonorum particeps factus fuisset. Proinde properare se et profectionem ad Deum suum nulla tergiversatione differre.

προσήκοντα διετάττετο, καὶ Ῥωμαίους μὲν τοὺς τὴν βασιλίδα πόλιν οἰκοῦντας ἐτίμα δόσεσιν ἐτησίαις, τοῖς δ' αὐτοῦ παισὶν ὥσπερ τινὰ πατρικὴν ὕπαρξιν τὸν τῆς βασιλείας παρεδίδου κλῆρον, πάνθ' ὅσα φίλα ἦν αὐτῷ διατυπωσάμενος.

467 64. (1) Ἕκαστα δὲ τούτων ἐπὶ τῆς μεγίστης συνετελεῖτο ἑορτῆς, τῆς δὴ πανσέμνου καὶ σεβασμίας Πεντηκοστῆς, ἑβδομάσι μὲν ἑπτὰ τετιμημένης, μονάδι δ' ἐπισφραγιζομένης, καθ' ἣν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος τήν τε τοῦ Ἁγίου Πνεύματος εἰς ἀνθρώπους κάθοδον γεγενῆσθαι λόγοι περιέχουσι θεῖοι. (2) Ἐν δὴ ταύτῃ τούτων ἀξιωθεὶς βασιλεύς, ἐπὶ τῆς ὑστάτης ἁπασῶν ἡμέρας, ἣν δὴ ἑορτὴν ἑορτῶν οὐκ ἄν τις διαμάρτοι καλῶν, ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας πρὸς τὸν αὐτοῦ Θεὸν ἀνελαμβάνετο, θνητοῖς μὲν τὸ συγγενὲς παραδοὺς ἔχειν, αὐτὸς δ' ὅσον ἦν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς νοερόν τε καὶ φιλόθεον τῷ αὐτοῦ Θεῷ συναπτόμενος. Τοῦτο τέλος τῆς Κωνσταντίνου Ζωῆς.

CB Eus. 1, 142 sqq. MG 20, 1211 sqq.

### De quarto edicto Diocletiani (304).

[De martyribus Palaestinae 3, 1]

468 Δευτέρου δ' ἔτους διαλαβόντος καὶ δὴ σφοδρότερον ἐπιταθέντος τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου, τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένου τηνικάδε Οὐρβανοῦ, γραμμάτων τοῦτο πρῶτον βασιλικῶν πεφοιτηκότων, ἐν οἷς

---

(3) Singula deinde pro arbitrio suo disposuit: ac Romanis quidem regiam urbem incolentibus annua quaedam munera legavit, suis autem liberis imperium velut paternam hereditatem reliquit, cuncta prout ipsi videbatur, constituens.

467 64. (1) Porro haec omnia gerebantur in maxima illa sollemnitate venerandae et sacratissimae Pentecostes, quae septenario hebdomadum numero decorata, unitate obsignatur. In qua et communis Servatoris ascensum in caelos et Sancti Spiritus in terras descensum contigisse Sacrae Litterae testantur. (2) In ea igitur sollemnitate imperator haec quae diximus consecutus, ultima tandem die, quam si quis omnium festivitatem maximam vocet, haudquaquam meo iudicio aberraverit, circa meridiem migravit ad Dominum, mortalibus quidem partem sui mortalem relinquens, eam vero animae partem quae intellegentia et amore Dei praedita erat, Deo suo coniungens. Hic Constantino exitus vitae fuit.

468 Secundo dehinc anno, cum persecutionis adversus nos furor vehementius incaluisset, Urbano tunc provinciam regente, primum imperatoris missae sunt litterae, quibus generali praecepto iubebatur ut omnes

καθολικῷ προστάγματι πάντας πανδημεὶ τοὺς κατὰ πόλιν θύειν τε καὶ σπένδειν τοῖς εἰδώλοις ἐκελεύετο.

CB Eus. 2, 910. MG 20, 1469.

## De edicto Maximini imp. (308).

[Ib. 9, 2.]

Ἀθρόως δ' οὖν αὖθις Μαξιμίνου διαφοιτᾷ καθ' ἡμῶν πανταχοῦ 469
γράμματα ⟨οἵ⟩ τε κατ' ἐπαρχίαν ἡγεμόνες καὶ προσέτι ὁ τῶν στρατοπέδων ἄρχειν ἐπιτεταγμένος προγράμμασι καὶ ἐπιστολαῖς καὶ δημοσίοις διατάγμασι τοὺς ἐν ἁπάσαις πόλεσι λογιστὰς ἅμα στρατηγοῖς καὶ ταβουλαρίοις ἐπέσπερχον τὸ βασιλικὸν εἰς πέρας ἄγειν πρόσταγμα, κελεῦον

ὡς ἂν μετὰ σπουδῆς πάσης τῶν μὲν εἰδωλείων ἀνοικο- 470
δομοῖεν τὰ πεπτωκότα, πανδημεὶ δὲ πάντας, ἄνδρας ἅμα γυναιξὶν καὶ οἰκέταις αὐτοῖς ὑπομαζίοις παισί, θύειν καὶ σπένδειν αὐτῶν τε ἀκριβῶς τῶν ἐναγῶν ἀπογεύεσθαι θυσιῶν ἐπιμελὲς ποιοῖντο, καὶ τὰ μὲν κατ' ἀγορὰν ὤνια ταῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν σπονδαῖς καταμολύνοιτο, πρόσθεν δὲ τῶν λουτρῶν ἔφεδροι κατατάσσοιντο, ὡς ἂν τοὺς ἐν τούτοις ἀποκαθαιρομένους ταῖς παμμιάροις μολύνοιεν θυσίαις

CB Eus. 2, 928. MG 20, 1491 sq.

## Contra cultum imaginum.

[Ex epistula ad Constantiam Augustam (ob. 327).]

(1) Ἐπεὶ δὲ καὶ περί τινος εἰκόνος ὡς δὴ τοῦ Χριστοῦ 471
γέγραφας, εἰκόνα βουλομένη σοι ταύτην ὑφ' ἡμῶν πεμ-

---

ubique locorum ac gentium, publice idolis sacrificia ac libationes offerrent.

Repente siquidem edicta Maximini contra Christianos quoquo- 469
versus per singulas sunt missa provincias. Simul praesides, ipseque praefectus praetorii propositis edictis et epistulis ac publicis iussionibus, instabant curatoribus civitatum et magistratibus ac tabulariis, ut imperatoris praeceptum exsecutioni mandarent, quo iussum erat,

ut idolorum quidem delubra quae vetustate collapsa erant, 470
omni cura et studio instaurarent; cunctos vero tam viros quam mulieres una cum servulis et infantibus, sacrificare et libare cogerent, et immolatis hostiarum carnibus vesci; utque cuncta in foro venalia sacrificiorum libationibus inquinarentur; et ante publicas balneas quasi in insidiis collocarentur custodes, qui lavantes illic homines exsecrandis saerificiis macularent.

(1) Quoniam autem et de quadam imagine, quasi Christi, 471
scripsisti ad me, imaginem quidem volens hanc tibi a nobis

φθῆναι· τίνα λέγεις, καὶ ποίαν ταύτην, ἣν φὴς τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα; Οὐκ οἶδα πόθεν αὐτὴ ὁρμηθεῖσα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαγράψαι εἰκόνα προστάττεις. (2) Ποίαν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα ἐπιζητεῖς; Πότερον τὴν ἀληθῆ καὶ ἀμετάλλακτον, καὶ φύσει τοὺς αὐτοῦ χαρακτῆρας φέρουσαν [cf. Hebr 1, 4]· ἢ ταύτην ἣν δι' ἡμᾶς ἀνείληφεν, τῆς τοῦ δούλου μορφῆς [cf. Phil 2, 6] περιθέμενος τὸ σχῆμα; (3) Ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ Λόγος καὶ Θεός, μορφὴν δούλου λαβὼν «ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας τὴν ἁμαρτίαν κατέκρινεν», ᾗ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος [cf. Rom 8, 3]· οὕτως ἡμᾶς τῆς παλαιᾶς πικρίας καὶ δαιμονικῆς δουλείας, τῷ τιμίῳ αἵματι λυτρωσάμενος [cf. 1 Petr 1, 18 sq], ἀπηλευθέρωσεν. (4) Δύο ⟨οὖν⟩ [1] μορφῶν αὐτῷ παρισταμένων, περὶ μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς οὐδὲ αὐτὸς ἡγοῦμαί σε ζητεῖν, ἅπαξ παρ' αὐτοῦ παιδευομένην, ὅτι οὔτε τὸν Πατέρα τις ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδ' αὐτὸν Υἱὸν γνοίη ποτέ τις ἐπαξίως, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ [cf. Mt 11, 27]. (5) Ἀλλὰ γὰρ πάντως τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἐπιζητεῖς ⟨τὴν εἰκόνα⟩ [2] καὶ οὗ δι' ἡμᾶς περιεβλήθη σαρκίου....

472 (9) Ἀλλὰ μεταμεμόρφωται καὶ ἀπηθανάτισται καὶ ἄφθαρτόν ἐστιν. Οὐκοῦν καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ ἐν τοιούτοις γινομένη, ἐξ ὅλων ὅλη μεταβέβληται ἐπὶ φῶς αὐτοῦ ἀρρη-

---

mitti, quamnam, quaeso, qualemve dicis eam, quam perhibes Christi imaginem? Non satis enim video undenam tibi repente subierit iubere Salvatoris nostri imaginem adumbrari? (2) At qualem Christi quaeris imaginem? Anne veram illam et incommutabilem, quae in substantia ipsius fert characteres; aut hanc quam propter nos assumpsit, servilem, quoad schema, formam induens? (3) Verbum enim Dei et Deus servi formam assumens, *in similitudine carnis peccati peccatum damnavit*, ut divus ait Apostolus. Sic utique nos a veteri amarulentia et daemoniaco servitio, dum pretioso sanguine redemit, liberavit. (4) Duplici igitur forma cum ipse constet, de illa quidem Dei forma haud putem te esse sollicitam, semel quippe ab illo edoctam, neminem cognovisse Patrem, praeter Filium, neque ipsum Filium condigne quempiam cognovisse, nisi unum qui illum genuit Patrem. (5) At enim requiris, nec fallor omnino, servi formae imaginem simul et corpusculi quo propter nos indutus est....

472 (9) Sed transfiguratum est corpus et immortale factum est et incorruptum. Quae cum ita sit servi forma, omnis omnino mutata est in lumen eius ineffabile et inenarrandum, lumen

---

[1] Addit *Boivinus*. [2] Addunt *Acta Conc. Nicaeni II.*

τον ἀνεκδιήγητον, αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ πρέπον φῶς, ὅπερ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη [cf. 1 Cor 2, 9]. (10) Πῶς οὖν τις τῶν ἀδυνάτων ἐφίκοιτο; Πῶς δὲ τῆς οὕτω θαυμαστῆς καὶ ἀλήπτου μορφῆς, εἴ γε χρὴ μορφὴν ἔτι καλεῖν τὴν ἔνθεον καὶ νοερὰν οὐσίαν, εἰκόνα τις ζωγραφήσειεν; (11) Εἰ μὴ τοῖς ἀπίστοις ἔθνεσιν ὁμοίως τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς ἐοικότα ἑαυτῷ τις ἀναζωγραφήσειεν, ὥσπερ γραφεὺς μηδὲν ἐοικότα γράφων. (12) Τοιοίδε γὰρ κἀκεῖνοι ἀνειδωλοποιοῦντες ἤ ποτε Θεόν, ὡς ἡγοῦνται, ἤ τινα, ὡς ἂν φαῖεν, ἡρώων ἤ τι τῶν τοιούτων πλάττειν καὶ ἀπεικάζειν ἐθέλοιεν, οὐδὲν ὅμοιον, οὐδὲ ἐγγύς, οἷοί τε ὄντες γράφειν, ἀλλόκοτα σκιογραφοῦσιν, ἀνδρείκελα σχήματα διαχαράττοντες. (13) Ἡμῖν δὲ ὅτι μὴ δίκαιον τὰ τοιαῦτα, πάντως που καὶ αὐτὴ συμβάλλεις.

(14) Ἀλλ' εἰ μὴ τῆς εἰς Θεὸν μεταβληθείσης μορφῆς, 473
ἀλλὰ τοῦ πρὸ τῆς μεταβολῆς σαρκίου αὐτοῦ δὴ τοῦ θνητοῦ τὴν εἰκόνα φῂς παρ' ἡμῶν αἰτεῖν· ἆρα γὰρ τοῦτό σε μόνον διέλαθεν τὸ ἀνάγνωσμα, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς νομοθετεῖ μὴ ποιεῖν ὁμοίωμα, μήτε τῶν ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, μήτε τῶν ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω [cf. Ex 20, 4]; (15) Ἦ ἔστιν ὅτε ἐν ἐκκλησίᾳ τὸ τοιοῦτον ἢ αὐτὴ ἢ καὶ παρ' ἄλλου

---

ipsi Deo Verbo conveniens, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. (10) Quonam igitur pacto quis impossibilia faciet? Quomodo formae adeo admirandae et incomprehensibilis, si fas est formam appellari divinam illam et intelligibilem naturam, imagine quisquam delineabit? (11) Nisi forte quis velut infideles gentes, talia sibi pinxerit quae nullo modo sunt ⟨archetypo⟩[1] similia, ut pictor a similitudine semper aberrans. (12) Istiusmodi enim idolorum opifices sive quum conderent Deum, ut opinabantur, sive quem heroa dixerint, aut alia id genus fingere vellent aut exprimere, nihil unquam Deo simile, aut ad eius instar delineare valuerunt, nec nisi extranea umbraticaque effingentes, hominum simulacra adumbravere. (13) Talia vero minime nos decere et tu prorsus, puto, conicies.

(14) Sin autem imaginem formae nondum in Deum mutatae, 473
qualis erat scilicet ante immutationem hanc corpusculi eius mortalis, dicis te a nobis inquirere: numquid igitur te una latet illa lectio, qua Deus lege sanxit, ne fieret similitudo ulla qualiumcumque in caelo sursum et deorsum in terra? (15) Num quidquam simile tu in ecclesia vel aliunde audivisti?

---

[1] Addit Pitra.

τοῦτο ἤκουσας; Οὐχὶ δὲ καθ' ὅλης οἰκουμένης ἐξώρισται καὶ πόρρω τῶν ἐκκλησιῶν πεφυγάδευται τὰ τοιαῦτα, μόνοις τε ἡμῖν μὴ ἐξεῖναι τὸ τοιοῦτον ποιεῖν παρὰ πᾶσι βεβόηται;
474 (16) Οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως γύναιόν τι μετὰ χεῖράς ποτε δύο τινὰς φέρουσα καταγεγραμμένους, ὡς ἂν φιλοσόφους, ἀπέρριψε λόγον, ὡς ἂν εἶεν Παύλου καὶ Σωτῆρος· οὐκ ἔχω λέγειν, οὔτε ὁπόθεν λαβοῦσα, οὔτε ὅθεν τοῦτο μαθοῦσα. (17) Ἵνα μηδὲ αὐτὴ μηδὲ ἕτεροι σκανδαλίζοιντο, ἀφελόμενος ταύτην, παρ' ἐμαυτὸν κατεῖχον, οὐχ ἡγούμενος καλῶς ἔχειν εἰς ἑτέρους ὅλως ἐκφέρειν ταῦτα, ἵνα μὴ δοκῶμεν δίκην εἰδωλολατρούντων τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐν εἰκόνι περιφέρειν. (18) Παύλου τε ἀκούω πάντας ἡμᾶς παιδεύοντος, μηκέτι τοῖς σαρκικοῖς προσανέχειν. «Εἰ γὰρ ἔγνωμεν», φησίν, «κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν» [2 Cor 5, 16].
475 (19) Σίμωνα τὸν μάγον λόγος ἔχει παρὰ τοῖς ἀθέοις αἱρεσιώταις προσκυνεῖσθαι, ἐν ἀψύχῳ ὕλῃ καταγεγραμμένον. Ἐθεωρήσαμεν δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον ὑπὸ τῶν Μανιχαίων εἰκόνι δορυφορούμενον. (20) Ἡμῖν δὲ ἀπείρηται τὰ τοιαῦτα. Θεὸν γοῦν Κύριον τὸν Σωτῆρα ἡμῶν ὁμολογοῦντες, ὡς Θεὸν ἰδεῖν εὐτρεπιζόμεθα, πάσῃ σπουδῇ καθάραντες αὐτοὶ τὰς ἑαυτῶν καρδίας ὡς ἂν ἴδοιμεν αὐτὸν κεκαθαρμένοι. «Μακάριοι γὰρ οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι

---

Immo vero nonne per totum orbem terrarum arceri ab ecclesiis talia et procul exsulare iussa, nobisque prae ceteris vetari ne quid huiusmodi faciamus, ab omnibus clamatur?
474 (16) Haud enim novi quomodo muliercula quaedam, manibus tenens duos quosdam depictos, quasi philosophos, verba seminaret ac si prae oculis essent Paulus et Salvator. Ego quidem dicere haud valeo, nec unde id sibi acceperit, nec ubi didicerit. (17) Sed ne ista ceterive offenderentur, imaginem sustuli, eamque penes me retinui: nec censeo satius esse ad alios talia per vulgus immitti, ne videamur more gentilium Deum nostrum in imagine imponere. (18) Paulum enim audio a quo docemur omnes haud amplius carnalibus adhaerere. *Et si cognovimus*, inquit, *Christum secundum carnem, sed nunc iam non novimus.*
475 (19) Sermo quidam est Simonis magi ab impiis haereticis adoratam fuisse imaginem inanimata materia depictam. Ipsi nos vidimus Manetem, cuius nomen ab insania ductum, imagine a Manichaeis fuisse honoratum. (20) At nobis talia vetita sunt. Deum ergo et Dominum Salvatorem nostrum confitentes, ad illum tamquam Deum intuendum alacres accingimur, omnique cum studio corda ipsi nostra mundamus, ut eum videamus emundati. *Beati enim mundo corde, quoniam Deum*

αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται» [Mt 5, 8]. (21) Εἰ δὲ ἐκ περιουσίας πρὸ τῆς μελλούσης πρόσωπον εἰς πρόσωπον ὄψεως τε καὶ θέας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὰς εἰκόνας αὐτοὶ περὶ πολλοῦ τίθεσθε, τίνα μᾶλλον ἀγαθὸν ζωγράφον αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἔχοιμεν ἄν;

Ed. *I. B. Pitra*, Spicilegium Solesmense 1 (Paris. 1852), 888 sqq; cf. Corp. scr. hist. Byz. Pars 19, Nicephorus Gregoras vol. 2 (Bonnae 1830), annotationes p. 1301 sq (ed. *Boivinus*); Acta Conc. Nicaeni II, actio 6: Hard. 4, 405 sqq; Msi 13, 313 sq.

## SERAPION EP. THMUENSIS[1] circa 339—362.

### Anaphora seu Oratio oblationis eucharisticae.

[Sacramentarium 13.]

Anaphora Serapionis antiquissimus est Canon missae, quem habemus. Editus est anno 1898 ex codice monasterii montis Athos a *G. Wobbermin*, in «Texte und Untersuchungen», herausg. von Gebhardt u. Harnack 17, 3b. Denuo textum edidit *F. X. Funk*, Didascalia et Constitutiones Apostolorum 2 (Paderbornae 1905), 172 sqq.

1. (1) Ἄξιον καὶ δίκαιόν ἐστιν σὲ τὸν ἀγένητον Πατέρα 476
τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ αἰνεῖν, ὑμνεῖν, δοξολογεῖν. (2) Αἰνοῦμεν σέ, ἀγένητε Θεέ, ἀνεξιχνίαστε, ἀνέκφραστε, ἀκατανόητε πάσῃ γενητῇ ὑποστάσει. (3) Αἰνοῦμεν σὲ τὸν γιγνωσκόμενον ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ τοῦ μονογενοῦς, τὸν δι' αὐτοῦ λαληθέντα καὶ ἑρμηνευθέντα καὶ γνωσθέντα τῇ γενητῇ φύσει. (4) Αἰνοῦμεν σὲ τὸν «γιγνώσκοντα τὸν Υἱὸν καὶ ἀποκαλύπτοντα» [cf Lc 10, 22] τοῖς ἁγίοις τὰς περὶ αὐτοῦ δόξας· τὸν γιγνωσκόμενον ὑπὸ τοῦ γεγεννημένου σου Λόγου

---

*videbunt*. (21) Si autem abundantiore cura, ante futuram illam de facie ad faciem visionem ac intuitionem, Salvatoris nostri imagines tanti facitis, pictorem quem excellentiorem habebimus, quam ipsum Dei Verbum?

1. (1) Dignum et iustum est, te increatum Patrem unigeniti 476
Iesu Christi laudare, hymnis celebrare, glorificare. (2) Laudamus te, Deus increate, investigabilis, inenarrabilis, incomprehensibilis omni naturae creatae. (3) Laudamus te, qui cognosceris a Filio unigenito, qui per eum annuntiatus et expositus et manifestatus es naturae creatae. (4) Laudamus te, qui *cognoscis Filium et revelas* sanctis glorias eius; qui cognosceris a genito

---

[1] *Thmuis* in Aegypto inferiore.

καὶ ὁρώμενον καὶ διερμηνευόμενον τοῖς ἁγίοις. (5) Αἰνοῦμεν σέ, Πάτερ ἀόρατε, χορηγὲ τῆς ἀθανασίας.

477 2. (1) Σὺ εἶ ἡ «πηγὴ τῆς ζωῆς» [cf. Ir 2, 13], ἡ πηγὴ τοῦ φωτός, ἡ πηγὴ πάσης «χάριτος καὶ» πάσης «ἀληθείας» [cf. Io 1, 14], φιλάνθρωπε καὶ φιλόπτωχε, ὁ πᾶσιν καταλλασσόμενος καὶ «πάντας πρὸς ἑαυτὸν» διὰ τῆς ἐπιδημίας τοῦ ἀγαπητοῦ σου Υἱοῦ «ἕλκων» [cf. Io 12, 32]. (2) Δεόμεθα, ποίησον ἡμᾶς ζῶντας ἀνθρώπους· δὸς ἡμῖν Πνεῦμα φωτός, «ἵνα γνῶμεν σὲ τὸν ἀληθινὸν καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν» [cf. Io 17, 3]. (3) Δὸς ἡμῖν Πνεῦμα Ἅγιον, ἵνα δυνηθῶμεν ἐξειπεῖν καὶ διηγήσασθαι τὰ ἄρρητά σου μυστήρια. (4) Λαλησάτω ἐν ἡμῖν ὁ Κύριος Ἰησοῦς καὶ Ἅγιον Πνεῦμα καὶ ὑμνησάτω σὲ δι' ἡμῶν.

478 3. (1) Σὺ γὰρ ὁ «ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυ⟨νά⟩μεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι» [Eph 1, 21]. (2) «Σοὶ παραστήκουσι χίλιαι χιλιάδες καὶ μύριαι μυριάδες» [Dn 17, 10 secundum LXX] ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, «θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν» [Col 1, 16]. (3) Σοὶ παραστήκουσιν τὰ δύο τιμιώτατα «σεραφεὶμ» ἑξαπτέρυγα, «δυσὶν μὲν πτέρυξιν καλύπτοντα τὸ πρόσωπον, δυσὶ δὲ τοὺς πόδας, δυσὶ δὲ πετόμενα» [Is 6, 2], καὶ ἁγιάζοντα. (4) Μεθ' ὧν δέξαι καὶ τὸν ἡμέτερον ἁγιασμὸν

---

tuo Verbo et videris et explicaris sanctis. (5) Laudamus te, Pater invisibilis, largitor immortalitatis.

477 2. (1) Tu es *fons vitae,* fons luminis, fons omnis *gratiae et* omnis *veritatis,* amans hominum et amans pauperum, qui omnibus reconciliaris et *omnes ad te trahis* per visitationem dilecti Filii tui. (2) Oramus: fac nos homines vivos, da nobis Spiritum luminis, ut *cognoscamus te verum et quem misisti Iesum Christum.* (3) Da nobis Spiritum Sanctum, ut possimus enarrare et exponere ineffabilia tua mysteria. (4) Loquatur in nobis Dominus Iesus et Sanctus Spiritus et hymnis per nos te celebret.

478 3. (1) Tu enim es, qui est *supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro.* (2) *Tibi assistunt mille milia et dena milia denum milium* angelorum, archangelorum, *thronorum, dominationum, principatuum, potestatum.* (3) Tibi assistunt duo honoratissimi *seraphim* senis alis praediti, *binis alis velantes faciem, binis pedes, binis volantes* et sanctificantes. (4) Cum quibus suscipe etiam nostram sanctificationem dicen-

λεγόντων· «Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ, πλήρης» ὁ οὐρανὸς καὶ «ἡ γῆ τῆς δόξης σου» [Is 6, 3]. (5) Πλήρης ἐστὶν ὁ οὐρανός, «πλήρης ἐστὶν καὶ ἡ γῆ τῆς μεγαλοπρεποῦς σου δόξης, Κύριε τῶν δυνάμεων» [cf. 2 Petr 1, 17]. (6) Πλήρωσον καὶ τὴν θυσίαν ταύτην τῆς σῆς δυνάμεως καὶ τῆς σῆς μεταλήψεως· σοὶ γὰρ προσηνέγκαμεν ταύτην τὴν «ζῶσαν θυσίαν» [cf. Rom 12, 1], τὴν προσφορὰν τὴν ἀναίμακτον.

4. (1) Σοὶ προσηνέγκαμεν τὸν ἄρτον τοῦτον, τὸ ὁμοίωμα 479
τοῦ σώματος τοῦ Μονογενοῦς. (2) Ὁ ἄρτος οὗτος τοῦ ἁγίου σώματός ἐστιν ὁμοίωμα, «ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, ἐν ᾗ νυκτὶ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον καὶ ἔκλασεν καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ λέγων· Λάβετε καὶ φάγετε, τοῦτό ἐστιν τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον» [1 Cor 11, 23 sq] εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. (3) Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς «τὸ ὁμοίωμα τοῦ θανάτου» [Rom 6, 5] ποιοῦντες τὸν ἄρτον προσηνέγκαμεν, καὶ παρακαλοῦμεν· διὰ τῆς θυσίας ταύτης καταλλάγηθι πᾶσιν ἡμῖν καὶ ἱλάσθητι, «Θεὲ τῆς ἀληθείας» [cf. Ps 30, 6]. (4) Καὶ ὥσπερ ὁ ἄρτος οὗτος ἐσκορπισμένος ἦν ἐπάνω τῶν ὀρέων καὶ συναχθεὶς ἐγένετο εἰς ἕν, οὕτω καὶ τὴν ἁγίαν σου Ἐκκλησίαν σύναξον ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ πάσης χώρας καὶ πάσης πόλεως καὶ κώμης καὶ οἴκου καὶ ποίησον μίαν ζῶσαν καθολικὴν Ἐκκλησίαν. (5) Προσηνέγκαμεν δὲ καὶ τὸ ποτήριον τὸ ὁμοίωμα τοῦ αἵματος,

---

tium: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth; plenum est* caelum et *terra gloria tua.* (5) Plenum est caelum, *plena* est et *terra gloria tua magnifica, Domine virtutum.* (6) Imple etiam hoc sacrificium virtute tua et communicatione tua. Tibi enim obtulimus hoc *sacrificium vivum,* oblationem incruentam.

4. (1) Tibi obtulimus hunc panem, similitudinem corporis 479
Unigeniti. (2) Hic panis sancti corporis est similitudo, quoniam *Dominus Iesus Christus, in qua nocte tradebatur, accepit panem ac fregit deditque discipulis suis dicens: Accipite et manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur* in remissionem peccatorum. (3) Propterea et nos *similitudinem mortis* celebrantes panem obtulimus, et deprecamur: per hoc sacrificium reconciliare nobis omnibus et propitiare, *Deus veritatis.* (4) Et sicut hic panis dispersus erat supra montes et collectus factus est in unum, ita et Ecclesiam tuam sanctam collige ex omni gente et omni terra et omni urbe et vico et domo et redde unam vivam catholicam Ecclesiam. (5) Obtulimus etiam calicem, similitudinem sanguinis, quoniam *Dominus Iesus Christus accepit*

«ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς λαβὼν ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι ἔλεγεν» τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· «Λάβετε, πίετε, τοῦτό ἐστιν ἡ καινὴ διαθήκη, ὅ ἐστιν τὸ αἷμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων» [1 Cor 11, 23 sqq; Mt 26, 27 sq], διὰ τοῦτο προσηνέγκαμεν καὶ ἡμεῖς τὸ ποτήριον ὁμοίωμα αἵματος προσάγοντες. (6) Ἐπιδημησάτω, «Θεὲ τῆς ἀληθείας» [cf. Ps 30, 6], ὁ ἅγιός σου Λόγος ἐπὶ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἵνα γένηται ὁ ἄρτος σῶμα τοῦ Λόγου, καὶ ἐπὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, ἵνα γένηται τὸ ποτήριον αἷμα τῆς Ἀληθείας. (7) Καὶ ποίησον πάντας τοὺς κοινωνοῦντας φάρμακον ζωῆς λαβεῖν εἰς θεραπείαν παντὸς νοσήματος καὶ εἰς ἐνδυνάμωσιν πάσης προκοπῆς καὶ ἀρετῆς, μὴ εἰς κατάκρισιν, «Θεὲ τῆς ἀληθείας», μηδὲ εἰς ἔλεγχον καὶ ὄνειδος.

480 5. (1) Σὲ γὰρ τὸν ἀγένητον ἐπεκαλεσάμεθα διὰ τοῦ Μονογενοῦς ἐν Ἁγίῳ Πνεύματι. (2) Ἐλεηθήτω ὁ λαὸς οὗτος, προκοπῆς ἀξιωθήτω, ἀποσταλήτωσαν ἄγγελοι συμπαρόντες τῷ λαῷ εἰς κατάργησιν τοῦ πονηροῦ καὶ εἰς βεβαίωσιν τῆς Ἐκκλησίας. (3) Παρακαλοῦμεν δὲ καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν κεκοιμημένων, ὧν ἐστιν καὶ ἡ ἀνάμνησις. (4) Μετὰ τὴν ὑποβολὴν τῶν ὀνομάτων· Ἁγίασον τὰς ψυχὰς ταύτας, σὺ γὰρ πάσας γινώσκεις· ἁγίασον πάσας τὰς «ἐν Κυρίῳ» [cf. Apc 14, 13] κοιμηθείσας καὶ συγκαταρίθμησον πάσαις ταῖς ἁγίαις σου δυνάμεσιν καὶ δὸς αὐτοῖς «τόπον καὶ μονὴν»

---

*calicem, postquam cenavit, et dixit* discipulis suis: *Accipite, bibite, hoc est novum testamentum, quod est sanguis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum.* Propterea obtulimus etiam nos calicem similitudinem sanguinis adhibentes. (6) Adveniat, *Deus veritatis,* sanctum tuum Verbum super hunc panem, ut panis fiat corpus Verbi, et super hunc calicem, ut calix fiat sanguis Veritatis. (7) Et fac, ut omnes communicantes remedium vitae accipiant ad curandum omnem morbum et ad confortandum omnem profectum et virtutem non in condemnationem, *Deus veritatis,* neque in contumeliam et opprobrium.

480 5. (1) Te enim increatum invocavimus per Unigenitum in Sancto Spiritu. (2) Misericordiam consequatur hic populus, profectu dignus fiat, mittantur angeli praesentes populo in destructionem mali et in confirmationem Ecclesiae. (3) Deprecamur etiam pro omnibus defunctis, quorum est et commemoratio. (4) Post enuntiationem nominum: Sanctifica has animas, tu enim omnes cognoscis; sanctifica omnes *in Domino* defunctas et connumera omnibus tuis sanctis virtutibus et da

[Io 14, 2] ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. (5) Δέξαι δὲ καὶ τὴν εὐχαριστίαν τοῦ λαοῦ καὶ εὐλόγησον τοὺς προσενεγκόντας τὰ πρόσφορα καὶ τὰς εὐχαριστίας καὶ χάρισαι ὑγείαν καὶ ὁλοκληρίαν καὶ εὐθυμίαν καὶ πᾶσαν προκοπὴν ψυχῆς καὶ σώματος ὅλῳ τῷ λαῷ τούτῳ διὰ τοῦ Μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Ἁγίῳ Πνεύματι, ὥσπερ ἦν καὶ ἐστὶν καὶ ἔσται εἰς γενεὰς γενεῶν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ed. *F. X. Funk* l. c. 172 sqq.

## SCRIPTORES HISTORIAE AUGUSTAE
saeculo quarto.

Iulius Capitolinus.

### De pluvia Marci Aurelii (174).

[Vita M. Antonini Philos. 24, 4.]

Fulmen de caelo precibus suis contra hostium machina- 481
mentum extorsit suis pluvia impetrata, cum siti laborarent.

Ed. *E. Hohl* (Lipsiae 1927, BT) 1, 68 sq.

Aelius Spartianus.

### De Rescripto Septimii Severi (193—211) contra Iudaeos et Christianos.

[Vita Severi 17, 1.]

In itinere Palaestinis plurima iura fundavit. Iudaeos fieri sub 482
gravi poena vetuit. Idem etiam de Christianis sanxit.

L. c. 1, 149.

Aelius Lampridius.

### De Heliogabalo (218—222) et religione Christiana.

[Vita Ant. Heliogabali 3, 5.]

Dicebat praeterea Iudaeorum et Samaritanorum reli- 483
giones et Christianam devotionem illuc transferendam,

---

eis *locum et mansionem* in regno tuo. (5) Suscipe etiam gratiarum actionem populi et benedic eos, qui obtulerunt oblationes et gratiarum actiones, et largire sanitatem et integritatem et laetitiam et omnem profectum animae et corporis cuncto huic populo per Unigenitum tuum Iesum Christum in Sancto Spiritu, sicut erat et est et erit in generationes generationum et in omnia saecula saeculorum. Amen.

ut omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret.

L. c. 1, 225.

**De Alexandro Severo (222—235) Christianorum amico.**

[Vita Alexandri Severi 22, 4 etc.]

484 22. (4) Iudaeis privilegia reservavit. Christianos esse passus est.

L. c. 1, 267.

485 29. (2) Usus vivendi eidem hic fuit: primum ut, si facultas esset, id est, si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in larario suo, in quo et divos principes sed optimos electos et animas sanctiores, in quis Apollonium et, quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham et Orfeum et huiuscemodi ceteros habebat ac maiorum effigies, rem divinam faciebat.

L. c. 1, 272 sq.

486 43. (6) Christo templum facere voluit eumque inter deos recipere. Quod et Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris iusserat fieri, quae hodieque idcirco, quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quae ille ad hoc parasse dicebatur. (7) Sed prohibitus est ab iis, qui consulentes sacra reppererant omnes Christianos futuros, si id fecisset, et templa reliqua deserenda.

L. c. 1, 285 sq.

487 45. (6) Et quia de publicandis dispositionibus mentio contigit: ubi aliquos voluisset vel rectóres provinciis dare vel praepositos facere vel procuratores, id est rationales, ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, ut, si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus, si non probasset, subiret poenam capitis. (7) Dicebatque grave esse, cum id Christiani et Iudaei facerent in praedicandis sacerdotibus, qui ordinandi sunt, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus et fortunae hominum committerentur et capita.

L. c. 1, 287.

488 49. (6) Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarii dicerent sibi eum

deberi, rescripsit melius esse, ut quemadmodumcumque illic deus colatur, quam popinariis dedatur.

L. c. 1, 290.

51. (7) Clamabatque saepius, quod a quibusdam sive 489
Iudaeis sive Christianis audierat et tenebat, idque per praeconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*[1]. (8) Quam sententiam usque adeo dilexit, ut et in Palatio et in publicis operibus perscribi iuberet.

L. c. 1, 292.

# CONCILIUM ANTIOCHENUM 341.

## CANONES.

### 4. De damnatis a synodo ac tamen ministrare tentantibus.

(1) Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς ἢ πρεσ- 490
βύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τολμήσειέ τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας, εἴτε ὁ ἐπίσκοπος κατὰ τὴν προάγουσαν συνήθειαν εἴτε ὁ διάκονος, μηκέτι ἐξὸν εἶναι αὐτῷ, μηδ' ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως μήτε ἀπολογίας χώραν ἔχειν· (2) ἀλλὰ δὲ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ πάντας ἀποβάλλεσθαι τῆς Ἐκκλησίας καὶ μάλιστα εἰ μαθόντες τὴν ἀπόφασιν τὴν κατὰ τῶν προειρημένων ἐξενεχθεῖσαν τολμήσειαν αὐτοῖς κοινωνεῖν.

### 7. De peregrinorum susceptione.

Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. 491

---

[Versio Dionysii.]

(1) Si quis episcopus damnatus a synodo, vel presbyter, 490
aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus iuxta praecedentem consuetudinem, sive presbyter, aut diaconus; nullo modo liceat ei, nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. (2) Sed communicantes ei omnes abici de Ecclesia; maxime, si posteaquam didicerint adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, iisdem communicare tentaverint.

Nullus peregrinorum sine pacificis ‹id est commendaticiis› 491
suscipiatur epistulis.

---

[1] Cf. Mt 7, 12 et Didache 1, 2: Πάντα δὲ ὅσα ἐὰν θελήσῃς μὴ γίνεσθαί σοι, καὶ σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει.

### 8. De pacificis peregrinorum id est commendaticiis litteris.

492 Μηδὲ πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ταῖς χώραις κανονικὰς ἐπιστολὰς διδόναι ἢ πρὸς μόνους τοὺς γείτονας ἐπισκόπους ἐπιστολὰς ἐκπέμπειν, τοὺς δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους διδόναι εἰρηνικάς.

### 9. De metropolitanis singularum provinciarum.

493 (1) Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρή, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. (2) Ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτόν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις· (3) ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν, περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

---

492 Presbyteri, qui sunt in agris, canonicas epistulas dare non possunt: ad alios tantum vicinos episcopos litteras destinabunt. Chorepiscopi autem, qui sunt irreprehensibiles, dare possunt pacificas ⟨id est generales epistulas⟩.

493 (1) Per singulas regiones episcopos convenit nosse, metropolitanum episcopum sollicitudinem totius provinciae gerere. Propter quod ad metropolim omnes undique, qui negotia videntur habere, concurrant. (2) Unde placuit, eum et honore praecellere, et nihil amplius praeter eum ceteros episcopos agere, secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quae ad suam dioecesim pertinent possessionesque subiectas. (3) Unusquisque enim episcopus habeat suae parochiae potestatem, ut regat iuxta reverentiam singulis competentem, et providentiam gerat omnis possessionis, quae sub eius est potestate: ita ut presbyteros et diaconos ordinet, et singula suo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet praeter antistitem metropolitanum, nec metropolitanus sine ceterorum gerat consilio sacerdotum.

## 10. De iis qui vocantur Chorepiscopi.

(1) Τοὺς ἐν ταῖς κώμαις ἢ ταῖς χώραις ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς Ἐκκλησίας, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ· (2) καθιστᾶν δὲ ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐφορκιστάς, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ· (3) μήτε πρεσβύτερον μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾶν δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ᾗ ὑπόκεινται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα· εἰ δὲ τολμήσειέ τις παραβῆναι τὰ ὁρισθέντα, καθαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἧς μετέχει τιμῆς· χωρεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ᾗ ὑπόκειται, ἐπισκόπου. 494

## 12. De damnatis episcopis aut clericis et adeuntibus imperatorem.

Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καθαιρεθεὶς πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ καὶ ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου, ἐνοχλῆσαι τολμήσειε τὰς βασιλέως ἀκοάς, δέον ἐπὶ μείζονα ἐπισκόπων σύνοδον τρέπεσθαι, καὶ ἃ νομίζει δίκαια ἔχειν προσαναφέρειν πλείοσιν ἐπισκόποις καὶ τὴν αὐτῶν ἐξέτασίν τε καὶ ἐπίκρισιν ἐκδέχεσθαι· εἰ δὲ τούτων ὀλιγωρήσας ἐνοχλήσειε τῷ βασιλεῖ, καὶ τοῦτον μηδεμιᾶς συγγνώμης ἀξιοῦσθαι μηδὲ χώραν ἀπολογίας ἔχειν μηδὲ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως προσδοκᾶν. 495

---

(1) Qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint <et ut episcopi consecrati sint>, tamen sanctae synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, ut gubernent sibi subiectas Ecclesias, earumque moderamine curaque contenti sint. (2) Ordinent etiam lectores, et subdiaconos, atque exorcistas: quibus promotiones istae sufficiant. (3) Nec presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare, praeter civitatis episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta tentaverit, depositus quo utebatur honore privetur. Chorepiscopum vero civitatis episcopus ordinet, cui ille subiectus est. 494

Si quis a proprio episcopo presbyter, aut diaconus, aut a synodo fuerit episcopus forte damnatus et imperatoris auribus molestus exstiterit, oporteat ad maius episcoporum converti concilium, et, quae putaverint habere iusta, plurimis episcopis suggerant eorumque discussiones ac iudicia praestolentur. Si vero haec parvipendentes molesti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satisfactionis habere nec spem futurae restitutionis penitus opperiri diiudicamus. 495

### 14. De dissensione in iudicando episcopo accusato et de officio metropolitani.

496 Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι κρίνοιτο, ἔπειτα συμβαίη περὶ αὐτοῦ διαφωνεῖν τοὺς ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους, τῶν μὲν ἀθῷον τὸν κρινόμενον ἀποφαινόντων, τῶν δὲ ἔνοχον, ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς πάσης ἀμφισβητήσεως ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύσοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον.

### 15. De episcopis ab eiusdem provinciae episcopis consonanter condemnatis.

497 Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασιν κατηγορηθεὶς κριθείη ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων πάντες τε σύμφωνοι μίαν κατ' αὐτοῦ ἐξενέγκοιεν ψῆφον, τοῦτον μηκέτι παρ' ἑτέροις δικάζεσθαι, ἀλλὰ μένειν βεβαίαν τὴν σύμφωνον τῶν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἀπόφασιν.

### 23. Episcopo non licere sibi successorem constituere.

498 (1) Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι ἀντ' αὐτοῦ καθιστᾶν ἕτερον ἑαυτοῦ διάδοχον, κἂν πρὸς τῇ τελευτῇ τοῦ βίου τυγχάνει· εἰ δέ τι τοιοῦτο γίγνοιτο, ἄκυρον εἶναι τὴν κατάστασιν· (2) φυλάττεσθαι δὲ τὸν θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικὸν περιέχοντα, μὴ δεῖν ἄλλως γίνεσθαι ἢ μετὰ συνόδου καὶ ἐπικρί-

---

496 Si quis episcopus de certis criminibus iudicetur, et contingat de eo comprovinciales episcopos dissidere, cum iudicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis existimatur: pro totius huius ambiguitatis absolutione, sanctae synodo placuit, ut metropolitanus episcopus a vicina provincia iudices alios convocet, qui controversiam tollant: ut per eos simul et per comprovinciales episcopos quod iustum visum fuerit approbetur.

497 Si quis episcopus, de certis criminibus accusatus, condemnetur ab omnibus episcopis eiusdem provinciae, cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo iudicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciae manere sententiam.

498 (1) Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitae perveniat. Quodsi tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiusmodi constitutum. (2) Servetur autem ius ecclesiasticum, id continens, oportere non aliter fieri, nisi cum synodo et iudicio episcoporum qui,

σεως ἐπισκόπων τῶν μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἀναπαυσαμένου τὴν ἐξουσίαν ἐχόντων τοῦ προάγεσθαι τὸν ἄξιον.

## 25. Ut episcopus dispensandi res ecclesiasticas habeat potestatem.

(1) Ἐπίσκοπον ἔχειν τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων 499
ἐξουσίαν, ὥστε διοικεῖν εἰς πάντας τοὺς δεομένους μετὰ πάσης εὐλαβείας καὶ φόβου Θεοῦ, μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων, εἴγε δέοιτο, εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρείας καὶ τῶν παρ' αὐτῷ ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερῆσθαι, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον λέγοντα· «Ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα» [1 Tim 6, 8]. (2) Εἰ δὲ μὴ τούτοις ἀρκοῖτο, μεταβάλλοι δὲ τὰ πράγματα εἰς οἰκειακὰς αὐτοῦ χρείας, καὶ τοὺς πόρους τῆς Ἐκκλησίας ἢ τοὺς τῶν ἀγρῶν καρποὺς μὴ μετὰ γνώμης τῶν πρεσβυτέρων ἢ τῶν διακόνων χειρίζοι, ἀλλ' οἰκείοις αὐτοῦ καὶ συγγενέσιν ἢ ἀδελφοῖς ἢ υἱοῖς παράσχοιτο τὴν ἐξουσίαν, εἰς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς Ἐκκλησίας, τοῦτον εὐθύνας παρέχειν τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας. (3) Εἰ δὲ καὶ ἄλλως διαβάλλοιτο ὁ ἐπίσκοπος ἢ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι, ὡς τὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ διαφέροντα ἤτοι ἐξ ἀγρῶν ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀποφερόμενοι, ὡς θλίβεσθαι μὲν τοὺς πένητας, δια-

---

post obitum quiescentis, potestatem habent eum qui dignus extiterit promovere.

(1) Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, 499
ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reverentia et timore Dei. Participet autem et ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam in suis quam in fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis usibus profuturis, ita ut nullo qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum Apostolum sic dicentem: *Habentes victum et tegumentum, his contenti simus.* (2) Quodsi contentus istis minime fuerit, convertat autem res Ecclesiae in suos usus domesticos, et eius commoda vel agrorum fructus non cum presbyterorum conscientia diaconorumque pertractet; sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus filiisque committat, ut per huiusmodi personas occulte iura laedantur Ecclesiae, synodo provinciae poenas iste persolvat. (3) Si autem et aliter accusetur episcopus, aut presbyteri qui cum ipso sunt, quod ea quae pertinent ad Ecclesiam, vel ex agris vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate, sibimet usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes,

βολὴν δὲ καὶ δυσφημίαν προστρίβεσθαι τῷ τε λόγῳ καὶ τοῖς οὕτω διοικοῦσι, καὶ τούτους διορθώσεως τυγχάνειν, τὸ πρέπον δοκιμαζούσης τῆς ἁγίας συνόδου.

Lauchert 43 sqq. Hard. 1, 591 sqq. Msi 2, 1307 sqq. Hf. 1, 513 sqq. HL 1, 2, 714 sqq.

# CONCILIUM SARDICENSE 343.

## CANONES.

### 3. Ut inter discordes episcopos comprovinciales antistites audiant. Quodsi damnatus appellaverit Romanum pontificem, id observandum quod ipse censuerit.

500 (1) Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπε· Καὶ τοῦτο προστεθῆναι ἀναγκαῖον, ἵνα μηδεὶς ἐπισκόπων ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ὄντες ἐπίσκοποι, διαβαίνῃ, εἰ μήτοι παρὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἑαυτοῦ κληθείη, διὰ τὸ μὴ δοκεῖν ἡμᾶς τὰς τῆς ἀγάπης ἀποκλείειν πύλας· (2) καὶ τοῦτο δὲ ὡσαύτως προνοητέον, ὥστε ἐὰν ἔν τινι ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων τις ἄντικρυς ἀδελφοῦ ἑαυτοῦ καὶ συνεπισκόπου πρᾶγμα σχοίη, μηδέτερον ἐκ τούτων ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας ἐπισκόπους ἐπιγνώμονας ἐπικαλεῖσθαι. (3) Εἰ δὲ ἄρα τις ἐπισκόπων ἔν τινι πράγματι δόξῃ κατακρίνεσθαι καὶ ὑπολαμβάνει ἑαυτὸν μὴ σαθρὸν ἀλλὰ καλὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, ἵνα καὶ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ· εἰ δοκεῖ ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τὴν μνήμην τιμήσωμεν, καὶ γρα-

---

criminationi vero et blasphemiis tam sermo praedicationis, quam hi qui dispensant taliter, exponantur; et hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet approbante.

[Interpretatio Dionysii.][1]

500 (1) Osius episcopus dixit: Illud quoque necessario adiciendum est, ut episcopi de sua provincia ad aliam provinciam, in qua sunt episcopi, non transeant, nisi forte a fratribus suis invitati, ne videamur ianuam claudere caritatis. (2) Quodsi in aliqua provincia aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, ne unus e duobus ex alia provincia advocet episcopum cognitorem. (3) Quodsi aliquis episcoporum iudicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur: si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui

---

[1] Textus latinus non a graeco sed a latino originali derivari videtur. [Contrarium defendit *Hankiewicz* in Zeitschr. der Savigny-Stiftung, Kanonist. Abt. 2 (1912) 44—99.] A graecis verbis nonnumquam differt. Etiam canones diverse numerantur.

φῆναι παρὰ τούτων τῶν κρινάντων Ἰουλίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ὥστε διὰ τῶν γειτνιώντων τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, εἰ δέοι, ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον καὶ ἐπιγνώμονας αὐτὸς παράσχοι· εἰ δὲ μὴ συστῆναι δύναται, τοιοῦτον αὐτοῦ εἶναι τὸ πρᾶγμα, ὡς παλινδικίας χρῄζειν, τὰ ἅπαξ κεκριμένα μὴ ἀναλύεσθαι, τὰ δὲ ὄντα βέβαια τυγχάνειν.

**4. Ut nullus accusati sedem usurpet episcopi.**

Γαυδέντιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Εἰ δοκεῖ, ἀναγκαῖον προσ- 501
τεθῆναι ταύτῃ τῇ ἀποφάσει ἥντινα ἀγάπης εἰλικρινοῦς πλήρη ἐξενήνοχας, ὥστε ἐάν τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τούτων τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν γειτνίᾳ τυγχανόντων, καὶ φάσκῃ πάλιν ἑαυτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλλειν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον ὑποκαταστῆναι, ἐὰν μὴ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐπιγνοὺς περὶ τούτου ὅρον ἐξενέγκῃ.

5 (latine 7). **De provinciali synodo retractanda per vicarios episcopi urbis Romanae, si ipse decreverit.**

(1) Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἤρεσεν, ἵν' εἴ τις ἐπί- 502
σκοπος καταγγελθείη, καὶ συναθροισθέντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς ἐνορίας τῆς αὐτῆς τοῦ βαθμοῦ αὐτὸν ἀποκινήσωσι, καὶ ὥσπερ ἐκκαλεσάμενος καταφύγῃ ἐπὶ τὸν μακαριώτατον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, καὶ βουληθείη αὐτοῦ διακοῦσαι, δίκαιόν τε εἶναι νομίσῃ ἀνανεώσασθαι αὐτοῦ

---

causam examinarunt, Iulio Romano episcopo, et si iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur et det iudices: si autem probaverit, talem causam esse, ut non refricentur ea, quae acta sunt, quae decreverit confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

Gaudentius episcopus dixit: Addendum si placet huic 501
sententiae, quam plenam sanctitate protulisti, ut, cum aliquis episcopus depositus fuerit, eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma: alter episcopus in eius cathedra post appellationem eius, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio episcopi Romani determinata.

(1) Osius episcopus dixit: Placuit autem, ut, si episcopus 502
accusatus fuerit et iudicaverint congregati episcopi regionis ipsius et de gradu suo eum deiecerint, si appellaverit qui deiectus est et confugerit ad episcopum Romanae Ecclesiae et voluerit se audiri: si iustum putaverit, ut renovetur

τὴν ἐξέτασιν τοῦ πράγματος, γράφειν τούτοις τοῖς συνεπισκόποις καταξιώσῃ τοῖς ἀγχιστεύουσι τῇ ἐπαρχίᾳ, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ ἀκριβείας ἕκαστα διερευνήσωσι καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας πίστιν ψῆφον περὶ τοῦ πράγματος ἐξενέγκωσιν. (2) Εἰ δέ τις ἀξιῶν καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, καὶ τῇ δεήσει τῇ ἑαυτοῦ τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον δόξειεν ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ πρεσβυτέρους ἀποστείλοι, εἶναι ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου, ὅπερ ἂν καλῶς ἔχειν δοκιμάσῃ καὶ ὁρίσῃ δεῖν, ἀποσταλῆναι τοὺς μετὰ τῶν ἐπισκόπων κρινοῦντας, ἔχοντάς τε τὴν αὐθεντίαν τούτου παρ' οὗ ἀπεστάλησαν· καὶ τοῦτο θετέον. (3) Εἰ δὲ ἐξαρκεῖν νομίσῃ πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἐπίγνωσιν καὶ ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου, ποιήσει ὅπερ ἂν τῇ ἐμφρονεστάτῃ αὐτοῦ βουλῇ καλῶς ἔχειν δόξῃ. Ἀπεκρίναντο οἱ ἐπίσκοποι· Τὰ λεχθέντα ἤρεσεν.

6, 2 (latine 6). **De non ordinandis episcopis per vicos et modicas civitates.**

503 (1) Μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς καθιστᾶν ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ τινὶ ἢ βραχείᾳ πόλει, ᾗτινι καὶ εἷς μόνος πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ· οὐκ ἀναγκαῖον γὰρ ἐπισκόπους ἐκεῖσε καθίστασθαι, ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία· (2) ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας, ὡς προεῖπον, ἐπίσκοποι ἐν ταύταις ταῖς πόλεσι καθιστᾶν ἐπισκόπους ὀφείλουσιν, ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον γεγονότες ἐπίσκοποι· (3) εἰ δὲ εὑρίσκοιτο οὕτω πληθύνουσά τις ἐν πολλῷ ἀριθμῷ λαοῦ πόλις, ὡς

---

iudicium vel discussionis examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima et propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant et iuxta fidem veritatis definiant. (2) Quodsi is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut de latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi, quid velit et quid aestimet; et si decreverit mittendos esse, qui praesentes cum episcopis iudicent, habentes eius auctoritatem a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. (3) Si vero crediderit episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo iudicaverit.

503 (1) Licentia vero danda non est ordinandi episcopum aut in vico aliquo aut in modica civitate, cui sufficit unus presbyter, quia non est necesse ibi episcopum fieri, ne vilescat nomen episcopi et auctoritas. (2) Non debent illi ex alia provincia invitati facere episcopum, nisi aut in his civitatibus, quae episcopos habuerunt, (3) aut si qua talis aut tam populosa

ἀξίαν αὐτὴν καὶ ἐπισκοπῆς νομίζεσθαι, λαμβανέτω. Εἰ πᾶσιν ἀρέσκει τοῦτο; Ἀπεκρίναντο πάντες˙ Ἀρέσκει.

Lauchert 51 sqq. Hard. 1, 637 sqq. Msi 3, 5 sqq. Hf. 1, 558 sqq. HL 1, 2, 760 sqq.

## Encyclica synodalis «Πολλὰ μέν».

[Apud *Athanasium,* Apologia contra Arianos 44—50.]

Η ἁγία Σύνοδος ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν ἐν Σαρδικῇ συν- 504
αχθεῖσα τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις καὶ συλλειτουργοῖς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

1. (44) (1) Πολλὰ μὲν καὶ πολλάκις ἐτόλμησαν οἱ Ἀρειομανῖται κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τῶν τὴν πίστιν φυλαττόντων τὴν ὀρθήν˙ νόθον γὰρ ὑποβάλλοντες διδασκαλίαν, τοὺς ὀρθοδόξους ἐλαύνειν ἐπειράθησαν˙ τοσοῦτον δὲ λοιπὸν κατεπανέστησαν κατὰ τῆς πίστεως, ὡς μηδὲ τὴν εὐσέβειαν τῶν εὐλαβεστάτων βασιλέων λαθεῖν. (2) Τοιγαροῦν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ συνεργούσης, καὶ αὐτοὶ οἱ εὐσεβέστατοι βασιλεῖς συνήγαγον ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, καὶ τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον ἐν τῇ Σαρδῶν πόλει γενέσθαι δεδώκασιν, ἵνα πᾶσα μὲν διχόνοια περιαιρεθῇ, πάσης δὲ κακοπιστίας ἐξελαθείσης, ἡ εἰς Χριστὸν εὐσέβεια μόνη παρὰ πάντων φυλάττηται. (3) Ἦλθον γὰρ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ἑῴας ἐπίσκοποι, προτραπέντες καὶ αὐτοὶ

---

est civitas, quae mereatur habere episcopum. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

[Exemplum latinum e fragmentis Hilarii: Fragm. 2.]

⟨Sancta Synodus per Dei gratiam Sardicae congregata 504
omnibus ubique episcopis et comministris Ecclesiae catholicae, dilectis fratribus in Domino salutem.⟩

1. (44) (1) Multa quidem et frequenter ausi sunt Ariani haeretici adversus servos Dei, qui fidem rectam et catholicam custodiunt. Adulterinam namque doctrinam inserentes, orthodoxos persequi tentaverunt. In tantum autem nunc exsurrexerunt contra fidem, ut non religiosam pietatem clementissimorum imperatorum lateret. (2) Denique, gratia Dei adiuvante, etiam ipsi clementissimi imperatores congregaverunt ex diversis provinciis et civitatibus ipsam synodum sanctam, et in Sardicensium civitate fieri permiserunt: ut omnis quidem dissensio amputaretur, iniqua autem doctrina penitus expulsa, pietas sola, quae est in Christo, ab omnibus custodiretur. (3) Venerunt enim ⟨et⟩ ab Oriente episcopi cohortatione excitati piissimorum

παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, μάλιστα δι' ἅπερ ἐθρύλλουν πολλάκις περὶ τῶν ἀγαπητῶν ἀδελφῶν ἡμῶν καὶ συλλειτουργῶν, Ἀθανασίου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαρκέλλου ἐπισκόπου τῆς Ἀγκυρογαλατίας. (4) Ἴσως γὰρ καὶ εἰς ὑμᾶς ἔφθασαν αὐτῶν αἱ διαβολαί· καὶ ἴσως καὶ τὰς ὑμετέρας ἀκοὰς ἐπεχείρησαν παρασαλεῦσαι, ἵνα κατὰ μὲν τῶν ἀθώων ἃ λέγουσι πιστεύσητε, τὴν δὲ τῆς μοχθηρᾶς αὐτῶν αἱρέσεως ὑπόνοιαν ἐπικρύψωσιν.

505 (5) Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ταῦτα ποιεῖν συνεχωρήθησαν. Ἔστι γὰρ ὁ προϊστάμενος τῶν Ἐκκλησιῶν Κύριος, ὁ ὑπὲρ τούτων καὶ πάντων ἡμῶν θάνατον ὑπομείνας, καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον πᾶσιν ἡμῖν δεδωκώς. (6) Πάλαι μὲν οὖν γραψάντων τῶν περὶ Εὐσέβιον Ἰουλίῳ τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν τῷ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ κατὰ τῶν προειρημένων συλλειτουργῶν ἡμῶν, λέγομεν δὴ Ἀθανασίου καὶ Μαρκέλλου καὶ Ἀσκληπᾶ, ἔγραψαν καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἄλλων μερῶν ἐπίσκοποι, μαρτυροῦντες μὲν τῇ καθαρότητι τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀθανασίου, τὰ δὲ παρὰ τῶν περὶ Εὐσέβιον γενόμενα μηδὲν ἕτερον ἢ ψευδῆ καὶ συκοφαντίας εἶναι μεστά· καὶ εἰ καὶ

---

imperatorum, maxime propter id quod frequenter in murmuratione fuit, id est, de dilectissimis fratribus nostris et coepiscopis, Athanasio episcopo Alexandriae et Marcello episcopo Ancyro-Galatiae. (4) Arbitramur autem etiam ad vos ipsos pervenisse eorum calumnias, et aures vestras tentasse eos conmovere non dubitavimus: ut adversum innocentes quidem quae dicunt credatis, sceleratae autem haereseos suae suspicionem tegant.

| non. Sep. | Aconti, in Porto, et Nonni et Herculani et Taurini. |
| V idus Sept. | Gorgoni, in Lavicana |
| III idus Sept. | Proti et Iacinti, in Basillae. |
| XVIII kal. Octob. | Cypriani, Africae. Romae celebratur in Callisti. |
| X kal. Octob. | Basillae, Salaria vetere, Diocletiano IX et Maximiano VIII consul. [304]. |
| (9) mense Octobre. | |
| pri. idus Octob. | Callisti in via Aurelia. miliario III. |
| (10) mense Novembre. | |
| V idus Nov. | Clementis Semproniani Claui Nicostrati in comitatum. |
| III kal. Dec. | Saturnini in Trasonis. |
| (11) mense Decembre. | |
| idus Decem. | Ariston in pontum (= Portum?) |

Ed. *Th. Mommsen* l. c. 9, 71 sq. *L. Duchesne* l. c. 1, 11 sq.

## Episcopi Romani (Catalogus Liberianus).

IMPERANTE TIBERIO CAESARE PASSUS EST DOMINUS NOSTER IESUS CHRISTUS DUOBUS GEMINIS CONS. VIII KAL. APR. ET POST ASCENSUM EIUS BEATISSIMUS PETRUS EPISCOPATUM SUSCEPIT. EX QUO TEMPORE PER SUCCESSIONEM DISPOSITUM, QUIS EPISCOPUS QUOT ANNIS PREFUIT VEL QUO IMPERANTE.

545 (1) *Petrus* ann. XXV mens. uno d. VIIII. fuit temporibus Tiberii Caesaris et Gai et Tiberi Claudi et Neronis, a consul. Minuci ⟨= Vicini⟩[1] et Longini [p. Chr. 30] usque Nerine

[1] Quae emendanda vel restituenda erant, *L. Duchesne* (Le Liber Pontificalis 1, 3 sqq) secutus uncis inclusi triangulis.

⟨= Nerone⟩ et Vero ⟨= Vetere⟩ [55]. passus autem cum Paulo die III kal. Iulias consul. ss.[1] imperante Nerone.

(2) *Linus* ann. XII m. IIII d. XII. fuit temporibus Neronis, a consulatu Saturnini et Scipionis [56] usque Capitone et Rufo [67].

(3) *Clemens* ann. VIIII m. XI d. XII. fuit temporibus Galbe et Vespasiani, a cons. Tracali et Italici [68] usque Vespasiano VI ⟨= VII⟩ et Tito ⟨V⟩ [76].

(4) *Cletus* ann. VI m. duo dies X. fuit temporibus Vespasiani et Titi et initia Domitiani, a cons. Vespasiano VIII et Domitiano V [77] usque Domitiano VIIII et Rufo [83].

(5) *Anaclitus* ann. XII m. X d. III. fuit temporibus Domitiani, a cons. Domitiano X et Sabino [84] usque Domitiano XVII et Clemente [95].

(6) *Aristus* ⟨= Evaristus⟩ annos XIII m. VII d. duos. fuit 546
temporibus novissimis Domitiani et Nervae et Traiani, a cons. Valentis et Veri ⟨= Veteris⟩ [96] usque Gallo et Bradua [108].

(7) *Alexander* ann. VII m. II d. uno. fuit temporibus Traiani a cons. Palmae et Tulli [109] usque Veliano ⟨= Heliano⟩ et Vetere [116].

(8) *Sixtus* ann. X m. III d. XXI. fuit temporibus Adriani a cons. Nigri et Aproniani [117] usque Vero III et Ambibulo [126].

(9) *Telesforus* annos XI m. III d. III. fuit temporibus Antonini ⟨et⟩ Macrini ⟨= Marci⟩ a cons. Titiani et Gallicani [127] usque Caesare et Balbino [137].

(10) *Higinus* ann. XII m. III d. VI. fuit temporibus Veri ⟨et Marci, a consulatu Nigri et Camerini [138] usque Orfito et Prisco [149]⟩

(11) ⟨*Anicetus* ann. IIII . . . fuit temporibus Veri et Marci⟩ a cons. Gallicani et Veteris [150] usque Presente et Rufino [153].

(12) *Pius* ann. XX m. IIII d. XXI. fuit temporibus Antonini Pii, a cons. Clari et Severi [146] usque duobus Augustis [161]. sub huius episcopatu frater eius Ermes ⟨= Hermas⟩ librum scripsit, in quo mandatum continetur, quae ⟨= quod⟩ ei precepit angelus, cum venit ad illum in habitu pastoris.

(13) *Soter* ann. VIIII ⟨fuit temporibus Veri, a cons. Rustici et Aquilini [162] usque Cetego et Claro [170]⟩.

(14) ⟨*Eleutherius* ann. XV⟩ m. III d. II. fuit temporibus Antonini et Commodi, a cons. Veri ⟨= Severi⟩ et Hereniani [171] usque Paterno ⟨= Materno⟩ et Bradua [185].

(15) *Victor* ann. VIIII m. II d. X. fuit temporibus ⟨. . . a 547
consulatu Commodi V et Glabrionis [186] usque Laterano et Rufino [197]⟩.

---

[1] = supra scriptis.

(16) <*Zephyrinus* ann. XX fuit temporibus Severi et> Antonini, a cons. Saturnini et Galli [198] usque Presente et Extricato [217].

(17) *Calixtus* ann. V m. II d. X. fuit temporibus Macrini et Eliogabali, a cons. Antonini et Adventi [218] usque Antonino III <IIII> et Alexandro [222].

(18) *Urbanus* ann. VIII mens. XI d. XII. fuit temporibus Alexandri, a cons. Maximi et Eliani [223] usque Agricola et Clementino [230].

(19) *Pontianus* ann. V. m. II d. VII. fuit temporibus Alexandri, a cons. Pompeiani et Peligniani [231]. eo tempore Pontianus episcopus et Yppolitus presbiter exoles sunt deportati in Sardinia in insula uocina[1] Severo et Quintiano cons. [235]. in eadem insula discinctus est IIII kal. Octobr. et loco eius ordinatus est Antheros XI kal. Dec. cons. ss.[2] [235].

(20) *Antheros* m. uno dies X. dormit III non. Ian. Maximo et Africano cons. [236].

(21) *Fabius* <= Fabianus> ann. XIIII m. I d. X. fuit temporibus Maximini et Cordiani et Filippi, a cons. Maximini et Africani [236] usque Decio II et Grato [250]. passus XII <=XIII> kal. Feb. hic regiones divisit diaconibus et multas fabricas per cimiteria fieri iussit. post passionem eius Moyses et Maximus presbyteri et Nicostratus diaconus comprehensi sunt et in carcerem sunt missi. eo tempore supervenit Novatus ex Africa et separavit de ecclesia Novatianum et quosdam confessores, postquam Moises in carcere defunctus est, qui fuit ibi m. XI d. XI.

548 (22) *Cornelius* ann. II m. III d. X. a cons. Decio IIII <=III> et Decio II [251] usque Gallo et Volusiano [252]. sub episcopatu eius Novatus extra ecclesiam ordinavit Novatianum in urbe Roma et Nicostratum in Africa. hoc facto confessores, qui se separaverunt a Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Moyse fuit, ad ecclesiam sunt reversi. post hoc Centumcellis expulsi <= expulsus> ibi cum gloria dormitionem accepit.

(23) *Lucius* ann. III m. VIII d. X. fuit temporibus Galli et Volusiani <a consulatu Galli et Volusiani [252]> usque Valeriano III et Gallieno II [255]. hic exul fuit et postea nutu dei incolumis ad ecclesiam reversus est. <dormit> III non. Mar. cons. ss.[2]

(24) *Steffanus* ann. IIII m. II d. XXI. fuit temporibus Valeriani et Gallieni, a cons. Volusiani <II> et Maximi [253] usque Valeriano III et Gallieno II [255].

---

[1] *fortasse* nociva. [2] = supra scriptis.

(25) *Xystus* ann. II m. XI d. VI. coepit a cons. Maximi et Glabrionis [256] usque Tusco et Basso [258] et passus est VIII id. Aug. <et presbyteri praefuerunt> a cons. Tusci et Bassi [258] usque in diem XII kal. Aug. Aemiliano et Basso cons. [259].

(26) *Dionisius* ann. VIII m. II d. IIII fuit temporibus Gallieni, ex die XI kal. Aug. Aemiliano et Basso cons. [259] usque in diem VII kal. Ian. cons. Claudi et Paterni [269].

(27) *Felix* ann. V m. XI d. XXV. fuit temporibus Claudi et Aureliani, a cons. Claudi et Paterni [269] usque in consulatum Aureliano II et Capitolino [274].

(28) *Eutycianus* ann. VIII m. XI d. III. fuit temporibus Aureliani, a cons. Aureliano III et Marcellino [275] usque in diem VII idus Dec. Caro II et Carino cons. [283].

(29) *Gaius* ann. XII m. IIII d. VII. fuit temporibus Cari et Carini, ex die XVI kal. Ian. cons. Carino <= Caro> II et Carino [283] usque in X kal. Mai. Diocletiano VI et Constantio II [296].

(30) *Marcellinus* ann. VIII m. III d. XXV. fuit temporibus Diocletiani et Maximiani ex die prid. kal. Iulias a cons. Diocletiano VI et Constantio II [296] usque in consul. Diocletiano VIIII et Maximiano VIII [304]. quo tempore fuit persecutio et cessavit episcopatus ann. VII m. VI d. XXV.

(31) *Marcellus* annum unum m. VI d. XX. fuit temporibus 549
Maxenti, a cons. X et Maximiano [308] usque post consulatum X et septimum [309].

(32) *Eusebius* m. IIII d. XVI, a XIIII kal. Maias usque in diem XVI kal. Sept.

(33) *Miltiades* <= Melchiades> ann. III m. VI d. VIII, ex die VI nonas Iulias a consulatu Maximiano VIII solo, quod fuit mense Sep. Volusiano et Rufino [311], usque in III idus Ianuarias Volusiano et Anniano coss. [314].

(34) *Silvester* ann. XXI m. XI. fuit temporibus Constantini, a consulatu Volusiani et Anniani [314] ex die prid. kal. Feb. usque in diem <prid.> kal. Ian. Constancio et Albino coss. [335].

(35) *Marcus* mens. VIII dies XX. et hic fuit temporibus Constantini, Nepotiano et Facundo coss. [336] ex die XV. kal. Feb. usque in diem non. Octob. coss. ss. [1]

(36) *Iulius* ann. XV m. I d. XI. fuit temporibus Constantini, a consulatu Feliciani et Titiani [337] ex die VIII id. Feb. in diem pridie idus Apr. Constancio V et Constancio Caes. [352]. hic multas fabricas fecit: basilicam in via Portese <= Portuense> miliario III; basilicam in via Flaminia mil. II, quae appellatur Valentini; basilicam Iuliam, quae est regione VII iuxta forum

---

1 = supra scriptis.

divi Traiani; basilicam trans Tiberim regione XIIII iuxta Callistum; basilicam in via Aurelia mil. III ad Callistum.

(37) *Liberius* [1] . . . fuit temporibus Constanti et Constanti ex die XI kal. Iun. in diem . . . a consulatu Constantio V et Constantio Caes. coss. [352].

Ed. *Th. Mommsen,* l. c. 9, 73 sqq. *L. Duchesne* l. c. 1, 2 sqq.

## LIBERIUS EP. ROMANUS 352—366.

### Liberius a Constantio imp. concilium expostulat.

[Epistula «Obsecro» (scripta 354). Hilarii fragm. 5.]

Incipit epistula legatorum missa ad Constantium imperatorem a Liberio Episcopo Urbis Romae per Luciferum Episcopum.

550 *Gloriosissimo Constantio Augusto Liberius Episcopus.*

1. (1) Obsecro, tranquillissime imperator, ut mihi benignas aures clementia tua tribuat, quo possit mansuetudini tuae mentis meae propositum apparere. De christiano enim imperatore et sanctae memoriae Constantini filio hoc ipsum sine cunctatione mereor impetrare. Sed in eo me laborare intelligo, quia repetita satisfactione placabilem etiam circa reos animum tuum in gratiam meam revocare non possum. (2) Sermo enim pietatis tuae, iam dudum ad populum missus, me quidem, quem patienter omnia ferre necesse est, plurimum lacerat. Sed animum tuum, qui lenitati semper vacat, qui numquam, ut scriptum est, in occasum diei iracundiam servat [cf. Eph 4, 26], retinere circa me indignationem miraculo mihi est. (3) Ego enim, religiosissime imperator, tecum veram pacem requiro, quae non sit verbis composita interna dispositione fallaciae, sed praeceptis Evangeliorum rationabiliter confirmata. (4) Non Athanasii tantum negotium, sed multa alia in medium venerunt, propter quae concilium fieri, mansuetudini tuae fueram deprecatus: ut ante omnia, quod specialiter optat mentis tuae erga Deum sincera devotio, cum fidei causa, in qua prima nobis spes est ad Deum, diligenter fuisset tractata, ne eorum, qui nostram circa Deum observantiam mirari debent, possent finiri. Et dignum fuerat Dei cultore, dignum imperio tuo, quod Christi pietate regitur et augetur, specialiter hoc ipsum

---

[1] Locus pro annis etc. liber relictus est, quia regnante Liberio catalogus conscriptus est.

pro reverentia sanctae religionis, cui prudenter intentus es, clementiam tuam nobis ad haec impetranda praestare.

2. (1) Sed multi Ecclesiae membra lacerare festinant, 551
qui confinxerunt me litteras suppressisse, ne crimina eius, quem dicebantur condemnasse, apud omnes paterent. (2) Quas illas litteras? Episcoporum Orientalium et Aegyptiorum, quibus in omnibus eadem in Athanasium crimina continebantur. (3) At satis omnibus clarum est, nec quisquam negat, nos Orientalium litteras intimasse, legisse Ecclesiae, legisse concilio, atque haec etiam Orientalibus, respondisse; qui fidem et sententiam non commodavimus nostram, quod eodem tempore octoginta episcoporum Aegyptiorum de Athanasio sententia repugnabat, quam similiter recitavimus atque insinuavimus episcopis Italis. (4) Unde contra divinam legem visum est etiam, cum episcoporum numerus pro Athanasio maior exsisteret, in parte aliqua commodare consensum. (5) Haec scripta, si Deo fidem debet Eusebius qui missus fuerat, festinans ad Africam nobis reliquit: quae tamen postea omnia scripta, ne ad impetrandum forte concilium deessent, Vincentius, qui cum ceteris missus fuerat, Arelatum pertulit.

3. (1) Videt ergo prudentia tua nihil in animum meum 552
introisse, quod Deo servientibus non dignum fuerat cogitare. (2) Testis autem mihi est Deus, testis est tota cum suis membris Ecclesia, me fide et metu in Deum meum cuncta mundana ita, ut evangelica et apostolica ratio praecipit, calcare atque calcasse. (3) Non furore temerario, sed constituto atque observato iure divino, atque in alio ministerio ecclesiastico vivens, nihil per iactantiam, nihil per gloriae cupiditatem, quod ad legem pertinebat, implevi. (4) Et ad istud officium, testis est mihi Deus meus, invitus accessi; in quo cupio quidem sine offensa Dei, quamdiu in saeculo fuero, permanere. (5) Et numquam mea statuta, sed apostolica, ut essent semper firmata et custodita, perfeci. (6) Secutus morem ordinemque maiorum, nihil addi episcopatui urbis Romae, nihil minui passus sum: et illam fidem servans, quae per successionem tantorum episcoporum cucurrit, ex quibus plures martyres exstiterunt, illibatam custodiri semper exopto.

4. (1) Denique iam me aperire causam pietati tuae 553
sollicitudo ecclesiastica atque ipsa devotio persuadet.

Significant Orientales paci nostrae velle coniungi. (2) Quae est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quattuor episcopi Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam haereticam noluissent damnare, de concilio animis iratis exierunt? Horum si fas est sententiis, quale sit aut quid periculi habeat, commodare consensum, aequitas et clementia tua poterit aestimare. (3) Non est novum, quod nunc subtiliter et sub nomine Athanasii attentatur. Manent litterae Alexandri episcopi olim ad Silvestrum sanctae memoriae destinatae, quibus significavit ante ordinationem Athanasii, undecim tam presbyteros, quam etiam diacones, quod Arii haeresim sequerentur, se Ecclesia eiecisse, ex quibus nunc extra Ecclesiam catholicam foris positi dicuntur sibi conciliabula invenisse, quibus asseveratur etiam Georgius in Alexandria per litteras communicare. (4) Quae ergo pax potest esse, tranquillissime imperator, si exhibitis episcopi, ut nunc per Italiam factum est, cogantur talium sententiis oboedire?

554 5. (1) Accipe aliud, quia tranquillitas tua patienter admittit. Manent legatorum litterae, qui ad clementiam tuam fuerant [Arelatum] destinati, quae nuper venerunt: quibus significant propter turbationem quidem omnium Ecclesiarum se quidem ante succumbere sententiis Orientalium voluisse, proposuisse tamen condicionem, ut si iidem Arii haeresim condemnassent, hoc genere inclinati eorum sententiis oboedirent. (2) Placitum, ut ipsi significant, scriptura teste firmatur, itur in concilium: accipiunt cum deliberatione responsa, Arii doctrinam se damnare non posse, Athanasium, quod solum exigebant, communione esse privandum. (3) Hinc iam clementia tua hoc quoque consideret, recte catholicae religionis iure servato, an hominis causa debeat diligenter excusseque tractari.

555 6. (1) Unde iterum atque iterum mansuetudinem tuam atque animum tuum Deo devotum rogamus per eius virtutem, qui se in defensione tua quantus sit, universis mortalibus approbavit, ut habens ante oculos eius beneficia, qui imperium tuum in omnibus regit, haec in coetu episcoporum diligenter facias omni cum consideratione tractari: ut pacatis per te Deo favente temporibus, tranquillitate tua consentiente, sic omnia discutiantur, ut quae

fuerint iudicio sacerdotum Dei confirmata, cum constiterit omnes in expositionem fidei, quae inter tantos episcopos apud Nicaeam, praesente sanctae memoriae patre tuo, confirmata est, universos consensisse, cum in exemplo possint in posterum custodiri: ut ipse Salvator, qui desuper mentis tuae propositum intuetur, in tanta rerum expositione laetetur, causam fidei et pacis etiam rei publicae necessitatibus non immerito praeposuisse. (2) Ad exorandum igitur mansuetudinem tuam, ut benevolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrem et coepiscopum meum sanctum virum Luciferum cum Pancratio presbytero et Hilario diacono placuit proficisci. Quos credimus de clementia tua ad pacem omnium Ecclesiarum catholicarum non difficulter posse concilium impetrare. (3) Dei omnipotentis clementia te nobis custodiat, clementissime et religiosissime Auguste. Explicit.

ML 10 (ed. *Coustant*), 681 sqq. *Baronius*, Annales ad 354, n. 2. CV 65 (ed. *A. Feder* S. J.), 89 sqq.

### Liberius Eusebio, Dionysio et Lucifero exsulibus gratulatur.

[Epistula «Quamvis» (scripta 355). Hilarii fragm. 6, 1—2.]

Liberius antequam ad exsilium exiret, hanc uniformem epistulam Confessoribus scripsit, id est Eusebio [Vercellensi], Dionysio [Mediolanensi] et Lucifero [Calaritano] in exsilio constitutis.

1. (1) Quamvis sub imagine pacis humani generis 556
inimicus vehementius in membra Ecclesiae videatur esse grassatus; vos tamen, acceptissimi in Domino sacerdotes, egregia et singularis fides et hic probabiles Deo ostendit, et iam ad futuram gloriam martyres designavit. (2) Quo itaque praeconio laudis, qua vocis exsultatione merita virtutis vestrae proferam, positus inter moerorem absentiae vestrae et gaudium gloriae, prorsus invenire non possum: nisi quod scio hinc (*al.:* hic) me probabiliora vobis solatia exhibere, si credatis me in exsilium simul vobiscum esse detrusum. (3) Denique me adhuc in ipsa exspectatione pendentem quod a consortio vestro durior necessitas interim distrahit, satis contristor. (4) Optaveram enim, fratres devotissimi, prior pro omnibus vobis impendi, ut exemplum gloriae per me magis vestra dilectio consequeretur. Sed fuit haec palma meritorum vestrorum, ut priores de perseverantia fidei ad confessionis illustrem gloriam veneritis. (5) Quaeso igitur dilectionem vestram,

ut me praesentem vobiscum esse credatis atque eo me affectu absentem non esse sentiatis, et intelligatis dolere me satis, quod sim interim a vestro consortio disparatus. (6) Quantam denique gloriam fueritis consecuti, hinc magis scire potestis, quod si qui in persecutione coronati sunt, solius persecutoris cruentos gladios sentire potuerunt: contra vos, devoti per omnia Dei milites, etiam falsos fratres inimicos experti, de perfidis victoriam pertulistis: quorum quanto in saeculo violentia increscere potuit, tanto sanctis sacerdotibus praemia laudis inveniuntur conferre. Estote itaque de promissione caelesti securi.

557 2. (1) Et quia proximiores estis Deo effecti, vestris orationibus me vestrum consacerdotem famulum Dei ad Dominum sublevate: ut supervenientes impetus, qui de die in diem cum annuntiantur, graviora vulnera infligunt, tolerabiliter ferre possim; ut inviolata fide, salvo statu Ecclesiae catholicae, parem vobis dignetur me Dominus efficere. (2) Et quia cupio quae gesta sunt, in ipsa congressione fidelius scire, obsecro sanctitatem vestram, ut universa fideliter litteris intimare dignemini: ut additamentum maius vel ipse animus, qui diversis rumoribus cruciatur, vel vires corporis ipsius, quae iam extenuatae sunt, de cohortatione vestra possint sentire. *(Et alia manu:)* Deus vos incolumes custodiat, Domini fratres.

ML 10, 686 sqq. *Baronius,* Annales ad 355, n. 32. CV 65, 164 sqq.

### Liberius de lapsu Vincentii Capuensis.

[Epistulae «Nolo te» et «Inter haec» ad Caecilianum Spoletinum et Hosium Cordubensem (scriptae 354). Hilarii fragm. 6, 3.]

558 3. (1) Item Liberius antequam in exsilium iret, de Vincentio Capuensi ad Caecilianum episcopum Spoletinum scripsit: Nolo te factum Vincentii ab intentu boni operis revocet, frater carissime.

559 (2) Et ad Ossium de Vincentii ruina sic dicit: Inter haec quia in nullo conscientiam tuam debeo praeterire, multi ex Italia episcopi convenerunt, qui mecum religiosissimum imperatorem Constantium fuerant deprecati, ut iuberet, sicut ipsi placuerat dudum, concilium ad Aquileiam congregari. (3) Vincentium Capuensem cum Marcello aeque ex Campania episcopo, legationem nostram suscepisse, sanctitati tuae insinuo; de quo multum sperabam, quod et causam optime retineret, et iudex in eadem

causa cum sanctitate tua frequenter resedisset; credideram integrum Dei Evangelium sua legatione posse servari. (4) Non tantum nihil impetravit, sed etiam ipse in illam ductus est simulationem. (5) Post cuius factum, duplici affectus moerore, mihi moriendum magis pro Deo decrevi; ne viderer novissimus delator, aut sententiis contra Evangelium commodare consensum[1].

ML 10, 688. *Baronius*, Annales ad 353, n. 19. CV 65, 166 sq.

*Quattuor epistulae, vix, ut multi putabant, suppositae*[2].

## Epistula I. Liberius Orientalibus suam communionem impertit, Athanasio negat.

[Hilarii fragm. 4, 1—2.]

Incipit exemplum epistulae Liberii episcopi urbis Romae ad Orien- 560*
tales episcopos.

*Dilectissimis fratribus et coepiscopis nostris universis per Orientem constitutis, Liberius urbis Romae episcopus aeternam salutem.*

1. (1) Studens paci et concordiae Ecclesiarum, posteaquam litteras caritatis vestrae de nomine Athanasii et ceterorum factas ad nomen Iulii bonae memoriae episcopi accepi, secutus traditionem maiorum, presbyteros urbis Romae Lucium, Paulum et Helianum e latere meo ad Alexandriam ad supradictum Athanasium direxi, ut ad urbem Romam veniret, ut in praesenti id quod Ecclesiae disciplina exigit[3] in eum statueretur. (2) Litteras etiam ad eundem per supradictos presbyteros dedi, quibus continebatur, quod si non veniret sciret, se alienum esse ab Ecclesiae Romanae communione. (3) Reversi igitur presbyteri nuntiaverunt eum venire noluisse. (4) Secutus denique litteras caritatis vestrae, quas de nomine supradicti Athanasii ad nos dedistis, sciatis his litteris, quas ad unanimitatem vestram dedi, me cum omnibus vobis et cum universis episcopis Ecclesiae catholicae pacem habere, supradictum autem Athanasium alienum esse a communione mea sive Ecclesiae Romanae et consortio litterarum ecclesiasticarum.

---

[1] *Baronius:* delator exsistere; nam videtur sententiis accommodasse consensum.

[2] Has epistulas a falsario tamquam recantationes superiorum epistularum compositas esse, earum sententiis saepe verbotenus inversis, ingeniose insinuat D. *J. Chapman,* The contested Letters of Pope Liberius: Revue Bénédictine 27 (1910), 22 172 325. — Vide etiam tres libellos, quos de Quaestione Liberiana scripsit P. *F. Savio* (Roma, Pustet, 1907 sqq.). — Hodie genuinae plerumque agnoscuntur. Vide «Addenda».

[3] Ita *Apographon Nic. Fabri; al.* exstitit.

561 2. (1) Quid in his litteris non sanctitatis, quid non ex metu Dei eveniens est? (2) Sed Potamius et Epictetus, dum damnare urbis Romae episcopum gaudent, sicut in Ariminensi synodo continetur, audire haec noluerunt. (3) Quin etiam Fortunatianus episcopus epistulam eandem rursum diversis episcopis mittens, nihil profecit. (4) Ut autem in negata Athanasio communione sibi potius essent onerosi, remque omnem sibi periculi facerent, dummodo nihil Sardicensi synodo, qua Athanasius absolutus et Ariani damnati fuerant, decerperent, litterae ex Aegypto omni atque ab Alexandria missae admonebant: quoniam quales ad Iulium pridem de reddenda exsulanti Athanasio communione erant scriptae, tales nunc, ut de subiectis intelligetur, ad Liberium datae sunt.

ML 10, 678 sqq. *M. Schiktanz*, Die Hilariusfragmente (Breslau 1905, Müller u. Seiffert) 158 sq. *Baronius*, Annales ad 352, n. 13. CV 65, 155 sq.

## Epistula II. Liberius Athanasium damnat et fidei Sirmiensi subscribit.

[Hilarii fragm. 6, 4—7.]

562 4. Post haec omnia quae vel gesserat vel promiserat Liberius, missus in exsilium universa in irritum deduxit, scribens praevaricatoribus haereticis Arianis, qui in sanctum Athanasium orthodoxum episcopum iniustam tulere sententiam.

563 5. *Dilectissimis fratribus presbyteris et coepiscopis Orientalibus, Liberius salutem* [1].

(1) Pro deifico timore sancta fides vestra Deo cognita est et hominibus bonae voluntatis. (2) Sicut lex loquitur: *Iusta iudicate, filii hominum* [Ps 57, 2], ego Athanasium non defendi [2]: sed quia susceperat illum bonae memoriae Iulius episcopus, decessor meus, verebar ne forte in [3] aliquo praevaricator iudicarer. (3) At ubi cognovi, quando Deo placuit, iuste vos illum condemnasse, mox consensum commodavi sententiis vestris. Litteras adaeque [4] super nomine eius, id est de condemnatione ipsius, per fratrem nostrum Fortunatianum dedi perferendas ad imperatorem Constantium. (4) Itaque amoto Athanasio a communione omnium nostrum, cuius nec epistolia a me suscipienda sunt, dico me cum omnibus vobis et cum universis episcopis Orientalibus seu per universas provincias pacem et unanimitatem habere.

564 6. (1) Nam, ut verius sciatis me vera fide pro hac epistula mea [5] loqui, dominus et frater meus communis Demophilus, qui dignatus est pro sua benevolentia fidem nostram [6] et catho-

---

[1] *Addit* salutem *Chapman.* [2] Ita *Chapman; Coustant:* defendo.
[3] Ita *Chapman; Coustant:* ab.
[4] Ita *Chapman; Coustant:* litterasque.
[5] Ita *Chapman; Coustant:* per hanc epistulam ea.
[6] Ita *Chapman; Coustant:* vestram.

licam exponere, quae Sirmio a pluribus fratribus et coepiscopis nostris tractata, exposita et suscepta est (*Haec est perfidia Ariana, hoc ego notavi, non apostata. Liberius sequentia*[1]:) ab omnibus, qui in praesenti fuerunt; hanc ego libenti animo suscepi (*Anathema tibi a me dictum, Liberi, et sociis tuis*) in nullo contradixi, consensum accommodavi, hanc sequor, haec a me tenetur (*Iterum tibi anathema et tertio, praevaricator Liberi*). (2) Sane petendam credidi sanctitatem vestram, quia iam pervidetis in omnibus me vobis consentaneum esse, dignamini[2] communi consilio ac studio laborare, quatenus de exsilio iam dimittar et ad sedem, quae mihi divinitus credita est, revertar.

7. Perfidiam autem apud Sirmium descriptam, quam dicit Liberius catholicam, a Demophilo sibi expositam, hi sunt qui conscripserunt: Narcissus, Theodorus, Basilius, Eudoxius, Demophilus, Cecropius, Silvanus, Ursacius, Valens, Evagrius, Hireneus[3], Exuperantius, Terentianus, Bassus, Gaudentius, Macedonius, Marthus, Atticus[4], Iulius, Surinus, Simplicius et Iunior [requirendum][5]. Omnes haeretici. 565

Ed. *D. J. Chapman* in Rev. Bénéd. 27 (1910), 32 sqq. ML 10, 688 sqq. *Baronius*, Annales ad 357, n. 42. CV 65, 167 sqq.

## Epistula III. Liberius ab Athanasii communione separatus Romam remitti enixe rogat.

[Hilarii fragm. 6, 8—9.]

8. Item *Liberius*, de exsilio, *Ursacio, Valenti et Germinio*. 566

(1) Quia scio vos filios pacis esse, diligere etiam concordiam et unitatem Ecclesiae catholicae, idcirco non aliqua necessitate compulsus, Deo teste dico, sed pro bono pacis et concordiae, quae martyrio praeponitur, his litteris convenio vos, domini fratres carissimi. (2) Cognoscat itaque prudentia vestra Athanasium, qui Alexandrinae Ecclesiae episcopus fuit, a me esse damnatum priusquam ad comitatum sancti imperatoris... secundum litteras Orientalium episcoporum et ab Ecclesiae Romanae communione separatus est[6], sicuti teste est omne presbyterium Ecclesiae Romanae. (3) Sola haec causa fuit, ut tardius viderer de nomine ipsius litteras ad fratres et coepiscopos nostros Orientales dare, ut legati mei, quos ab

---

[1] Quae uncis inclusa atque cursivis litteris impressa sunt, interiectiones Hilarii esse volunt.

[2] Ita *Chapman*; *Coustant*: dignemini.

[3] *Baronius*: Irenaeus: *Coustant*: Hyrenius.

[4] Ita *Chapman*; *Coustant*: Acticus. [5] Nota marginalis.

[6] Ita *Chapman*; *Coustant*: prius, quam ad comitatum s. imperatoris litteras Orientalium destinarem episcoporum, et ab Ecclesiae Romanae communione esse separatum; *Baronius*: priusquam ad comitatum s. imperatoris pervenissem.

urbe Roma ad comitatum direxeram, seu episcopi, qui fuerant deportati, et ipsi una cum his, si fieri posset, de exsilio revocarentur.

567 9. (1) Et hoc autem[1] scire vos volo, quod fratrem Fortunatianum petii, ut litteras meas ad clementissimum imperatorem perferat, quas ad Orientales episcopos feci, ut sciant et ipsi una secum Athanasii communione me esse separatum, quas credo quod pietas ipsius pro bono pacis gratulanter accepit, quarum exemplar etiam Philario imperatoris[2] ... cum rogo.... (2) Pervidet caritas vestra haec me benigno et innocenti animo gessisse. Quapropter his litteris meis convenio vos, et adiuro Deum omnipotentem et Christum Iesum, Filium eius, Dominum et Deum nostrum, et Spiritum Sanctum, ut dignemini[3] ad clementissimum imperatorem Constantium Augustum pergere et petere, ut bono pacis et concordiae, in qua pietas eius semper exsultat, me ad Ecclesiam mihi divinitus traditam iubeat reverti: ut temporibus ipsius Ecclesia Romana nullam sustineat tribulationem. (3) Me autem cum omnibus vobis episcopis Ecclesiae catholicae pacem habere his litteris meis aequo et simplici animo scire debetis, fratres carissimi. Magnum solatium enim vobis in die retributionis acquiritis, si per vos pax Ecclesiae Romanae fuerit reddita. (4) Scire autem per vos volo etiam fratres et coepiscopos nostros Epictetum et Auxentium, pacem me et communionem ecclesiasticam cum ipsis habere: quos credo gratanter haec exsusccepturos. (5) Quicumque autem a pace et concordia nostra, quae per orbem terrarum, volente Deo, firmata est, dissenserit, sciat se separatum esse a nostra communione. *(Praevaricatori anathema una cum Arianis a me dictum.)*

*Chapman* l. c. 34 sq. *Baronius,* Annales ad 357, n. 43. ML 10 693 sqq. CV 65, 170 sqq.

## Epistula IV. Liberius rogat, ut episcopi Campaniae pro suo reditu apud Constantium imperatorem intercedere velint.

[Hilarii fragm. 6, 10—11.]

568 10. Item de exsilio *Vincentio Liberius.*

(1) Non doceo, sed admoneo sanctum animum tuum, frater carissime, eo quod colloquia mala bonos mores corrumpant

---

[1] Ita *Chapman; Coustant:* etiam.

[2] *Baronius* addit: eunucho prodat.

[3] Ita *Chapman* et *Baronius; alii* post «Fortunatianum petii», omissis «ut litteras meas — dignemini», legunt: «ut cum litteris meis ad clem. imp. Const. A. pergeret, petere, ut bono pacis etc.»

[cf. 1 Cor 15, 33]. (2) Insidiae hominum malorum bene tibi cognitae sunt, unde ad hunc laborem perveni: et ora, ut det Deus tolerantiam. (3) Dilectissimus Filius meus Urbicus diaconus, quem videbar habere solatium, a me per Venerium agentem in rebus sublatus est.

11. (1) Sanctitati tuae significandum credidi, me de con- 569
tentione illa a nomine Athanasii recessisse et ad fratres et coepiscopos nostros Orientales litteras dedisse de super eius nomine. (2) Unde quia, Deo volente, pax vobis ubique est, dignaveris convenire episcopos cunctos Campaniae et haec illis insinuare. Ex ipsorum numero una cum epistula vestra de unanimitate nostra et pace ad clementissimum imperatorem scribite, quo possim et ego de tristitia magna liberari. (3) *(Et manus ipsius:)* Deus te incolumem custodiat, frater. (4) *(Item manu ipsius paginae perscripta:)* Cum omnibus episcopis Orientalibus pacem habemus et vobiscum. Ego me ad Deum absolvi. Vos videritis, si volueritis me in exsilio deficere. Erit Deus iudex inter me et vos.

*Chapman* l. c. 35 sq. ML 10, 695. *Baronius*, Annales ad 357, n. 44. CV 65, 172 sq.

## Epitaphium, quod Liberii Romani esse putatur[1].

[Ex Sylloge Centulensi saeculi VII. (Transscriptum probabiliter in coemeterio viae Salariae).]

Quam Domino fuerant devota mente parentes, 570*
qui confessorem talem genuere potentem
atque sacerdotem sanctum, sine felle columbam,
divinae legis sincero corde magistrum.
Haec te nascentem suscepit ecclesia mater
uberibus fidei nutriens de[vot]a beatum
qui pro se passurus era[s] mala cuncta libenter.
Parvulus utque loqui coepisti dulcia verba, 571
mox scripturarum lector pius indole factus,
ut tua lingua magis legem quam verba sonaret;
dilecta a Domino tua dicta infantia simplex,
nullis arte dolis sceda fucata malignis
officio tali iusto puroque legendi.
Atque item simplex adolescens mente fuisti,
maturusque animo ferventi aetate modestus,
remotus, prudens, mitis, gravis, integer, aequus:
haec tibi lectori innocuo fuit aurea vita.
Diaconus hinc factus iuvenis meritoque fideli 572
qui sic sincere, caste integreque, pudice,

---

[1] Ita *De Rossi*, *Duchesne*, *alii*. *Funk* (Historisches Jahrbuch 5 [1884], 424 sq) epitaphium ad Martinum (649—655) refert.

servieris sine fraude Deo, [qui] pectore puro
atque annis aliquot fueris levita severus.
573 Ac tali iusta conversatione beata
dignus qui merito inlibatus iure perennis
huic tantae sedi Christi splendore serenae
electus fidei plenus summusque sacerdos,
qui nivea mente immaculatus Papa sederes,
qui bene apostolicam doctrinam sancte doceres
innocuam plebem caelesti lege magister.
Quis [t]e tractante sua non peccata reflebat?
574 In synodo, cunctis superatis victor iniquis
sacrilegis, Nicaena fides electa triumphat.
Contra quamplures certamen sumpseris unus,
catholica praecincte fide, possederis omnes.
Vox tua certantis fuit haec, sincera, salubris:
Atque nec hoc metuo, neque illud committere opto.
Haec fuit, haec semper mentis constantia firma.
575 Discerptus, tractus, profugatusque sacerdos
insuper ut faciem quodam nigrore velaret
nobili falsa manu portantes aemula caeli
ut faciem Domini foedare luce corusco.
En tibi discrimen vehemens non sufficit [u]num:
insuper exilio decedis martyr ad astra,
atque inter patriarchas praesagosque prophetas,
inter apostolicam turbam martyrumque potentum,
cum hac turba dignus mediusque locatus
mitte[ris] in Domini conspectu[m], iuste sacerdos.
576 Sic inde tibi merito tanta est concessa potestas
ut manum imponas patientibus, incola Christi,
daemonia expellas, purges, mundesque repletos
ac salvos homines reddas animoque vigentes.
Per Patris ac Filii nomen cui credimus omnes
cumque tu[um] hoc obitum praecellens tale videmus,
spem gerimus cuncti proprie nos esse beatos
qui sumus hocque tuum meritum fidemque secuti.

*De Rossi*, Inscriptiones christ. Urbis Romae 2, 83 sqq. Liber Pontificalis ed. *Duchesne* 1, 209 sq.

## SYNODUS ARIMINENSIS anni 359.

### De baptismo Constantini M.

[Ex Epistula ad Constantium imp. in Hilarii fragm. 7, 1—2.][1]

576[1] 1. (1) Iubente Deo et praecepto pietatis tuae credimus fuisse dispositum, ut ad Ariminensium locum ex

[1] Versionem graecam habet Athanasius, Epistula de Synodis 10, II: MG 26, 696 sq.

diversis provinciis Occidentalium episcopi veniremus, ut fides claresceret omnibus ecclesiis catholicis et haeretici noscerentur. (2) Dum enim omnes, qui recte sapimus, contractaremus, placuit ⟨ut⟩ fidem ab antiquitate perseverantem, quam praedicaverunt prophetae, evangelia et apostoli, per ipsum Deum et Dominum nostrum Iesum Christum, salvatorem imperii tui et largitorem salutis tuae, quam semper obtinuimus, teneamus. (3) Nefas enim duximus sanctorum aliquid mutilare et eorum, qui in Nicaeno tractatu consederant una cum gloriosae memoriae Constantino patre pietatis tuae. . . . 2. . . . (2) Constantino praesente in hoc cum magno examine fuisset conscriptum, quod tenens baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutilare et tot sanctos et confessores et successores martyrum ipsius tractatus conscriptores in aliquo removere, cum et ipsi praeteritorum catholicorum secundum scripturas cuncta servarunt.

CV 65 (ed. *A. Feder* S. J.), 78 sqq. ML 10, 699 sq.

## HILARIUS EP. PICTAVIENSIS[1] circa 310—367.

### De Liberio Romano.

[Contra Constantium (360) 11, 5—8.]

(5) Mediolanensem piissimam plebem quam tu furore terroris tui 577
turbasti! Tribuni tui adierunt sancta sanctorum et viam sibi omni per populum crudelitate pandentes, protraxerunt de altario sacerdotes. (6) Levius te putas, sceleste, Iudaeorum impietate peccasse? Effuderunt quidem illi Zachariae sanguinem; sed, quantum in te est, concorporatos Christo a Christo discidisti.

(7) Vertisti deinde usque ad Romam bellum tuum, 578
eripuisti illinc [Liberium] episcopum: et o te miserum, qui nescio utrum maiore impietate relegaveris, quam remiseris!

(8) Quos tu deinde in Ecclesiam Tolosanam exercuisti furores! 579
Clerici fustibus caesi; diacones plumbo elisi; et in ipsum, ut sancti mecum intellegunt, in ipsum Christum manus missae. Haec, Constanti, si ego mentior, ovis es: si vero tu peragis, antichristus es.

ML 10, 588 sqq.

---

[1] *Poitiers*, Galliae.

# GREGORIUS NAZIANZENUS circa 330—390.

## Quod Iulianus imperator frustra templum Hierosolymitanum restituere conatus sit.

[Oratio (5, seu) invectiva in Iulianum 2 (scripta post mortem Iuliani [26. Iunii 363]) 3, 2—4.]

580 3. (2) Τέλος [ὁ Ἰουλιανὸς] ἐπαφῆκε καὶ τὸ Ἰουδαίων φῦλον ἡμῖν τήν παλαιάν τε αὐτῶν κουφότητα, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν ἄνωθεν ὑποσμυχόμενον ἐν αὐτοῖς μῖσος συνεργὸν λαβὼν τοῦ τεχνάσματος, ἐπιθειάζων τε δῆθεν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς βίβλων καὶ ἀπορρήτων, ὡς νῦν αὐτοῖς ἀποκείμενον εἴη κατελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτῶν, καὶ τὸν νεὼν ἀναδείμασθαι, καὶ τῶν πατρίων τὸ κράτος ἀνανεώσασθαι, καὶ ἀποκρυπτόμενος εὐνοίας πλάσματι τὴν ἐπίνοιαν.

581 4. (1) Ἐπεὶ δὲ ταῦτα καὶ διενοήθη καὶ ἔπεισεν (εὔκολον γὰρ εἰς ἀπάτην τὸ πρὸς ἡδονὴν ἅπαν), οἱ μὲν ὡς ἀναστήσοντες διενοοῦντο τὸ ἱερόν, καὶ χειρὶ πολλῇ καὶ προθυμίᾳ περὶ τὸ ἔργον ἐταλαιπώρουν· φασί γέ τοι καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, οἱ τὰ ἐκείνων θαυμάζοντες, οὐ μόνον ἅπαντας τοὺς περὶ τὸ σῶμα κόσμους περιελομένας ἑτοίμως συνεισφέρειν τῷ ἔργῳ καὶ τοῖς πονουμένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς κόλποις τὸν χοῦν ἐκφερούσας, καὶ οὔτε πολυτελοῦς ἐσθῆτος, οὔτε μελῶν ἁπαλότητος φειδομένας, εὐσεβεῖν οἴεσθαι καὶ πάντα ἐλάττω νομίζειν τοῦ ἐγχειρήματος. (2) Ὡς δὲ ὑπὸ ἀγρίας λαίλαπος

---

580 3. (2) Ad extremum Iudaeorum quoque nationem in nos immisit [Iulianus] tum veteri eorum levitate, tum inveterato nostri odio in ipsorum pectoribus clam flagrante, ad id, quod moliebatur perficiendum, adiutoribus usus: ex ipsorum scilicet libris et arcanis fatale esse affirmans, ipsis iam in patriam redire ac templum instaurare, patriorumque rituum vigorem renovare, ac benevolentiae specie commentum hoc occultans.

581 4. (1) Postquam autem haec in animum induxit, ipsisque persuasit (facile enim imposturam facit, quidquid delectat), illi quidem ad templi exstructionem se comparare, atque in id opus et manu multa et animi alacritate ac labore incumbere. Illud enim narrant, qui eorum res admirantur, uxores quoque ipsorum non modo matronalem omnem mundum corporisque ornatum prompto animo detraxisse, atque in operis structuram laborantiumque opem contulisse, verum eo quoque animo fuisse, ut, terram sinu efferentes, ac nec vestibus praeclaris et exquisitis, nec teneris membris parcentes, pietatis officio sese fungi existimarent, omniaque hoc conatu inferiora ducerent. (2) Ut vero,

καὶ βρασμοῦ γῆς ἄφνω συνελαθέντες, ἐπί τι τῶν πλησίον ἱερῶν, οἱ μὲν ὡς ἱκετεύσοντες, ὥρμησαν, οἱ δέ, ὅπερ ἐν τοῖς τοιούτοις φιλεῖ συμβαίνειν, τῷ παρόντι χρώμενοι πρὸς βοήθειαν, οἱ δέ ἄλλως τῇ ταραχῇ συμφερόμενοι, καὶ τοῖς θέουσι συνεισπίπτοντες. (3) Εἰσὶ μὲν οἳ λέγουσιν, ὡς οὐδὲ τὸ ἱερὸν αὐτοὺς προσεδέξατο, ἀλλ' ἀναπεπταμέναις προσελθόντες ταῖς πύλαις, ἐπικλεισθείσαις ἐνέτυχον ἔκ τινος ἀοράτου καὶ ἀφανοῦς δυνάμεως, ἣ τὰ τοιαῦτα τερατουργεῖ πρὸς τὴν τῶν ἀσεβῶν κατάπληξιν, καὶ τῶν εὐσεβῶν ἀσφάλειαν. (4) Ὃ δὲ ἅπαντες ἤδη καὶ λέγουσιν καὶ πιστεύουσιν, ὅτι βιαζομένους αὐτοὺς καὶ φιλονεικοῦντας περὶ τὴν εἴσοδον πῦρ ἔστησεν ἀπαντῆσαν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ τοὺς μὲν κατέφλεξε καὶ ἀνήλωσεν (ὡς ὅμοιόν τι περὶ αὐτοὺς συμβῆναι τοῖς Σοδομιτῶν [cf. Gn 19, 24] πάθεσιν, ἢ τῷ περὶ Ναδὰβ καὶ Ἀβιοὺδ [cf. Lv 10, 2] θαύματι ξένως καὶ θυμιάσασι καὶ κινδυνεύσασι), τοὺς δὲ τῶν καιρίων ἀκρωτηριάσαν, στήλην ἀφῆκεν ἔμψυχον τῆς τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ἀπειλῆς καὶ κινήσεως.

(5) Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο, καὶ ἀπιστείτω μηδείς, ὅτι μηδὲ 582
ταῖς ἄλλαις τοῦ Θεοῦ δυνάμεσιν. (6) Ὃ δὲ ἔτι τούτου παραδοξότερον καὶ περιφανέστερον, ἔστη φῶς ἐν τῷ οὐ-

---

saevo turbine ac repentina aestuantis terrae agitatione simul una repulsi, ad propinquum quoddam templum perrexerunt, alii orationis causa, alii, ut in huiusmodi rebus accidere solet, eo, quod offerebatur, ad periculi propulsationem utentes, alii cum tumultu una proruentes, ac cum currentibus simul illabentes. (3) Sunt qui eos ne a templo quidem admissos fuisse commemorent, sed cum ad apertas portas accessissent, repente easdem clausas pessuloque obductas offendisse, potentia quadam invisibili, quae ad impiorum terrorem ac piorum incolumitatem huiusmodi prodigia efficit. (4) Hoc autem uno iam ore omnes referunt, ac pro certo habent, quod eos summa vi atque contentione ingressum sibi aperire conantes, ignis e templo occurrens inhibuit, et alios quidem exussit et absumpsit (ut simile quiddam ipsis, quod Sodomitis acciderit, aut etiam quod Nadab et Abiud, qui inusitato more et thus adoluerunt et oppressi sunt), alios vero praecipuis corporis partibus truncatis, vivam columnam divinae adversus peccatores comminationis et motionis reliquit.

(5) Atque hoc quidem ad hunc modum se habuit, nec fidem 582
quisquam deroget, nisi qui eadem ratione aliis quoque Dei miraculis nullam fidem habendam putet. (6) Quod autem hoc etiam mirabilius clariusque fuit, lux in caelo stetit, crucem

ρανῷ τὸν σταυρὸν περιγράφον, καὶ τὸ πρότερον ἐπὶ γῆς ἀτιμαζόμενον τοῖς ἀθέοις καὶ σχῆμα καὶ ὄνομα νῦν ἐν οὐρανῷ δείκνυται πᾶσιν ἐπίσης, καὶ γίνεται τρόπαιον τῷ Θεῷ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν νίκης, τροπαίου παντὸς ὑψηλότερον.
MG 35, 667 sqq.

## OPTATUS MILEVITANUS scripsit circa 370.

### De cathedra Romana s. Petri et de serie episcoporum Romanorum.

[De schismate Donati 2, 2, 2—4.]

583 2. (2) Igitur negare non potes scire te in urbe Roma Petro primo cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium apostolorum caput Petrus, unde et Cephas est appellatus, in qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne ceteri apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut iam schismaticus et peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret.

584 (3) Ergo cathedram unicam, quae est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus, Evaristo [Alexander, Alexandro][1] Sixtus, Sixto Telesphorus, Telesphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri [Eleutherius, Eleutherio] Victor, Victori Zephyrinus, Zephyrino Calixtus, Calixto Urbanus, Urbano Pontianus, Pontiano Anterus, Antero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius, Dionysio Felix, Felici [Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio] Marcellinus, Marcellino [Marcellus, Marcello] Eusebius, Eusebio Miltiades, Miltiadi Silvester, Silvestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, hodie qui noster est socius: cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat. (4) Vestrae cathedrae vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare.
CV 26, 36 sq. ML 11, 947 sqq.

---

in orbem describens, ac nomen illud et figura, quae in terra prius impiis contemptui fuerat, in caelo nunc omnibus ex aequo ostenditur, Deoque victoriae adversus impios efficitur trophaeum, trophaeo omni sublimius et praestantius.

---

[1] Quae uncis includuntur in libris addita sunt.

# DAMASUS PAPA 366—384.

## EPIGRAMMATA.

### In ss. Nereum et Achilleum.

[In coemeterio Domitillae, via Ardeatina.]

Militiae nomen dederant saevum]q(ue)[1] [gerebant 585
officium pariter spectantes iuss]a ty[ranni,
praeceptis pulsante metu servi]re par[ati.
mira fides rerum: subito posue]re furore[m
c[onversi fugiunt, ducis impia castr]a relinquunt,
proic[iunt clipeos faleras tel]aq(ue) cruenta,
confe[ssi gaudent Christi portar]e triumfos.
credit[e per Damasum, possit quid] gloria Christi.

Ed. *M. Ihm* (Lipsiae 1895, BT) n. 8.

### De sepulcris Sanctorum in coemeterio Callisti depositorum.

[In coemeterio Callisti, via Appia.]

Hic congesta iacet quaeris si turba piorum, 586
corpora sanctorum retinent veneranda sepulcra,
sublimes animas rapuit sibi regia caeli.
hic comites Xysti, portant qui ex hoste tropaea;
hic numerus procerum, servat qui altaria Chr(ist)i;
hic positus longa vixit qui in pace sacerdos;
hic confessores sancti quos Graecia misit;
hic iuvenes pueriq(ue) senes castique nepotes,
quis mage virgineum placuit retinere pudorem.
hic, fateor, Damasus volui mea condere membra,
sed cineres timui sanctos vexare piorum.

L. c. n. 12. ML 13, 407 sq.

### In s. Tarsicium martyrem.

[In coemeterio Callisti.]

Par meritum, quicumque legis, cognosce duorum, 587
quis Damasus rector titulos post praemia reddit.
Iudaicus populus Stephanum meliora monentem
perculerat saxis, tulerat qui ex hoste tropaeum,
martyrium primus rapuit levita fidelis.
Tarsicium sanctum Christi sacramenta gerentem
cum male sana manus premeret vulgare profanis,
ipse animam potius voluit dimittere caesus
prodere quam canibus rabidis caelestia membra.

L. c. n. 14. ML 13, 392.

---

[1] Rotundis uncis abbreviationes completae, quadratis supplementa includuntur.

DAMASI PAPAE CVLTOR ATQVE AMATOR

FVRIVS DIONYSIVS FILOCALVS SCRIBSIT

### In s. Eusebium pontificem et martyrem.

[In coemeterio Callisti.]

588 DAMASVS EPISCOPVS FECIT

Heraclius vetuit labsos peccata dolere,
Eusebius miseros docuit sua crimina flere:
scinditur in partes populus gliscente furore,
seditio, caedes, bellum, discordia, lites,
extemplo pariter pulsi feritate tyranni,
integra cum rector servaret foedera pacis,
pertulit exilium domino sub iudice laetus,
litore Trinacrio mundum vitamq(ue) reliquit.

EVSEBIO EPISCOPO ET MARTYRI.

L. c. n. 18. ML 13, 385 sq.

### De ss. apostolis Petro et Paulo in s. Sebastiani aliquando depositis.

[«Ad Catacumbas», via Appia.]

589 Hic habitasse prius sanctos cognoscere debes,
nomina quisque Petri pariter Paulique requiris.
discipulos oriens misit, quod sponte fatemur:
sanguinis ob meritum — Christumque per astra secuti
aetherios petiere sinus regnaque piorum —
Roma suos potius meruit defendere cives.
haec Damasus vestras referat nova sidera laudes.

L. c. n. 26. ML 13, 382 sq.

### In s. Hippolytum.

[In eius coemeterio, via Tiburtina.]

590 Hippolytus fertur,] premerent c[u]m iussa t[yranni,
presbyter in scism]a semper mansisse No[vati;
tempore quo gladi]us secuit pia viscera ma[tris,
devotus Christo peteret cu]m regna pio[rum,
quaesisset populus ubinam proce]dere [posset,
catholicam dixisse fidem sequerentur ut omnes.
sic noster meruit confessus martyr ut esset.
haec audita refe]rt Dam[asus, probat omnia Christus.

L. c. n. 37.

### In s. Agnetem.

[In eius coemeterio, via Nomentana.]

591 Fam]a refert sanctos dudum retulisse parentes
Ag]nen, cum lugubres cantus tuba concrepuisset,

n] utricis gremium subito liquisse puellam,
sponte trucis calcasse minas rabiemq(ue) tyranni.
urere cum flammis voluisset nobile corpus,
virib(us) immensum parvis superasse timorem,
nudaque profusum crinem per membra dedisse,
ne domini templum facies peritura videret.
o veneranda mihi, sanctum decus, alma, pudoris,
ut Damasi precib(us) faveas precor, inclyta martyr.

L. c. n. 40. ML 13, 402 sq.

### In s. Marcellum pontificem.

[In coemeterio Priscillae, via Salaria nova.]

Veridicus rector lapsos quia crimina flere 592
praedixit, miseris fuit omnibus hostis amarus.
hinc furor, hinc odium sequitur, discordia, lites,
seditio, caedes, solvuntur foedera pacis.
crimen ob alterius Christum qui in pace negavit,
finibus expulsus patriae est feritate tyranni.
haec breviter Damasus voluit comperta referre,
Marcelli ut populus meritum cognoscere possit.

L. c. n. 48. ML 13, 384 sq.

*Anathematismos Damasi de Trinitate et Incarnatione v. D 58 sqq. De Spiritu Sancto ib. 83; de canone S. Scripturae ib. 84.* 592a

## EPHRAEM SYRUS DIACONUS EDESSENUS obiit 373.

### De origine Evangeliorum.

[Evangelii concordantis Expositio, in fine.]

(1) Verba apostolorum non aequalia et eadem sunt, quia non simul evangelium scripserunt. (2) Non enim mandatum acceperunt scribendi, ut Moyses iussus est tabulas conficere, sed sicut propheta dicit: «Dabo iis pactum foederis, non sicut illud, sed legem meam dabo in mente eorum et in corde eorum scribam illam» [Ir 31, 32 sq; Hebr 8, 8]. Attamen occasionibus provocati scripta confecerunt. (3) M a t t h a e u s hebraice Evangelium scripsit, quod postea in linguam graecam versum est. (4) M a r c u s autem Simonem secutus est, et cum in urbem Romam profecti essent, ut perfecte recordarentur, si forte propter longum temporis spatium aliquid in oblivionem veniret, Marcum orarunt, et scripsit, quodcunque acceperat. (5) L u c a s a baptismo Ioannis exordium sumpsit; nam hic de incarnatione eius locutus est et de regno 592[1]

eius ex David [cf. Lc 1, 27; 3, 23], dum alter ab Abraham incepit [Mt 1, 2]. (6) Venit Ioannes et reperiens, verba eorum qui de genealogia et natura humana Domini scripserunt, varias opiniones excitasse, ipse scripsit, quod non tantum homo erat, sed quod a principio erat Verbum. (7) Matthaeus hebraice scripsit Evangelium, Marcus latine ab Simone in urbe Roma, Lucas graece, Ioannes etiam graece scripsit Antiochiae, quia in vivis permansit usque ad tempus Traiani.

Ed. *G. Moesinger* (Venetiis 1876) 285 sq.

## BASILIUS (n. circa 330) EP. CAESAREAE CAPP. 370—379.

### De quattuor classibus paenitentium.

[Epistula canonica tertia (totius seriei 217, scripta 375) ad Amphilochium ep. Iconiensem 75.]

593 (1) Ὁ ἀδελφῇ ἰδίᾳ ἐκ πατρὸς ἢ ἐκ μητρὸς συμμιανθεὶς εἰς οἶκον προσευχῆς μὴ ἐπιτρεπέσθω παρεῖναι, ἕως ἂν ἀποστῇ τῆς παρανόμου καὶ ἀθεμίτου πράξεως. Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας ἐκείνης, τριετίαν προσκλαιέτω, τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκώς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος ἐπὶ τὴν προσευχήν, ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς τὸν Κύριον τὰς δεήσεις.

594 (2) Μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην παραδεχθήτω, καὶ ἀκούων τῶν Γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς.

595 (3) Ἔπειτα, εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτὴν καὶ προσέπεσε τῷ Κυρίῳ μετὰ συντριμμοῦ καρδίας καὶ ταπει-

---

593 (1) Qui cum sua ex patre vel ex matre sorore pollutus est, in domum orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua et nefaria actione desistat. Postquam autem in horrendi peccati sensum et animadversionem venerit, triennio fleat, stans prope fores domus orationis, et rogans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque misericorditer pro ipso intensas ad Dominum preces fundat.

594 (2) Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, et, Scripturis doctrinaque auditis, eiciatur, nec dignus habeatur oratione.

595 (3) Deinde, si modo illam cum lacrimis exquisierit, et Domino cum cordis contritione et valida humiliatione

νώσεως ἰσχυρᾶς, διδόσθω αὐτῷ ἡ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσιν.

(4) Καὶ οὕτως, ἐπειδὰν τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας 596
ἀξίους ἐπιδείξηται, τῷ δεκάτῳ ἔτει εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχθήτω χωρὶς προσφορᾶς· καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς τὴν εὐχὴν τοῖς πιστοῖς, οὕτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας.

MG 32, 803 sq.

## AMBROSIUS EP. MEDIOLANENSIS 374—397.

### De Liberio Romano.

[De virginibus ad Marcellinam sororem (377) 3, 1, 1—2.]

(1) Quoniam quae habuimus superioribus duobus libris 597
digessimus, tempus est, soror sancta, ea quae mecum conferre soles, beatae memoriae Liberii praecepta revolvere; ut quo vir sanctior, eo sermo accedat gratior. (2) Namque is, cum Salvatoris natali ad apostolum Petrum virginitatis professionem vestis quoque mutatione signares (quo enim melius die, quam quo virgo posteritatem acquisivit?), astantibus etiam puellis Dei compluribus, quae certarent invicem de tua societate: «Bonas, inquit, filia, nuptias desiderasti» etc.

ML 16, 219.

### De paenitentia publica.

[De paenitentia (circa 384) 2, 10 sive 91—96.]

91. (1) An quisquam ferat ut erubescas Deum rogare, 598
qui non erubescis rogare hominem? et pudeat te Deo supplicare, quem non lates, cum te non pudeat peccata tua homini, quem lateas, confiteri? (2) An testes precationis et conscios refugis, cum si homini satisfaciendum sit, multos necesse est ambias, obsecres, ut dignentur intervenire; ad genua te ipse prosternas, osculeris vestigia, filios offeras culpae adhuc ignaros, paternae etiam veniae

---

supplex prociderit, detur ei substratio per alios tres annos.

(4) Et, postquam paenitentiae fructus dignos ostenderit, 596
anno decimo in fidelium orationes suscipiatur sine oblatione et ubi annis duobus una cum fidelibus steterit ad orationem, ita demum dignus habeatur boni communione.

precatores? (3) Hoc ergo in ecclesia facere fastidis, ut Deo supplices, ut patrocinium tibi ad obsecrandum sanctae plebis requiras; ubi nihil est quod pudori esse debeat, nisi non fateri, cum omnes simus peccatores: ubi ille laudabilior, qui humilior; ille iustior, qui sibi abiectior.

599 92. (1) Fleat pro te mater Ecclesia, et culpam tuam lacrimis lavet, videat te Christus maerentem, ut dicat: *Beati tristes, quia gaudebitis* [Lc 6, 21]. Amat ut pro uno multi rogent. (2) Denique in Evangelio motus viduae lacrimis, quia plurimi pro ea flebant, filium eius resuscitavit [Lc 7, 13] Ideo citius exaudivit Petrum, ut Dorcas resurgeret [Act 9, 36], quia pauperes mortem mulieris ingemiscebant. Ideo ipsi Petro statim remisit, quia amarissime flevit [Lc 22, 62]. (3) Et ut si amarissime fleas, Christus ad te respiciet, culpa discedet. Usus enim doloris ablegat luxuriam criminis, erroris delicias. Ita dum dolemus admissa, admittenda excludimus, et fit quaedam de condemnatione culpae disciplina innocentiae.

600 93. (1) Nihil ergo te revocet a paenitentia, haec tibi communis cum sanctis est: utinamque imitanda talis, qualis sanctorum deploratio. (2) David manducabat sicut panem cinerem, et potum suum cum lacrimis temperabat [Ps 101, 10]; ideo nunc amplius gaudet, quia amplius flevit: *Per exitus aquarum descenderunt,* inquit, *oculi mei* [Ps 118, 136].

601 94. (1) Ioannes multum ploravit, et revelata sibi dicit Christi mysteria [Apc 5, 4]. (2) At vero illa mulier, quae cum esset in peccatis, et deberet flere, gaudebat, et veste purpurea atque coccinea operiebatur, et auro se multo et pretiosis lapidibus ornabat, aeterni fletus nunc luget aerumnam [Apc 17, 4].

602 95. (1) Merito reprehenduntur, qui saepius agendam paenitentiam putant; quia luxuriantur in Christo. (2) Nam si vere agerent paenitentiam, iterandam postea non putarent; quia sicut unum baptisma, ita una paenitentia, quae tamen publice agitur; nam cotidiani nos debet paenitere peccati: sed haec delictorum leviorum, illa graviorum.

603 96. (1) Facilius autem inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint paenitentiam. (2) An quisquam illam paenitentiam putat, ubi acquirendae ambitio dignitatis, ubi vini effusio, ubi ipsius copulae coniugalis usus? (3) Renuntiandum saeculo est: somno ipsi

minus indulgendum, quam natura postulat; interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspiriis, sequestrandus orationibus: vivendum ita, ut vitali huic moriamur usui, se ipsum sibi homo abneget et totus mutetur: (4) sicut quendam adulescentem fabulae ferunt propter amores meretricios peregre profectum, et abolito amore regressum, postea veteri occurrisse dilectae, quae ubi se non interpellavit, mirata putaverit non recognitam, rursus occurrens dixerit: «Ego sum», responderit ille: «Sed ego non sum ego.»

ML 16, 518 sqq.

## Ad Theodosium imperatorem post caedem Thessalonicensem (390).

[Epistula 51.]

*Augustissimo imperatori Theodosio Ambrosius episcopus.* 604

1. Et veteris amicitiae dulcis mihi recordatio est, et beneficiorum, quae crebris meis intercessionibus summa gratia in alios contulisti, gratiae memini. Unde colligi potest quod non ingrato aliquo affectu adventum tuum semper mihi antehac exoptatissimum declinare potuerim. Sed qua causa hoc fecerim, breviter expediam.

2. (1) Soli mihi in tuo comitatu ius naturae ereptum videbam 605
audiendi, ut et loquendi privarer munere; motus enim frequenter es quod ad me pervenissent aliqua, quae in consistorio tuo statuta forent. Ego ergo expers communis usus sum, cum dicat Dominus Iesus *nihil esse occultum quod non manifestetur* [Lc 8, 17]. (2) Verecundia igitur, qua potui, satisfeci imperiali arbitrio; et prospexi ne aut ipse causam commotionis habeas, cum id egerim, ne quid ad me de imperialibus deferatur statutis: aut ego cum fuero praesens, aut non audiam per metum omnium, et quasi conniventis famam subibo: aut ita audiam, ut mihi aures pateant, vox intercludatur; ut audita non possim eloqui, ne eos qui in suspicionem proditionis venerint, laedam in periculo.

3. (1) Quid igitur facerem? Non audirem? Sed aures non 606
possum cera veterum fabularum claudere. (2) Proderem? Sed quod in tuis iussis timerem, in meis verbis deberem cavere; ne quid cruentum committeretur. (3) Tacerem? Sed, quod miserrimum foret omnium, alligaretur conscientia, vox eriperetur. (4) Et ubi illud? Sed si sacerdos non dixerit erranti, is qui erraverit, in sua culpa morietur, et sacerdos reus erit poenae, quia non admonuit errantem [cf. Ez 3, 18].

4. (1) Accipe illud, imperator auguste. Quod habeas fidei 607
studium, non possum negare; quod Dei timorem, non diffiteor:

sed habes naturae impetum, quem si quis lenire velit, cito vertes ad misericordiam: si quis stimulet, in maius exsuscitas, ut eum revocare vix possis. (2) Utinam si nemo mitigat, nullus accendat! Libenter eum committo tibi: ipse te revocas, et pietatis studio vincis impetum naturae.

608 5. (1) Hunc ego impetum malui cogitationibus tuis secreto committere, quam meis factis publice fortassis movere. Itaque malui officio meo aliquid deesse, quam humilitati: et requiri in me ab aliis sacerdotis auctoritatem, quam a te desiderari in me amantissime[1] honorificentiam; ut represso impetu, integra esset consilii eligendi facultas. (2) Praetendi aegritudinem corporis re vera gravem, et nisi a viris mitioribus vix levandam: vel emori tamen maluissem, quam adventum tuum biduo, aut triduo non exspectarem. Sed quid facerem, non erat.

609 6. (1) Factum est in urbe Thessalonicensium quod nulla memoria habet, quod revocare non potui, ne fieret; immo quod ante atrocissimum fore dixi, cum toties rogarem: et quod ipse sero revocando grave factum putasti, hoc factum extenuare non poteram. (2) Quando primum auditum est, propter adventum Gallorum episcoporum synodus convenerat; nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit: non erat facti tui absolutio in Ambrosii communione, in me etiam amplius commissi exaggeraretur invidia, si nemo diceret Dei nostri reconciliationem fore necessariam.

610 7. (1) An pudet te, imperator, hoc facere quod rex propheta, auctor Christi secundum carnem prosapiae, fecit David? Illi dictum est, quia dives qui haberet plurimos greges, unam pauperis ovem propter adventum hospitis eripuit et occidit; et cognito quod in hoc ipse argueretur, quia ipse fecisset, ait: *Peccavi Domino* [2 Reg 12, 13]. (2) Noli ergo impatienter ferre, imperator, si dicatur tibi: «Tu fecisti istud, quod David regi dictum est a propheta.» Si enim hoc sedulo audieris, et dixeris: *Peccavi Domino;* si dixeris regale istud propheticum: *Venite adoremus, et procidamus ante eum; et ploremus ante Dominum nostrum, qui fecit nos* [Ps 94, 6]; dicetur et tibi: «Quoniam paenitet te, dimittit tibi Dominus peccatum tuum, et non morieris» [cf. 2 Reg 12, 13].

611 8. (1) Iterum cum plebem numerari iussisset David, percussus est corde, et dixit ad Dominum: *Peccavi vehementer, quod fecerim hoc verbum, et nunc, Domine, aufer iniquitatem servi tui, quod deliqui vehementer* [2 Reg 24, 10]. (2) Et missus est iterum ad eum Nathan propheta, qui ei trium optionem conditionum offerret, ut quam vellet, eligeret: famem tribus annis in terra, aut tribus mensibus fugere a facie inimicorum

---

[1] *Forte legendum:* amantissimo.

suorum, aut triduo mortem in terra. (3) Et respondit David: *Angustiae sunt tria haec vehementer; verumtamen incidam in manus Domini; quoniam multae misericordiae eius nimis: et in manus hominis non incidam* [2 Reg 24, 14]. (4) Culpa autem erat, quoniam voluit scire numerum totius plebis, quae secum erat: quod scire Deo soli debuit reservare.

9. (1) Et cum, inquit, mors fieret in plebe, ipso primo die 612
ad horam prandii cum vidisset David percutientem angelum in plebem, ait David: *Ego peccavi, et ego pastor malignum feci, et hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me, et in domum patris mei* [2 Reg 24, 17]. (2) Itaque paenituit Dominum, et iussit angelo ut parceret plebi, sacrificium autem offerret David; erant enim tunc sacrificia pro delictis, haec nunc sunt sacrificia paenitentiae. (3) Itaque ea humilitate acceptior Deo factus est: non enim mirandum peccare hominem: sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humiliet Deo.

10. (1) Iob sanctus et ipse potens in saeculo, ait: «Pec- 613
catum meum non abscondi, sed coram plebe omni annuntiavi» [cf. Iob 31, 33]. (2) Ipsi immani regi Saul dixit Ionathas filius suus: *Noli peccare in servum tuum David* [1 Reg 19, 4], et: *Ut quid peccas in sanguinem innocentem occidere David sine causa?* [1 Reg 19, 5.] Quia etsi rex erat, peccabat tamen, si occideret innocentem. (3) Denique etiam David cum iam regno potiretur, et audisset Abner innocentem occisum a Ioab duce militiae suae, ait: *Innocens sum ego et regnum meum amodo et usque in aeternum a sanguine Abner filii Ner* [2 Reg 3, 28]; et ieiunavit in dolore.

11. (1) Haec ideo scripsi, non ut te confundam, sed ut regum 614
exempla provocent, ut tollas hoc peccatum de regno tuo: tolles autem humiliando Deo animam tuam. Homo es, et tibi venit tentatio, vince eam. (2) Peccatum non tollitur nisi lacrimis et paenitentia. Nec angelus potest, nec archangelus; Dominus ipse, qui solus potest dicere: *Ego vobiscum sum* [Mt 28, 20], si peccaverimus, nisi paenitentiam deferentibus non relaxat.

12. (1) Suadeo, rogo, hortor, admoneo; quia dolori est 615
mihi ut tu qui pietatis inauditae exemplum eras, qui apicem clementiae tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, tot periisse non doleas innocentes. (2) Etsi in proeliis felicissime egeris, etsi in aliis quoque laudabilis; tamen apex tuorum operum pietas semper fuit. (3) Id tibi invidit diabolus, quod habebas praestantissimum. Vince eum, dum habes adhuc unde possis vincere. (4) Noli peccato tuo aliud peccatum addere; ut usurpes, quod usurpasse multis officit.

13. Ego certe in omnibus aliis licet debitor pietati tuae, 616
cui ingratus esse non possum, quam pietatem multis imperatoribus praeferebam, uni adaequabam: ego, inquam, causam

in te contumaciae nullam habeo, sed habeo timoris: offerre non audeo sacrificium, si volueris assistere. An quod in unius innocentis sanguine non licet, in multorum licet? Non puto.

617 14. (1) Postremo scribo manu mea, quod solus legas. Ita me Dominus ab omnibus tribulationibus liberet; quia non ab homine, neque per hominem, sed aperte mihi interdictum adverti. (2) Cum enim essem sollicitus, ipsa nocte qua proficisci parabam, venisse quidem visus es ad ecclesiam; sed mihi sacrificium offerre non licuit. (3) Alia praetereo, ut potui cavere: sed pertuli amore tuo, ut arbitror. Dominus faciat ut omnia cum tranquillitate cedant. (4) Multifarie Deus noster admonet, signis caelestibus, prophetarum praeceptis: visionibus etiam peccatorum vult nos intellegere; quo rogemus eum, ut perturbationes auferat, pacem vobis imperantibus servet, fides Ecclesiae et tranquillitas perseveret, cui prodest christianos et pios esse imperatores.

618 15. (1) Certe vis probari Deo. (2) Omnis rei tempus, ut scriptum est [cf. Eccli 3, 1]: *Tempus*, inquit, *faciendi, Domine* [Ps 118, 126]; et: *Tempus beneplaciti, Deus* [Ps 68, 14]. Tunc offeres, cum sacrificandi acceperis facultatem, quando hostia tua accepta sit Deo. (3) Nonne me delectaret habere gratiam imperatoris, ut secundum voluntatem tuam agerem, si causa pateretur? (4) Et simplex oratio sacrificium est: haec veniam refert, illa offensionem; quia haec habet humilitatem, illa contemptum: Dei enim vox est, quod malit ut fiat mandatum eius, quam deferatur sacrificium. (5) Clamat istud Deus, ad populum Moyses annuntiat, ad populos Paulus praedicat. (6) Id facito quod intellegis in tempore plus facere. *Misericordiam,* inquit, *malo quam sacrificium* [Mt 9, 13]. (7) Quare non illi magis sint Christiani, qui peccatum condemnant suum, quam qui defendere putant? *Iustus* enim *in exordio sermonis accusator est sui* [Prov 18, 17]. Qui se accusat cum peccaverit, iustus est, non ille qui se laudaverit.

619 16. (1) Utinam, imperator, etiam ante mihi potius credidissem, quam consuetudini tuae. (2) Cum puto quod cito ignoscis, cito revocas, ut saepe fecisti; et tu praeventus es, et ego non declinavi, quod cavere non debueram. (3) Sed gratias Domino, qui vult servulos suos castigare, ne perdat. Istud mihi commune est cum prophetis, et tibi erit commune cum sanctis.

620 17. (1) An ego Gratiani patrem non oculis meis praeferam? Debent veniam sancta alia pignora tua. Dulce mihi nomen antetuli, quibus amorem communiter detuli. Amo, diligo, orationibus prosequor. (2) Si credis, sequere; si, inquam, credis, agnosce quod dico: si non credis, ignosce quod facio, in quo Deum praefero. (3) Beatissimus et florentissimus

cum sanctis pignoribus fruaris tranquillitate perpetua, imperator auguste.

ML 16, 1160 sqq.

## De baptismo flaminis et sanguinis.

[De obitu Valentiniani consolatio (Aug. 392) 51—53.]

51. (1) Sed audio vos dolere, quod non acceperit 621
sacramenta baptismatis. (2) Dicite mihi quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi petitio? Atqui etiam dudum hoc voti habuit, ut et antequam in Italiam venisset, initiaretur, et proxime baptizari se a me velle significavit; et ideo prae ceteris causis me accersendum putavit. (3) Non habet ergo gratiam quam desideravit: non habet quam poposcit? Certe quia poposcit, accepit. Et unde illud est: *Iustus quacumque morte praeventus fuerit, anima eius in requie erit* [Sap 4, 7].

52. (1) Solve igitur, Pater sancte, munus servo tuo, 622
quod Moyses quia in spiritu vidit, accepit: quod David, quia ex revelatione cognovit, emeruit. Solve, inquam, servo tuo Valentiniano munus, quod concupivit: munus quod poposcit sanus, robustus, incolumis. (2) Si affectus aegritudine distulisset, tamen non penitus a tua misericordia esset alienus, qui celeritate temporis esset, non voluntate fraudatus. (3) Solve ergo servo tuo munus gratiae tuae, quam ille numquam negavit, qui ante diem mortis templorum privilegia denegavit, his urgentibus, quos revereri posset. (4) Adstabat virorum caterva gentilium, supplicabat senatus: non metuebat hominibus displicere, ut tibi soli placeret in Christo. Qui habuit spiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuam?

53. Aut si, quia sollemniter non sunt celebrata mysteria 623
hoc movet, ergo nec martyres, si catechumeni fuerint, coronentur; non enim coronantur, si non initiantur. Quodsi suo abluuntur sanguine, et hunc sua pietas abluit et voluntas.

ML 16, 1374 sq.

## De paenitentia Theodosii.

[De obitu Theodosii oratio (26. Febr. 395) 27 et 34]

27. (1) Bona igitur humilitas, quae liberat periclitantes, 624
iacentes erigit. (2) Novit eam ille qui dixit: *Ecce sum, ego peccavi, et ego pastor male feci; et isti in hoc grege*

*quid fecerunt? Fiat manus tua in me* [2 Reg 24, 17]. (3) Bene hoc dicit, qui regnum suum Deo subiecit et paenitentiam gessit et peccatum suum confessus veniam postulavit: ipse per humilitatem pervenit ad salutem. (4) Humiliavit se Christus, ut omnes elevaret: ipse ad Christi pervenit requiem, qui humilitatem Christi fuerit secutus.

ML 16, 1394.

625 34. (1) Dilexi virum, qui magis arguentem, quam adulantem probaret. (2) Stravit omne quo utebatur insigne regium, deflevit in ecclesia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat: gemitu et lacrimis oravit veniam. (3) Quod privati erubescunt, non erubuit imperator, publice agere paenitentiam: neque ullus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem.

ML 16, 1396.

### De baptismo Constantini Magni.

[Ib. 40.]

626 (1) Nunc se augustae memoriae Theodosius regnare cognoscit, quando in regno Domini Iesu Christi est.... (2)... quando Constantino adhaeret. Cui licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quod primus imperatorum credidit et post se hereditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum reperit.

ML 16, 1399.

## PACIANUS EP. BARCINONENSIS[1] obiit circa 390.

### De nomine Christiani et Catholici.

[Epistula 1 (ad Sympronianum), 4.]

627 (1) Nec tamen aestues, frater: Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen. Illud me nuncupat; istud ostendit: hoc probor, inde significor. (2) Et si reddenda postremo Catholici vocabuli ratio est, et exprimenda de Graeca interpretatione Romana: Catholicus, ubi unum, vel, ut doctiores putant, oboedientia omnium nuncupatur, mandatorum scilicet Dei. (3) Unde

Apostolus: *Si in omnibus oboedientes estis* [2 Cor 2, 9]. Et iterum: *Sicut enim per inoboedientiam unius peccatores constituti sunt multi: sic per dicto audientiam unius iusti constituentur multi* [Rom 5, 19]. (4) Ergo qui Catholicus, idem iusti oboediens. Qui oboediens, idem est Christianus: ita Catholicus, Christianus est. (5) Quare ab haeretico nomine noster populus hac appellatione dividitur, cum Catholicus nuncupatur: sed et si Catholicus ubique unum est, sicut superiores putant, id ipsum David indicat dicens: *Astitit regina in veste aurata et variegata* [Ps 44, 10], hoc est, una in omnibus. Et in Cantico canticorum Sponsus haec loquitur: *Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa est genetrici suae* [Cant 6, 8]. Et iterum: *Adducentur regi virgines post eam* [Ps 44, 15]. Et adhuc: *Adulescentulae, quarum non est numerus* [Cant 6, 7]. (6) Ergo in omnibus una, et una super omnia.

ML 13, 1055.

## SOPHRONIUS EUSEBIUS HIERONYMUS

circa 342/7—420.

### De «Legione fulminatrice» (174).

[Chronicon (scriptum 379—381) 2195, ad a. Chr. 175.]

(1) Imperator Antoninus multis adversum se na- 628*
scentibus bellis saepe ipse intererat, saepe duces nobilissimos destinabat, in quibus semel Pertinaci et exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppressis, pluvia divinitus missa est; cum e contrario Germanos et Sarmatas fulmina persequerentur, et plurimos eorum interficerent. (2) Exstant litterae M. Aurelii gravissimi imperatoris, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur.

Ed. *A. Schoene* (Berolini 1866, Weidmann) 2, 173 i. ML 27, 629, 13. Litterae apocryphae exstant ad finem Apologiae I Iustini: MG 6, 435 sqq.

### De baptismo Constantini M. (337).

[Ib. 2353, ad a. Chr. 340.]

Constantinus extremo vitae suae tempore ab Eu- 629
sebio Nicomediensi episcopo baptizatus, in Arianum dogma declinat: a quo usque in praesens tempus Ecclesiarum rapinae et totius orbis est secuta discordia.

Ed. *A. Schoene* 2, 192 w. ML 27, 679, 31.

## De Liberio Romano.

[Ib. 2365, ad a. Chr. 352.]

630 (1) Romanae Ecclesiae XXXIIII ordinatur episcopus Liberius. Quo in exsilium ob fidem truso, omnes clerici iuraverunt, ut nullum alium susciperent. (2) Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium substitutus, plurimi peieraverunt et post annum cum Felice eiecti sunt, quoad[1] Liberius, taedio victus exsilii et in haeretica pravitate subscribens, Romam quasi victor intraverat.

Ed. *A. Schoene* 2, 194 c. ML 27, 683, 12. Cf. *Prosper Tiro,* Epitoma Chronicon 1076, ad a. Chr. 348: n. 945.

## De identitate episcopi et presbyteri.

[Commentarius in Epistulam ad Titum (386—387) 1, 5, 9—13.]

631 (9) Idem est ergo presbyter qui et episcopus, et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent et diceretur in populis: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephae* [1 Cor 1, 12], communi presbyterorum consilio Ecclesiae gubernabantur. (10) Postquam vero unusquisque eos quos baptizaverat suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis Ecclesiae cura pertineret, et schismatum semina tollerentur.

632 (11) Putet aliquis non Scripturarum, sed nostram esse sententiam, episcopum et presbyterum unum esse, et aliud aetatis, aliud esse nomen officii; relegat Apostoli ad Philippenses verba dicentis: *Paulus et Timotheus servi Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum* [al. *et*] *episcopis et diaconis, gratia vobis et pax* [Phil 1, 1 sq], et reliqua. (12) Philippi una est urbs Macedoniae, et certe in una civitate plures, ut nuncupantur, episcopi esse non poterant. Sed quia eosdem episcopos illo tempore quos et presbyteros appellabant, propterea indifferenter de episcopis quasi de presbyteris est locutus.

633 (13) Adhuc hoc alicui videatur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur. In Actibus apostolorum scriptum est, quod cum venisset Apostolus Miletum, miserit Ephesum, et vocaverit presbyteros Ecclesiae eiusdem, quibus postea inter cetera sit locutus: *Attendite vobis*

---

[1] *Codd. Petavian. et Freherian.:* quia.

*et omni gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos pascere Ecclesiam Domini, quam acquisivit per sanguinem suum* [Act 20, 28]. Et hic diligentius observate, quomodo unius civitatis Ephesi presbyteros vocans, postea eosdem episcopos dixerit.

ML 26, 562 sq.

## De Petro apostolo.

[De viris illustribus (392) 1.]

(1) Simon Petrus, filius Ioannis, provinciae Galilaeae, e vico Bethsaida, frater Andreae apostoli [Mt 4, 18], et princeps apostolorum, post episcopatum Antiochensis Ecclesiae, et praedicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, et Bithynia [1 Petr 1, 1], secundo Claudii imperatoris anno, ad expugnandum Simonem Magum, Romam pergit, ibique viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis, id est, decimum quartum. (2) A quo et affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, et in sublime pedibus elevatis: asserens se indignum qui sic crucifigeretur ut Dominus suus. 634

(3) Scripsit duas *Epistulas*, quae catholicae nominantur: quarum secunda a plerisque eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. (4) Sed et Evangelium iuxta Marcum, qui auditor eius et interpres fuit, huius dicitur. (5) Libri autem, e quibus unus *Actorum* eius inscribitur, alius *Evangelii*, tertius *Praedicationis*, quartus *Apocalypseos*, quintus *Iudicii*, inter apocryphas scripturas repudiantur. (6) Sepultus Romae in Vaticano, iuxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebratur. 635

ML 23, 607 sq. *E. C. Richardson* in Texte und Untersuchungen hrsg. von *Gebhardt* und *Harnack* 14 (1896), 1, 6 sq.

## De Liberio Romano.

[Ib. 97.]

(1) Fortunatianus, natione Afer, Aquileiensis episcopus, imperante Constantio, in Evangelia, titulis ordinatis, brevi et rustico sermone scripsit commentarios. (2) Et in hoc habetur detestabilis, quod Liberium, Romanae urbis episcopum, pro fide ad exsilium per- 636

gentem primus sollicitavit ac fregit, et ad subscriptionem haereseos compulit.

ML 23, 697. *Richardson* l. c. 47.

## De exteriore specie Christi.

a. [Commentarius in Evangelium Matthaei (398) 9, 9.]

637 (1) *Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthaeum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum* [Mt 9, 9].

(2) Ceteri evangelistae propter verecundiam et honorem Matthaei noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixerunt Levi: duplici quippe vocabulo fuit. Ipse autem Matthaeus, secundum illud quod a Salomone praecipitur [*al.* dicitur]: *Iustus accusator est sui in principio sermonis* [Prov 18, 17], et in alio loco: *Dic tu peccata tua, ut iustificeris* [Is 43, 26], Matthaeum se et publicanum nominat, ut ostendat legentibus, nullum debere salutem desperare, si ad meliora conversus sit; cum ipse de publicano in apostolum sit repente mutatus.

638 (3) Arguit in hoc loco Porphyrius et Iulianus Augustus vel imperitiam historici mentientis, vel stultitiam eorum qui statim secuti sint Salvatorem, quasi irrationabiliter quemlibet vocantem hominem sint secuti, cum tantae virtutes tantaque signa praecesserint, quae apostolos, antequam crederent, vidisse non dubium est.

639 (4) Certe fulgor ipse et maiestas divinitatis occultae, quae etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide et succinis haec esse vis dicitur, ut annulos, et stipulam, et festucas sibi copulent, quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat quos volebat?

ML 26, 55 sq.

b. [Ep. 65 (Ad Principiam, circa 398), 8.]

*640 (1) *Speciosus forma prae filiis hominum* [Ps 44, 3]. In Hebraico: «Decore pulchrior es filiis hominum.» Finito prooemio, hinc narrationis exordium est, et fit apostropha ad ipsum amantissimum et dilectum et regem, cui dicentis opera consecrata sunt. (2) Quaeritur autem quomodo pulchrior sit cunctis filiis hominum, de quo legimus in Isaia: *Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed erat species eius inhonorata et deficiens a filiis hominum. Homo in plaga positus, et sciens ferre infirmitatem, quia avertit faciem suam* [Is 53, 2 sqq]. (3) Nec statim Scriptura dissonare videatur: quia ibi ignobilitas corporis propter flagella et sputa et alapas et clavos et iniurias patibuli commemoratur: hic pulchritudo virtutum in sacro et venerando corpore.

(4) Non quo divinitas Christi hominibus comparata 641
formosior sit; haec enim non habet comparationem: sed absque passionibus crucis, universis pulchrior est. Virgo de virgine, *qui non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est* [Io 1, 13] (5) Nisi enim habuisset et in vultu quiddam oculisque sidereum, numquam eum statim secuti fuissent apostoli, nec qui ad comprehendendum eum venerant, corruissent [cf. Io 18, 6]. (6) Denique et in praesenti testimonio, in quo ait: *Homo in plaga positus et sciens ferre infirmitatem*, reddit causas quare ista perpessus sit: *Quia avertit faciem suam*, id est, paululum divinitate subtracta, corpus iniuriae dereliquit. (7) Quidam hunc versiculum superioribus copulant, ut *speciosus forma prae filiis hominum*, non ad Christum, sed ad calamum referatur.

ML 22, 627 sqq.

## De nosocomio Fabiolae.

[Epistula 77 (Ad Oceanum, de morte Fabiolae, 399), 6.]

(1) Diu morati sumus in paenitentia, in qua velut in va- 642*
dosis locis resedimus, ut maior nobis et absque ullo impedimento se laudum eius campus aperiret. (2) Recepta sub oculis omnis Ecclesiae communione quid fecit? Scilicet in die bona malorum non oblita est [cf Eccli 11, 27]; et post naufragium rursum tentare noluit pericula navigandi. (3) Quin potius omnem censum, quem habere poterat (erat autem amplissimus et respondens generi eius), dilapidavit ac vendidit: et in pecuniam congregatum usibus pauperum praeparavit; et primo omnium νοσοκομεῖον instituit, in quo aegrotantes colligeret de plateis et consumpta languoribus atque inedia miserorum membra foveret. (4) Describam ego nunc diversas hominum calamitates, truncas nares, effossos oculos, semiustos pedes, luridas manus, tumentes alvos, exile femur, crura turgentia et de exesis ac putridis carnibus vermiculos bullientes? (5) Quoties morbo regio et pedore confectos humeris suis ipsa portavit? quoties lavit purulentam vulnerum saniem, quam alius aspicere non valebat? Praebebat cibos propria manu et spirans cadaver sorbitiunculis irrigabat. (6) Scio multos divites et religiosos ob stomachi angustiam exercere huiusmodi misericordiam per aliena ministeria et clementes esse pecunia, non manu. Quos equidem non reprobo et teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem: sed sicut imbecillitati stomachi veniam tribuo, sic perfectae mentis ardorem in caelum laudibus fero. (7) Magna fides ista contemnit. Scio [*al.* Scit] quid in Lazaro dives purpuratus aliquando non fecerit, quali superba mens

retributione damnata sit [cf. Lc 16]. Ille quem despicimus, quem videre non possumus, ad cuius intuitum nobis vomitus erumpit, nostri similis est, de eodem nobiscum formatus est luto, iisdem compactus elementis. Quidquid patitur, et nos pati possumus. Vulnera eius existimemus propria; et omnis animi in alterum duritia clementi in nosmetipsos cogitatione frangetur.

643 (8) «Non, mihi si linguae centum sint oraque centum, Ferrea vox, Omnia morborum percurrere nomina possim» [Aeneis 6, 625 sqq], quae Fabiola in tanta miserorum refrigeria commutavit, ut multi pauperum sani languentibus inviderent. (9) Quamquam illa simili liberalitate erga clericos et monachos ac virgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatum est? quem nudum et clinicum non Fabiolae vestimenta texerunt? in quos se indigentium eius non effudit praeceps et festina largitio? (10) Angusta misericordiae Roma fuit. Peragrabat ergo insulas et totum Etruscum mare Volscorumque provinciam et reconditos curvorum litorum sinus, in quibus monachorum consistunt chori, vel proprio corpore vel transmissa per viros sanctos ac fideles munificentia circumibat.

ML 22, 693 sq.

## CONCILIUM CAESARAUGUSTANUM[1] I 380.

### CANONES.

**2. Ut diebus Dominicis nullus ieiunet nec diebus Quadragesimae ab ecclesia absentet.**

644 Item legit: Ne quis ieiunet die Dominica causa temporis aut persuasionis aut superstitionis, et Quadragesimarum die ab ecclesiis non desint nec habitent latibula cubiculorum ac montium qui in his suspicionibus perseverant, sed exemplum et praeceptum custodiant sacerdotum et ad alienas villas agendorum conventuum causa non conveniant. Ab universis episcopis dictum est: Anathema sit qui hoc commiserit.

**3. Ut qui Eucharistiam in ecclesia accipit et ibi eam non sumit anathematizetur.**

645 Item legit: Eucharistiae gratiam si quis probatur acceptam in ecclesia non sumpsisse, anathema sit in perpetuum. Ab universis episcopis dictum est: Placet.

---

[1] *Zaragoza*, Hispaniae.

4. Ut tribus hebdomadis quae sunt ante Epiphaniam ab ecclesia nemo recedat.

Item legit: Viginti et uno die, quo a XVI. Kalendas 646
Ianuarias usque in diem Epiphaniae, qui est VIII. Idus Ianuarias, continuis diebus nulli liceat de ecclesia absentare, nec latere in domibus, nec secedere in villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam: quod qui non observaverit de susceptis, anathema sit in perpetuum. Ab universis episcopis dictum est: Anathema sit.

8. Ut ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.

Ita lectum est: Non velandas esse virgines, quae se 646[1]
Deo voverint, nisi quadraginta annorum probata aetate, quam sacerdos comprobaverit. Ab universis episcopis dictum est: Placet.

Lauchert 175 sq. Hard. 1, 805 sq. Msi 3, 633 sqq. Hf. 1, 744 sqq. HL 1, 2, 986 sq.

## CONCILIUM OECUM. CONSTANTINOPOLITANUM I 381.

### CANONES.

2. De ordine singularum dioecesium et de privilegiis, quae Alexandrinis et Antiochenis debentur.

(1) Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις Ἐκ- 647
κλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς Ἐκκλησίας· ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μόνον οἰκονομεῖν, τοὺς δὲ τῆς Ἀνατολῆς ἐπισκόπους τὴν Ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν, φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νικαίαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως

---

[Versio Dionysii Exigui.]

(1) Qui sunt super dioecesim episcopi, nequaquam ad 647
Ecclesias, quae sunt extra praefixos sibi terminos, accedant; nec eas hac praesumptione confundant; sed iuxta canones, Alexandrinus antistes quae sunt in Aegypto regat solummodo; et Orientis episcopi Orientem tantum gubernent, servatis privilegiis, quae Nicaenis canonibus Ecclesiae Antiochenae tributa sunt. Asianae quoque dioeceseos episcopi

ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν μόνην οἰκονομεῖν, καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς τὰ τῆς Ποντικῆς μόνον, καὶ τοὺς τῆς Θρᾴκης τὰ τῆς Θρᾳκικῆς μόνον οἰκονομεῖν.

(2) Ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ ἐπιβαίνειν ἐπὶ χειροτονίαις ἤ τισιν ἄλλαις οἰκονομίαις ἐκκλησιαστικαῖς. Φυλαττομένου δὲ τοῦ προγεγραμμένου περὶ τῶν διοικήσεων κανόνος, εὔδηλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικήσει, κατὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ ὡρισμένα.

(3) Τὰς δὲ ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἔθνεσι τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας οἰκονομεῖσθαι χρὴ κατὰ τὴν κρατήσασαν συνήθειαν παρὰ τῶν πατέρων.

### 3. De honoris primatu episcopi Constantinopolitani.

648 Τὸν μέντοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην.

Lauchert 84 sq. Hard. 1, 809. Msi 3, 557 sq. Hf. 2, 15 sqq. HL 2, 1, 21 sqq.

648a *Can. 1. Contra haereticos v. D 85; Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum ib 86.*

## Epistula synodica «Τὸ μὲν ὡς» ad Damasum Papam scripta 382.

[Apud *Theodoretum*, Hist. eccl. 5, 9.]

649 Inscriptio. Κυρίοις τιμιωτάτοις, καὶ εὐλαβεστάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς, Δαμάσῳ, Ἀμβροσίῳ, Βρίτ-

---

ea solum quae sunt in Asiana dioecesi dispensent: necnon et Ponti episcopi ea tantum quae sunt in Ponto; et Thraciarum, quae in Thraciis sunt, gubernent.

(2) Non vocati autem episcopi ultra suam dioecesim non accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes ecclesiasticas. Servata vero quae scripta est de gubernationibus regula, manifestum est, quod illa quae sunt per unamquamque provinciam, ipsius provinciae synodus dispenset, sicut Nicaeno constat decretum esse concilio.

(3) Ecclesias autem Dei in barbaricis gentibus constitutas gubernari convenit iuxta consuetudinem quae est a patribus observata.

648 Verumtamen Constantinopolitanus episcopus habeat honoris primatum post Romanum episcopum, propterea quod urbs ipsa sit iunior Roma.

649 Dominis honoratissimis, et reverendissimis fratribus et collegis, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Acholio,

τωνι, Οὐαλεριανῷ, Ἀχολίῳ, Ἀνεμίῳ, Βασιλείῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἁγίοις ἐπισκόποις, τοῖς συνεληλυθόσιν ἐν τῇ μεγαλοπόλει Ῥώμῃ, ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων, τῶν συνεληλυθότων ἐν τῇ μεγαλοπόλει Κωνσταντινουπόλει, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

1. (1) Τὸ μὲν ὡς ἀγνοοῦσαν διδάσκειν τὴν ὑμετέραν 650 εὐλάβειαν, καὶ διηγεῖσθαι τῶν παθημάτων τὸ πλῆθος, τῶν ἐπαχθέντων ἡμῖν παρὰ τῆς τῶν Ἀρειανῶν δυναστείας, περιττὸν ἴσως. (2) Οὔτε γὰρ οὕτω πάρεργον τὰ καθ' ἡμᾶς κρίνειν τὴν ὑμετέραν ἡγούμεθα θεοσέβειαν, ὡς δεῖσθαι τοῦ μαθεῖν ταῦτα, οἷς ἐχρῆν συναλγεῖν· οὔτε τοιοῦτοί τινες οἱ περισχόντες ἡμᾶς χειμῶνες, ὡς λανθάνειν ἀπὸ σμικρότητος. (3) Ὅ τε χρόνος τῶν διωγμῶν νεαρός, ἔναυλον ἔτι φυλάττων τὴν μνήμην, οὐ τοῖς πεπονθόσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δι' ἀγάπην τὰ τῶν πεπονθότων οἰκειουμένοις. (4) Χθὲς γὰρ ὡς εἰπεῖν ἔτι καὶ πρώην οἱ μὲν τῶν τῆς ἐξορίας λυθέντες δεσμῶν εἰς τὰς ἑαυτῶν Ἐκκλησίας διὰ μυρίων ἐπανήκασι θλίψεων· τῶν δὲ καὶ τελειωθέντων ἐν ταῖς ἐξορίαις ἐπανεκομίσθη τὰ λείψανα. Τινὲς δὲ καὶ μετὰ τὴν τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον, ἔτι βράζοντι τῷ τῶν αἱρετικῶν περιπεσόντες θυμῷ, πικρότερα τῶν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ἐπὶ τῆς οἰκείας ὑπέμειναν, λίθοις παρ' αὐτῶν τελειωθέντες κατὰ τὸν μακάριον Στέφανον. (5) Ἄλλοι διαφόροις καταξανθέντες αἰκίαις

---

Anemio, Basilio et reliquis sanctis episcopis in magna urbe Roma congregatis, sancta synodus orthodoxorum episcoporum, qui in magna urbe Constantinopoli convenerunt, in Domino salutem.

1. (1) Multitudinem calamitatum nobis ab Arianorum 650 potentia inflictarum reverentiam vestram velut eas ignorantem docere et enarrare supervacaneum videtur. (2) Neque enim tam parvi res nostras ducere arbitramur pietatem vestram, ut de his doceri opus habeant, quibus condolere oportebat, neque eiusmodi erant tempestates, quibus conflictati sumus, ut latere ob tenuitatem potuerint. (3) Sed et recens tempus persecutionum vivam adhuc servat memoriam, non in iis modo, qui passi sunt, sed in iis etiam, qui perpessorum aerumnas per caritatem participant. (4) Nam heri ferme, si dicere licet, ac nudius tertius quidam exsilii vinculis soluti ad Ecclesias suas per mille pericula rediere, mortuorumque in exsilio relatae sunt reliquiae. Quidam etiam post reditum ab exsilio in ferventem adhuc haereticorum furorem incurrentes, lapidibus ab iis sicut beatus Stephanus obruti graviora in patria quam in alieno solo pertulerunt. (5) Alii diversis suppliciis excarnificati

ἔτι τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ [cf. Gal 6, 17] καὶ τοὺς μώλωπας ἐν τῷ σώματι περιφέρουσι. (6) Χρημάτων δὲ ζημίας καὶ προτιμήσεις πόλεων, καὶ τὰς τῶν καθ' ἕνα δημεύσεις καὶ συσκευὰς καὶ ὕβρεις καὶ δεσμωτήρια, τίς ἂν ἐξαριθμήσασθαι δύναιτο; (7) Πᾶσαι γὰρ ὄντως ἐφ' ἡμᾶς αἱ θλίψεις ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν, ἴσως μὲν ἐπειδὴ δίκας ἁμαρτημάτων ἐτίναμεν, ἴσως δὲ καὶ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ διὰ τοῦ πλήθους τῶν παθημάτων ἡμᾶς γυμνάζοντος. (8) Τούτων μὲν οὖν τῷ Θεῷ χάρις, ὃς καὶ διὰ τοσούτων θλίψεων τοὺς ἑαυτοῦ δούλους ἐπαίδευσε, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ πάλιν ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν [cf. Ps 65, 12]. (9) Ἡμῖν δὲ μακρᾶς μὲν ἔδει σχολῆς, καὶ πολλοῦ χρόνου καὶ πόνου πρὸς τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπανόρθωσιν, ἵν' ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀρρωστίας, ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπιμελείαις τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας ἐκνοσηλεύοντες, πρὸς τὴν ἀρχαίαν τῆς εὐσεβείας ὑγίειαν ἐπαναγάγωμεν. (10) Καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα δοκοῦμεν τῆς τῶν διωγμῶν ἀπηλλάχθαι σφοδρότητος, καὶ τὰς ἐκκλησίας χρονίως παρὰ τῶν αἱρετικῶν κατασχεθείσας ἀρτίως ἀνακομίζεσθαι, πλὴν ἀλλὰ βαρεῖς ἡμῖν οἱ λύκοι, καὶ μετὰ τὸ τῆς μάνδρας ἐξωσθῆναι, κατὰ τὰς νάπας τὰ ποίμνια διαρπάζοντες, ἀντισυνάξεις τολμῶντες, δήμων κινοῦντες ἐπαναστάσεις, ὀκνοῦντες οὐδὲν εἰς τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν βλάβην. (11) Ἦν μὲν οὖν, ὅπερ εἰρήκαμεν, ἀναγκαῖον πλείονα ἡμᾶς προσασχοληθῆναι χρόνον.

---

stigmata Christi et vibices adhuc in corpore circumferunt. (6) Pecuniarum vero damna et multas civitatum et privatas singulorum proscriptiones, insidias, contumelias et carceres quis enumeret? (7) Revera enim cunctae in nos afflictiones multiplicatae sunt supra numerum, fortasse ut peccatorum poenas lueremus, fortasse benigno Deo nos per aerumnarum multitudinem exercente. (8) Pro his igitur Deo habenda est gratia, qui tantis afflictionibus servos suos erudivit et secundum multitudinem miserationum suarum rursus eduxit nos in refrigerium. (9) Nobis sane ad instaurandas Ecclesias diuturna opera longoque tempore et labore opus erat, ut corpus Ecclesiae tamquam ex diuturno morbo lentis sensim curationibus recreantes ad pristinam pietatis sanitatem revocaremus. (10) Quamvis enim persecutionum asperitate liberati maxime videmur et ecclesias omnes diu ab haereticis occupatas recipere: attamen molesti nobis sunt lupi, qui, etiamsi ab ovilibus eiecti sunt, ovium greges in silvis diripiunt, contrarios conventus agunt, populorum seditiones concitant, nihil denique, quod Ecclesiis nocere queat, praetermittunt. (11) Quare in his necesse nobis erat, ut diximus, longioris temporis operam collocare.

2. (1) Ἐπειδὴ μέντοι τὴν ἀδελφικὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην 651
ἐπιδεικνύμενοι, σύνοδον ἐπὶ τῆς Ῥώμης Θεοῦ βουλήσει συγκροτοῦντες, καὶ ἡμᾶς ὡς οἰκεῖα μέλη προσεκαλέσασθε διὰ τῶν τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως γραμμάτων, ἵν' ἐπειδὴ τότε τὰς θλίψεις μόνοι κατεδικάσθημεν, νῦν ἐν τῇ τῶν αὐτοκρατόρων περὶ τὴν εὐσέβειαν συμφωνίᾳ μὴ χωρὶς ἡμῶν βασιλεύσητε, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν συμβασιλεύσωμεν [cf. 1 Cor 4, 8]· εὐχὴ μὲν ἦν ἡμῖν, εἰ δυνατόν, ἅπασιν ἀθρόως καταλιποῦσι τὰς Ἐκκλησίας, τῷ πόθῳ ἢ τῇ χρείᾳ χαρίσασθαι. (2) Τίς γὰρ ἡμῖν δώσει πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθησόμεθα, καὶ πρὸς ὑμᾶς καταπαύσομεν [cf. Ps 54, 7]; (3) Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο παντελῶς ἐγύμνου τὰς Ἐκκλησίας, ἄρτι τῆς ἀνανεώσεως ἀρχομένας, καὶ τὸ πρᾶγμα παντάπασιν ἦν τοῖς πολλοῖς ἀδύνατον (συνδεδραμήκειμεν γὰρ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων τῶν παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος μετὰ τὴν ἐν Ἀκυληΐᾳ σύνοδον πρὸς τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα Θεοδόσιον ἐπισταλθέντων, πρὸς μόνην ταύτην τὴν ἀποδημίαν τὴν μέχρι Κωνσταντινουπόλεως παρεσκευασμένοι, καὶ περὶ ταύτης μόνης τῆς συνόδου τῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μεινάντων ἐπισκόπων συγκατάθεσιν ἐπαγόμενοι, μείζονος δὲ ἀποδημίας μήτε προσδοκήσαντες χρείαν, μήτε προακούσαντες ὅλως, πρὶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθεῖν· (4) πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τῆς προθεσμίας διὰ

---

2. (1) Nunc vero, postquam synodum Romae Dei nutu 651
congregantes nos etiam pro fraterna erga nos caritate vestra, tamquam membra propria, per religiosissimi imperatoris litteras evocastis, ne, quia soli tunc ad subeundas aerumnas fuimus addicti, nunc in ista imperatorum de pietate concordia soli regnetis, sed nos etiam vobiscum, ut ait Apostolus, *conregnemus*, optabamus, si fieri posset, omnes simul relictis Ecclesiis desiderio potius quam utilitati servire. (2) Quis enim nobis dabit *pennas sicut columbae*, ut volemus et requiescamus apud vos? (3) Verum quia hoc Ecclesias, quae nunc primum incipiunt restaurari, prorsus nudaret, et rem praestare omnino multi non poterant (conveneramus enim Constantinopolim, ad litteras a reverentia vestra superiore anno post concilium Aquileiense ad religiosissimum imperatorem Theodosium missas, ad hoc solum iter Constantinopolim usque instructi et de hac tantum synodo episcoporum, qui in provinciis remanserunt, consensum afferentes, cum de longioris profectionis onere nec suspicati essemus nec ante quidquam audissemus, quam Constantinopolim pervenimus: (4) cum

στενότητα, μήτε πρὸς παρασκευὴν μακροτέρας ἀποδημίας ἐνδιδούσης καιρόν, μήτε πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κοινωνικοὺς ἐπισκόπους ὑπομνησθῆναι, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν συγκαταθέσεις λαβεῖν)· (5) ἐπειδὴ ταῦτα καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἕτερα τὴν τῶν πλειόνων ἄφιξιν διεκώλυσεν, ὃ δεύτερον ἦν, εἴς τε τῶν πραγμάτων ἐπανόρθωσιν, καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας περὶ ἡμᾶς ἀγάπης ἀπόδειξιν, τοῦτο πεποιήκαμεν, τοὺς αἰδεσιμωτάτους καὶ τιμιωτάτους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν ἐπισκόπους, Κυριακόν, Εὐσέβιον καὶ Πρισκιανόν, προθύμως καμεῖν ἄχρις ὑμῶν δυσωπήσαντες· δι' ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν εἰρηνικὴν οὖσαν καὶ σκοπὸν ἑνώσεως ἔχουσαν ἐπιδείκνυμεν, καὶ τὸν ζῆλον ἡμῶν τὸν ὑπὲρ τῆς ὑγιοῦς πίστεως φανερὸν ποιοῦμεν.

652 3. (1) Ἡμεῖς γάρ, εἴτε διωγμούς, εἴτε θλίψεις, εἴτε βασιλείους ἀπειλάς, εἴτε τὰς τῶν ἀρχόντων ὠμότητας, εἴτε τινὰ πειρασμὸν ἕτερον παρὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπεμείναμεν, ὑπὲρ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως, τῆς ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας παρὰ τῶν τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα Πατέρων κυρωθείσης, ὑπέστημεν. (2) Ταύτην γὰρ καὶ ὑμῖν καὶ ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς μὴ διαστρέφουσι τὸν λόγον τῆς ἀληθοῦς πίστεως συναρέσκειν δεῖ, πρεσβυτάτην τε οὖσαν, καὶ ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος. (3) Δη-

---

praestituti quoque temporis angustia neque ad longius iter adornandum neque ad episcopos communionis nostrae, qui in provinciis erant, commonefaciendos eorumque consensus obtinendos satis esset): (5) quoniam haec multaque ad haec alia plurimos venire prohibebant, quod poximum erat, tum ad res constituendas tum ad vestram [nostram] erga nos [vos] benevolentiam declarandam fecimus, atque reverendissimos honoratissimosque fratres et collegas nostros episcopos Cyriacum, Eusebium et Priscianum exoravimus, ut proficiscendi ad vos laborem libenter susciperent, per quos et pacifica unitatemque spectans voluntas nostra et incensum sanae fidei studium patefiat.

652 3. (1) Nos etenim, sive persecutiones, sive cruciatus, sive imperatorias minas, sive crudelitatem iudicum, sive aliam quamcumque tentationem pertulimus, pro evangelica fide a trecentis decem et octo Patribus apud Nicaeam Bithyniae confirmata sustinuimus. (2) Hanc utique et vobis et nobis et omnibus, qui verae fidei verbum non pervertunt, probari convenit, ut quae antiquissima sit et baptismati consentanea, docens nos credere in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. (3) Ita

λαδὴ θεότητος καὶ δυνάμεως καὶ οὐσίας μιᾶς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος πιστευομένης, ὁμοτίμου τε τῆς ἀξίας, καὶ συναϊδίου τῆς βασιλείας, ἐν τρισὶ τελειοτάταις ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις· (4) ὡς μήτε τὴν Σαβελλίου νόσον χώραν λαβεῖν συγχεομένων τῶν ὑποστάσεων, εἴτ' οὖν τῶν ἰδιοτήτων ἀναιρουμένων, μήτε μὴν τῶν Εὐνομιανῶν καὶ Ἀρειανῶν καὶ Πνευματομάχων τὴν βλασφημίαν ἰσχύειν, τῆς οὐσίας, ἢ τῆς φύσεως, ἢ τῆς θεότητος τεμνομένης, καὶ τῇ ἀκτίστῳ καὶ ὁμοουσίῳ καὶ συναϊδίῳ Τριάδι μεταγενεστέρας τινός, ἢ κτιστῆς, ἢ ἑτεροουσίου φύσεως ἐπαγομένης. (5) Καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ Κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν, οὔτε ἄψυχον, οὔτε ἄνουν, ἢ ἀτελῆ τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν παραδεχόμενοι· ὅλον δὲ εἰδότες τέλειον μὲν πρὸ αἰώνων ὄντα Θεὸν Λόγον, τέλειον δὲ ἄνθρωπον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν γενόμενον. (6) Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν πίστιν, τὴν παρ' ἡμῶν ἀνυποστόλως κηρυττομένην, ὡς ἐν κεφαλαίῳ τοιαῦτα· περὶ ὧν καὶ ἐπὶ πλεῖον ψυχαγωγηθῆναι δυνήσεσθε, τῷ τε ἐν Ἀντιοχείᾳ τόμῳ παρὰ τῆς ἐκεῖ συνελθούσης συνόδου γεγενημένῳ καταξιώσαντες ἐντυχεῖν, καὶ τῷ πέρυσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει παρὰ τῆς οἰκουμενικῆς ἐκτεθέντι συνόδου, ἐν οἷς πλατύτερον τὴν πίστιν ὡμολογήσαμεν, καὶ τῶν

---

nimirum, ut una credatur divinitas et potentia et substantia Patris et Filii et Spiritus Sancti aequalisque dignitas et imperium coaeternum in tribus perfectissimis hypostasibus sive in tribus perfectis personis: (4) ut neque Sabellii pestis locum inveniat, qua hypostases confundantur tollanturque proprietates, neque Eunomianorum Arianorumque et eorum, qui Spiritum Sanctum oppugnant, vires habeat blasphemia, quae substantiam seu naturam et divinitatem discindit atque increatae et consubstantiali et coaeternae Trinitati posteriorem quandam aut creatam aut diversae substantiae naturam inducit. (5) Incarnationis quoque doctrinam incorruptam servamus, neque animae neque mentis expertem aut imperfectam carnis dispensationem suscipientes, sed totum scientes perfectum ante saecula Deum Verbum, perfectum in novissimis diebus salutis nostrae gratia hominem factum. (6) Quae igitur ad fidem attinent, quam aperte praedicamus, in summa sunt huiusmodi: de quibus amplius animis vestris satisfacere poteritis, si tomum synodi Antiochenae et eum, qui superiore anno Constantinopoli a synodo universali est editus, inspicere dignamini, ubi et fidei confessionem uberius exposui-

ἔναγχος καινοτομηθεισῶν αἱρέσεων ἀναθεματισμὸν ἔγγραφον πεποιήκαμεν.

653 4. (1) Περὶ δὲ τῶν οἰκονομιῶν τῶν κατὰ μέρος ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις, παλαιός τε, ὡς ἴστε, θεσμὸς κεκράτηκε καὶ τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ Πατέρων ὅρος, καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς τῆς ἐπαρχίας καί, εἴπερ ἐκεῖνοι βούλοιντο, σὺν αὐτοῖς τοὺς ὁμόρους πρὸς τὸ συμφέρον ποιεῖσθαι τὰς χειροτονίας. (2) Οἷς ἀκολούθως τάς τε λοιπὰς Ἐκκλησίας παρ' ἡμῖν οἰκονομεῖσθαι γινώσκετε, καὶ τῶν ἐπισημοτάτων Ἐκκλησιῶν ἀναδεδεῖχθαι τοὺς ἱερεῖς. (3) Ὅθεν τῆς μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει νεοπαγοῦς, ὡς ἂν εἴποι τις, Ἐκκλησίας, ἣν ὥσπερ ἐκ στόματος λέοντος [cf. 2 Tim 4, 17] τῆς τῶν αἱρετικῶν βλασφημίας ὑπόγυον ἐξηρπάσαμεν διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ [cf. Rom 12, 1], τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Νεκτάριον ἐπίσκοπον κεχειροτονήκαμεν, ἐπὶ τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου μετὰ κοινῆς ὁμονοίας, ὑπ' ὄψεσι καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, παντός τε τοῦ κλήρου, καὶ πάσης ἐπιψηφιζομένης τῆς πόλεως. (4) Τῆς δὲ πρεσβυτάτης καὶ ὄντως ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἐν ᾗ πρώτῃ τὸ τίμιον τῶν Χριστιανῶν ἐχρημάτισεν ὄνομα, τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Φλαβιανὸν οἵ τε τῆς ἐπαρχίας καὶ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως συνδραμόντες κανονικῶς ἐχειροτόνησαν,

---

mus et in recens adinventas haereses anathematis sententiam perscripsimus.

653 4. (1) De privata autem Ecclesiarum administratione antiquus, ut scitis, mos obtinuit sanctorumque Nicaeae Patrum definitio, ut in singulis provinciis episcopi provinciae, et, si ipsi velint, cum iis finitimi ordinationes secundum utilitatem peragant. (2) Qua ex forma scitote tum reliquas apud nos Ecclesias administrari tum illustrissimarum Ecclesiarum creatos fuisse sacerdotes. (3) Unde et novae, ut sic vocemus, Ecclesiae Constantinopolitanae, quam nuper ex haereticorum blasphemia tamquam ex ore leonis per Dei misericordiam eripuimus, reverendissimum religiosissimumque Nectarium in generali concilio communi omnium consensu et praesente religiosissimo imperatore Theodosio cleroque universo et cuncta suffragante civitate episcopum constituimus. (4) Et antiquissimae vereque apostolicae Antiochenae in Syria Ecclesiae, in qua prima venerandum Christianorum nomen auditum est, reverendissimum et religiosissimum episcopum Flavianum provinciae simul et dioecesis orientalis convenientes episcopi canonice ordinarunt tota Ecclesia consentiente et quasi

πάσης συμψήφου τῆς Ἐκκλησίας ὥσπερ διὰ μιᾶς φωνῆς τὸν ἄνδρα τιμησάσης· ἥνπερ ἔνθεσμον χειροτονίαν ἐδέξατο καὶ τὸ τῆς συνόδου κοινόν. (5) Τῆς δέ γε μητρὸς ἁπασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις τὸν αἰδεσιμώτατον καὶ θεοφιλέστατον Κύριλλον ἐπίσκοπον εἶναι γνωρίζομεν, κανονικῶς τε παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας χειροτονηθέντα πάλαι, καὶ πλεῖστα πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς ἐν διαφόροις τόποις ἀθλήσαντα.

5. (1) Οἷς, ὡς ἐνθέσμως καὶ κανονικῶς παρ' ἡμῖν κεκρατη- 654
κόσι, καὶ τὴν ὑμετέραν συγχαίρειν παρακαλοῦμεν εὐλάβειαν, τῆς πνευματικῆς μεσιτευούσης ἀγάπης καὶ τοῦ κυριακοῦ φόβου πᾶσαν μὲν καταστέλλοντος ἀνθρωπίνην προσπάθειαν, τὴν δὲ τῶν Ἐκκλησιῶν οἰκοδομὴν προτιμοτέραν ποιοῦντος τῆς πρὸς τὸν καθ' ἕνα συνηθείας ἢ χάριτος. (2) Οὕτω γὰρ τοῦ τε τῆς πίστεως συμφωνηθέντος λόγου, καὶ τῆς Χριστιανικῆς κυρωθείσης ἐν ἡμῖν ἀγάπης, παυσόμεθα λέγοντες τὸ παρὰ τῶν ἀποστόλων κατεγνωσμένον· «Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δέ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ» [1 Cor 1, 12]· πάντες δὲ Χριστοῦ φανέντες, ὃς ἐν ἡμῖν οὐ μεμέρισται [cf. 1 Cor 1, 13], Θεοῦ καταξιοῦντος, ἄσχιστον τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας τηρήσομεν καὶ τῷ βήματι τοῦ Κυρίου μετὰ παρρησίας παραστησόμεθα [cf. Rom 14, 10].

(3) Ταῦτα κατά τε τῆς Ἀρείου καὶ Ἀετίου καὶ Εὐνομίου μανίας, καὶ μέντοι καὶ κατὰ Σαβελλίου καὶ Φωτεινοῦ καὶ

---

uno ore virum collaudante. Quam quidem legitimam ordinationem synodus quoque universalis comprobavit. (5) Matris vero Ecclesiarum omnium Hierosolymitanae reverendissimum et religiosissimum Cyrillum episcopum esse significamus, qui et canonice olim fuit ab episcopis provinciae ordinatus et cum Arianis plurimum diversis in locis decertavit.

5. (1) Quibus tamquam legitime et canonice apud nos 654
constitutis vestram quoque reverentiam gratulari obsecramus, intercedente spiritali caritate et Domini timore humanum omnem affectum coercente Ecclesiarumque aedificationem pluris duci faciente quam privatam erga unumquemque voluntatem et gratiam. (2) Sic enim et fidei doctrina consonante et Christiana in nobis caritate confirmata desinemus illud dicere, quod ab apostolis damnatum est: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae,* atque omnes nos Christi esse ostendentes, qui in nobis divisus non est, indiscerptum Deo favente corpus Ecclesiae conservabimus et ad Domini tribunal cum fiducia comparebimus.

(3) Haec illi adversus Arii et Aetii et Eunomii dementiam itemque contra Sabellium et Photinum et Marcellum Pau-

Μαρκέλλου Παύλου τε τοῦ Σαμοσατέως καὶ Μακεδονίου γεγράφασιν. (4) Ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν Ἀπολλιναρίου καινοτομίαν προφανῶς ἀπεκήρυξαν, εἰρηκότες· «Καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δὲ τοῦ Κυρίου λόγον ἀδιάστροφον σώζομεν, οὔτε ἄψυχον, οὔτε ἄνουν, ἢ ἀτελῆ τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν παραδεχόμενοι.»

CB Theodoret (ed. *L. Parmentier*) 289 sqq. MG 82, 1211 sqq.

## FAUSTINI ET MARCELLINI PRESBYTERORUM ad Valentinianum II. et Theodosium I. libellus 383/84.

### Quae gesta sunt inter Liberium et Felicem episcopos.

[Praefatio 1—6.]

655 (1) Temporibus Constantii imperatoris, filii Constantini, durior orta est persecutio Christianorum ab impiis haereticis Arianis, annitente Constantio, qui et Athanasium episcopum resistentem haereticis persecutus est et, ut damnaretur ab omnibus episcopis, imperavit. Quod etiam metu principis facere tentaverunt omnes ubique pontifices, inauditum innocentemque damnantes. (2) Sed Liberius Romanus episcopus et Eusebius Vercellensis et Lucifer Caralitanus et Hilarius Pictavensis dare sententiam noluerunt. Hi ergo mittuntur in exsilium pro fide servanda. (3) Cum Liberio Damasus diaconus eius se simulat proficisci; unde fugiens de itinere Romam redit ambitione corruptus. Sed eo die quo Liberius ad exsilium proficiscebatur, clerus omnis, id est presbyteri et archidiaconus Felix et ipse Damasus diaconus et cuncta Ecclesiae officia, omnes pariter praesente populo Romano sub iureiurando firmaverunt, se vivente Liberio pontificem alterum nullatenus habituros. (4) Sed clerus contra fas, quod minime decebat, cum summo periurii scelere, Felicem archidiaconum ordinatum in locum Liberii episcopum susceperunt. Quod factum universo populo displicuit et se ab eius processione suspendit.

656 (5) Post annos duos venit Romam Constantius imperator; pro Liberio rogatur a populo; qui mox annuens ait: «Habetis Liberium, qui qualis a vobis proiectus

---

lumque Samosatenum et Macedonium conscripsere. (4) Quin etiam Apollinarii novitatem similiter aperte damnarunt, cum dixerunt: «Incarnationis quoque doctrinam incorruptam servamus neque animae neque mentis expertem aut imperfectam carnis dispensationem suscipientes.»

est, melior revertetur.» Hoc autem de consensu eius, quo manus perfidiae dederat, indicabat. (6) Tertio anno redit Liberius, cui obviam cum gaudio populus Romanus exivit. Felix notatus a senatu vel populo de urbe propellitur, et post parum temporis, impulsu clericorum qui peiuraverant, irrumpit in urbem et stationem in ⟨basilica⟩ Iulii trans Tiberim dare praesumit. Quem omnis multitudo fidelium et proceres de urbe iterum cum magno dedecore proiecerunt.

CV 35 (Collectio Avellana ed. *O. Guenther*), 1 sq. ML 13, 81.

## SIRICIUS PAPA 384—399.

### De relapsis ante mortem demum per communionem sublevandis.

[Epistula 1 (ad Himerium ep Tarraconensen, 2. Febr. 385), 6, 1—3.]

(1) De his vero non incongrue dilectio tua Apostolicam 657
Sedem crediđit consulendam, qui, acta paenitentia, tamquam canes et sues ad vomitus pristinos et volutabra redeuntes [cf. 2 Petr 2, 22 et Prov 26, 11], et militiae cingulum et ludicras voluptates et nova coniugia et inhibitos denuo appetivere concubitus, quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii prodiderunt. (2) De quibus, quia iam suffugium non habent paenitendi, id duximus decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur, sacrae mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint; a Dominicae autem mensae convivio segregentur, ut hac saltem districtione correpti et ipsi in se sua errata castigent et aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscoenis cupiditatibus retrahantur. (3) Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cum ad Dominum coeperint proficisci, per communionis gratiam volumus sublevari.

ML 13, 1137.

### De caelibatu a sacerdotibus et levitis servando.

[Ib. 8, 3 ad 10, 4.]

8. (3) Plurimos enim sacerdotes Christi atque levitas, 658
post longa consecrationis suae tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse et crimen suum hac praescriptione defendere, quia in Veteri Testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa.

659 9. (1) Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum praeceptorque vitiorum: Si aestimat, quia in lege Moysi passim sacris ordinibus a Domino laxata sunt frena luxuriae, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, praemonet dicens: *Sancti estote, quia et ego sanctus sum Dominus Deus vester* [Lv 20, 7]? Cur etiam procul a suis domibus, anno vicis suae, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? (2) Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut conscientiae integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerrent. (3) Quibus expleto deservitionis suae tempore, uxorius usus solius successionis causa fuerat relaxatus; quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quisquam ad Dei ministerium fuerat praeceptus admitti.

660 10. (1) Unde et Dominus Iesus, cum nos suo illustrasset adventu, in Evangelio protestatur, quia Legem venerit implere, non solvere [cf. Mt 5, 17]. (2) Et ideo Ecclesiae, cuius sponsus est, formam castitatis voluit splendore radiare [cf. Mt 5, 27], ut in die iudicii, cum rursus advenerit, sine macula et ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit [cf. Eph 5, 27], reperire. (3) Quarum sanctionum omnes sacerdotes atque levitae insolubili lege constringimur, ut a die ordinationis nostrae sobrietati ac pudicitiae et corda nostra mancipemus et corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quae quotidie offerimus, sacrificiis placeamus. (4) *Qui autem in carne sunt*, dicente electionis vase, *Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis* [Rom 8, 8 sq]. Et ubi poterit, nisi in corporibus, sicut legimus, sanctis, Dei Spiritus habitare?

ML 13, 1138 sq.

*660 a Siricii dicta sive decreta de primatu Romani Pontificis et de baptismo haereticorum, de ordinationibus monachorum et de virginitate B. M. V. v. D 87 sq et 90 sq, laudem Liberii 88.*

## PEREGRINATIO AETHERIAE (SILVIAE) AD LOCA SANCTA scripta circa 395.

### De Hebdomade sancta et die Paschatis Hierosolymis celebratis.

[Cap. 30—41.]

*661 30. (1) Alia ergo die, id est Dominica, qua intratur in septimana paschale, quam hic appellant Septimana maior,

celebratis de pullorum cantu his, quae consuetudinis sunt in Anastase vel ad Crucem usque ad mane agi: die ergo Dominica mane proceditur iuxta consuetudinem in ecclesia maiore, quae appellatur Martyrium. Propterea autem Martyrium appellatur, quia in Golgotha est, id est post Crucem, ubi Dominus passus est, et ideo Martyrio. (2) Cum ergo celebrata fuerint omnia iuxta consuetudinem in ecclesia maiore, et antequam fiat missa, mittet vocem archidiaconus et dicit primum: «Ista septimana omne, id est de die crastino, hora nona, omnes ad Martyrium conveniamus, id est in ecclesia maiore.» Item mittet vocem alteram et dicet: «Hodie omnes hora septima in Eleona parati simus.» (3) Facta ergo missa in ecclesia maiore, id est ad Martyrium, deducitur episcopus cum ymnis ad Anastase et ibi completis, quae consuetudo est diebus Dominicis fieri in Anastase post missa Martyrii, et iam unusquisque hiens ad domum suam festinat manducare, ut hora inchoante septima omnes in ecclesia parati sint, quae est in Eleona, id est in monte Oliveti, ubi est spelunca illa, in qua docebat Dominus.

31. (1) Hora ergo septima omnis populus ascendet in 662
monte Oliveti, id est in Eleona, in ecclesia, sed et episcopus; dicuntur ymni et antiphonae aptae diei ipsi vel loco, lectiones etiam similiter. Et cum coeperit se facere hora nona, subitur cum ymnis in Inbomon, id est in eo loco, de quo ascendit Dominus in caelis, et ibi seditur; nam omnis populus semper praesente episcopo iubetur sedere, tantum quod diacones soli stant semper. Dicuntur et ibi ymni vel antiphonae aptae loco aut diei: similiter et lectiones interpositae et orationes. (2) Et iam cum coeperit esse hora undecima, legitur ille locus de Evangelio, ubi infantes cum ramis vel palmis occurrerunt Domino dicentes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini* [Mt 21, 9]. Et statim levat se episcopus et omnis populus, porro inde de summo monte Oliveti totum pedibus itur. Nam totus populus ante ipsum cum ymnis vel antiphonis respondentes semper: «Benedictus, qui venit in nomine Domini.» (3) Et quotquot sunt infantes in hisdem locis, usque etiam qui pedibus ambulare non possunt, quia teneri sunt, in collo illos parentes sui tenent, omnes ramos tenentes alii palmarum, alii olivarum; et sic deducetur episcopus in eo typo, quo tunc Dominus deductus est. (4) Et de summo monte usque ad civitatem et inde ad Anastase per totam civitatem totum pedibus omnes, sed et si quae matronae sunt aut si qui domini, sic deducunt episcopum respondentes et sic lente et lente, ne lassetur populus, porro iam sera pervenitur ad Anastase. Ubi cum ventum fuerit, quamlibet sero sit, tamen fit lucernare, fit denuo oratio ad Crucem et dimittitur populus.

663 32. (1) Item alia die, id est secunda feria, aguntur, quae consuetudinis sunt de pullo primo agi usque ad mane ad Anastase, similiter et ad tertia et ad sexta aguntur ea, quae totis Quadragesimis. Ad nona autem omnes in ecclesia maiore, id est ad Martyrium, colligent se et ibi usque ad horam primam noctis semper ymni et antiphonae dicuntur, lectiones etiam aptae diei et loco leguntur; interpositae semper orationes. (2) Lucernarium etiam agitur ibi, cum coeperit hora esse; sic est ergo ut nocte etiam fiat missa ad Martyrium. Ubi cum facta fuerit missa, inde cum ymnis ad Anastase deducitur episcopus. In quo autem ingressus fuerit in Anastase, dicitur unus ymnus, fit oratio, benedicuntur cathecumini, item fideles et fit missa.

664 33. (1) Item tertia feria similiter omnia fiunt sicut secunda feria. Illud solum additur tertia feria, quod nocte sera, posteaquam missa facta fuerit ad Martyrium et itum fuerit ad Anastase et denuo in Anastase missa facta fuerit, omnes illa hora noctu vadent in ecclesia, quae est in monte Eleona. (2) In qua ecclesia, cum ventum fuerit, intrat episcopus intra spelunca, in qua spelunca solebat Dominus docere discipulos, et accipit codicem Evangelii et stans ipse episcopus leget verba Domini, quae scripta sunt in Evangelio in cata Matheo, id est ubi dicit: *Videte, ne quis vos seducat* [Mt 24, 4]. Et omnem ipsam allocutionem perleget episcopus. At ubi autem illa perlegerit, fit oratio, benedicuntur cathecumini, item et fideles, fit missa et revertuntur a monte unusquisque ad domum suam satis sera iam nocte.

665 34. (1) Item quarta feria aguntur omnia per tota die a pullo primo sicut secunda feria et tertia feria, sed posteaquam missa facta fuerit nocte ad Martyrium et deductus fuerit episcopus cum ymnis ad Anastase, statim intrat episcopus in spelunca, quae est in Anastase, et stat intra cancellos. (2) Presbyter autem ante cancellum stat et accipit Evangelium et legit illum locum, ubi Iudas Scariothes hivit ad Iudeos et definivit quid ei darent, ut traderet Dominum. Qui locus at ubi lectus fuerit, tantus rugitus et mugitus est totius populi, ut nullus sit, qui moveri non possit in lacrimis in ea hora. Postmodum fit oratio, benedicuntur cathecumini, postmodum fideles et fit missa.

666 35. (1) Item quinta feria aguntur ea de pullo primo, quae consuetudinis est usque ad mane ad Anastase, similiter ad tertia et ad sexta. Octava autem hora iuxta consuetudinem ad Martyrium colliget se omnis populus, propterea autem temporius quam ceteris diebus, quia citius missa fieri necesse est. Itaque ergo collecto omni populo aguntur, quae agenda sunt, fit ipsa die oblatio ad Martyrium et facitur missa hora forsitan decima ibidem. Antea autem quam fiat missa,

mittet vocem archidiaconus et dicet: «Hora prima noctis omnes in ecclesia, quae est in Eleona, conveniamus quoniam maximus labor nobis instat hodie nocte ista.» (2) Facta ergo missa Martyrii venitur post Crucem, dicitur ibi unus ymnus tantum, fit oratio et offeret episcopus ibi oblationem et communicant omnes. Excepta enim ipsa die una per totum annum nunquam offeritur post Crucem nisi ipsa die tantum. Facta ergo et ibi missa itur ad Anastase, fit oratio, benedicuntur iuxta consuetudinem cathecumini et sic fideles et fit missa. Et sic unusquisque festinat reverti in domum suam, ut manducet, quia statim ut manducaverint, omnes vadent in Eleona in ecclesia ea, in qua est spelunca, in qua ipsa die Dominus cum apostolis fuit. (3) Et ibi usque ad hora noctis forsitan quinta semper aut ymni aut antiphonae aptae diei et loco, similiter et lectiones dicuntur, interpositae orationes fiunt, loca etiam ea de Evangelio leguntur, in quibus Dominus allocutus est discipulos eadem die sedens in eadem spelunca, quae in ipsa ecclesia est. (4) Et inde iam hora noctis forsitan sexta itur susu in Imbomon cum ymnis in eo loco, unde ascendit Dominus in caelis. Et ibi denuo similiter lectiones et ymni et antiphonae aptae diei dicuntur, orationes etiam ipsae, quaecunque fiunt, quas dicet episcopus, semper et diei et loco aptas dicet.

36. (1) Ac sic ergo cum coeperit esse pullorum cantus, 667
descenditur de Imbomon cum ymnis et acceditur eodem loco, ubi oravit Dominus, sicut scriptum est in Evangelio: *Et accessit quantum iactus lapidis et oravit* [Lc 22, 41] et cetera. In eo enim loco ecclesia est elegans. Ingreditur ibi episcopus et omnis populus, dicitur ibi oratio apta loco et diei, dicitur etiam unus ymnus aptus, et legitur ipse locus de Evangelio, ubi dixit discipulis suis: *Vigilate, ne intretis in temptationem* [Mc 14, 38]. Et omnis ipse locus perlegitur ibi et fit denuo oratio. (2) Et iam inde cum ymnis usque ad minimus infans in Gessamani pedibus cum episcopo descendent, ubi prae tam magna turba multitudinis et fatigati de vigiliis et ieiuniis cotidianis lassi, quia tam magnum montem necesse habent descendere, lente et lente cum ymnis venitur in Gessamani. Candelae autem ecclesiasticae super ducentae paratae sunt propter lumen omni populo. (3) Cum ergo perventum fuerit in Gessamani, fit primum oratio apta, sic dicitur ymnus, item legitur ille locus de Evangelio, ubi comprehensus est Dominus. Qui locus ad quod lectus fuerit, tantus rugitus et mugitus totius populi est cum fletu, ut forsitan porro ad civitatem gemitus populi omnis auditus sit. Et iam ex illa hora hitur ad civitatem pedibus cum ymnis, pervenitur ad portam ea hora, qua incipit quasi homo hominem cognoscere, inde totum per mediam civitatem omnes usque ad unum, maiores atque minores, divites, pauperes, toti ibi parati, specialiter illa

die nullus recedit a vigiliis usque in mane. Sic deducitur episcopus a Gessamani usque ad portam et inde per totam civitatem usque ad Crucem. (4) Ante Crucem autem at ubi ventum fuerit, iam lux quasi clara incipit esse. Ibi denuo legitur ille locus de Evangelio, ubi adducitur Dominus ad Pilatum, et omnia quaecumque scripta sunt Pilatum ad Dominum dixisse aut ad Iudeos totum legitur. (5) Postmodum autem alloquitur episcopus populum confortans eos, quoniam et tota nocte laboraverint et adhuc laboraturi sint ipsa die, ut non lassentur, sed habeant spem in Deo, qui eis pro eo labore maiorem mercedem redditurus sit. Et sic confortans eos, ut potest ipse, alloquens dicit eis: «Ite interim nunc unusquisque ad domumcellas vestras, sedete vobis et modico, et ad horam prope secundam diei omnes parati estote hic, ut de ea hora usque ad sexta sanctum lignum crucis possitis videre ad salutem sibi unusquisque nostrum credens profuturum; de hora enim sexta denuo necesse habemus hic omnes convenire in isto loco, id est ante Crucem, ut lectionibus et orationibus usque ad noctem operam demus.»

668 37. (1) Post hoc ergo missa facta de Cruce, id est antequam sol procedat, statim unusquisque animosi vadent in Syon orare ad columnam illam, ad quam flagellatus est Dominus. Inde reversi sedent modice in domibus suis et statim toti parati sunt. Et sic ponitur cathedra episcopo in Golgotha post Crucem, quae stat nunc, residet episcopus in cathedra, ponitur ante eum mensa sublinteata, stant in giro mensa diacones et affertur loculus argenteus deauratus, in quo est lignum sanctum crucis, aperitur et profertur, ponitur in mensa tam lignum crucis quam titulus. (2) Cum ergo positum fuerit in mensa, episcopus sedens de manibus suis summitates de ligno sancto premet, diacones autem, qui in giro stant, custodent. Hoc autem propterea sic custoditur, quia consuetudo est, ut unus et unus omnis populus veniens, tam fideles quam cathecumini, acclinantes se ad mensam osculentur sanctum lignum et pertranseant. Et quoniam nescio quando dicitur quidam fixisse morsum et furasse de sancto ligno, ideo nunc a diaconibus, qui in giro stant, sic custoditur, ne qui veniens audeat denuo sic facere. (3) Ac sic ergo omnis populus transit unus et unus toti acclinantes se, primum de fronte, sic de oculis tangentes crucem et titulum, et sic osculantes crucem pertranseunt, manum autem nemo mittit ad tangendum. At ubi autem osculati fuerint crucem ⟨et⟩ pertransierint, stat diaconus, tenet anulum Salomonis et cornu illud, de quo reges unguebantur. Osculantur et cornu, attendunt et anulum ... [1] minus secunda ... [1] usque ad horam

[1] Hic lacuna in manuscripto est.

sextam omnis populus transit, per unum ostium intrans, per alterum perexiens, quoniam hoc in eo loco fit, in quo pridie, id est quinta feria, oblatio facta est. (4) At ubi autem hora sexta se fecerit, sic itur ante Crucem, sive pluvia, sive aestus sit, quia ipse locus subdivanus est, id est quasi atrium valde grande et pulchrum satis, quod est inter Cruce et Anastase. Ibi ergo omnis populus se colliget, ita ut nec aperiri possit. (5) Episcopo autem cathedra ponitur ante Cruce, et de sexta usque ad nona aliud nichil fit, nisi leguntur lectiones sic: id est ita legitur primum de Psalmis ubicumque de passione dixit, legitur et de Apostolo sive de Epistulis apostolorum vel de Actionibus, ubicumque de passione Domini dixerunt, nec non et de Evangeliis leguntur loca, ubi patitur. Item legitur de Prophetis, ubi passurum Dominum dixerunt, item legitur de Evangeliis, ubi de passione dicit. (6) Ac sic ab hora sexta usque ad horam nonam semper sic leguntur lectiones aut dicuntur ymni, ut ostendatur omni populo, quia quicquid dixerunt Prophetae futurum de passione Domini, ostendatur tam per Evangelia quam etiam per Apostolorum scripturas factum esse. Et sic per illas tres horas docetur populus omnis nichil factum esse, quod non prius dictum sit, et nichil dictum esse, quod non totum completum sit. Semper autem interponuntur orationes, quae orationes et ipsae aptae diei sunt. (7) Ad singulas autem lectiones et orationes tantus affectus et gemitus totius populi est, ut mirum sit; nam nullus est neque maior neque minor, qui non illa die illis tribus horis tantum ploret, quantum nec aestimari potest, Dominum pro nobis ea passum fuisse. Post hoc cum coeperit se iam hora nona facere, legitur iam ille locus de Evangelio cata Iohannem, ubi reddidit spiritum; quo lecto iam fit oratio et missa. (8) At ubi autem missa facta fuerit de ante Cruce, statim omnes in ecclesia maiore ad Martyrium ⟨procedunt et⟩ aguntur ea, quae per ipsa septimana de hora nona, qua ad Martyrium convenitur, consueverunt agi usque ad sero per ipsa septimana. Missa autem facta de Martyrium venitur ad Anastase; et ibi cum ventum fuerit, legitur ille locus de Evangelio, ubi petit corpus Domini Ioseph a Pilato ⟨et⟩ ponet illud in sepulcro novo. Hoc autem lecto fit oratio, benedicuntur cathecumini, sic fit missa. (9) Ipsa autem die non mittitur vox, ut pervigiletur ad Anastase, quoniam scit populum fatigatum esse, sed consuetudo est, ut pervigiletur ibi. Ac sic qui vult de populo, immo qui possunt, vigilant, qui autem non possunt, non vigilant ibi usque in mane, clerici autem vigilant ibi, id est qui aut fortiores sunt aut iuveniores; et tota nocte dicuntur ibi ymni et antiphonae usque ad mane. Maxima autem turba pervigilant, alii de sera, alii de media nocte, qui ut possunt.

669 38. (1) Sabbato autem alia die iuxta consuetudinem fit ad tertia, item fit ad sexta; ad nonam autem iam non fit sabbato, sed parantur vigiliae paschales in ecclesia maiore, id est in Martyrium. Vigiliae autem paschales sic fiunt, quemadmodum ad nos; hoc solum hic amplius fit, quod infantes, cum baptidiati fuerint et vestiti, quemadmodum exierint de fonte, simul cum episcopo primum ad Anastase ducuntur. (2) Intrat episcopus intro cancellos Anastasis, dicitur unus ymnus, et sic facit orationem episcopus pro eis, et sic venit ad ecclesiam maiorem cum eis, ubi iuxta consuetudinem omnis populus vigilat. Aguntur ibi, quae consuetudinis est etiam et aput nos, et facta oblatione fit missa. Et post facta missa vigiliarum in ecclesia maiore statim cum ymnis venitur ad Anastase et ibi denuo legitur ille locus Evangelii resurrectionis, fit oratio et denuo ibi offeret episcopus; sed totum ad momentum fit propter populum, ne diutius tardetur, et sic iam dimittetur populus. Ea autem hora fit missa vigiliarum ipsa die, qua hora et aput nos.

670 39. (1) Sero autem illi dies paschales sic attenduntur quemadmodum et ad nos, et ordine suo fiunt missae per octo dies paschales, sicut et ubique fit per Pascha usque ad octavas. Hic autem ipse ornatus est et ipsa compositio et per octo dies Paschae, quae et per Epiphania, tam in ecclesia maiore quam ad Anastase aut ad Crucem vel in Eleona, sed et in Bethleem nec non etiam in Lazariu vel ubique, quia dies paschales sunt. (2) Proceditur autem ipsa die Dominica prima in ecclesia maiore, id est ad Martyrium, et secunda feria, et tertia feria, ubi ita tamen, ut semper missa facta de Martyrio ad Anastase veniatur cum ymnis. Quarta feria autem in Eleona proceditur, quinta feria ad Anastase, sexta feria in Syon, sabbato ante Cruce, Dominica autem die, id est octavis, denuo in ecclesia maiore, id est ad Martyrium. (3) Ipsis autem octo diebus paschalibus cotidie post prandium episcopus cum omni clero et omnibus infantibus, id est qui baptidiati fuerint, et omnibus, qui aputactitae sunt viri et feminae, nec non etiam et de plebe quanti volunt, in Eleona ascendent. Dicuntur ymni, fiunt orationes tam in ecclesia, quae in Eleona est, in qua est spelunca, in qua docebat Iesus discipulos, tam etiam in Imbomon, id est in eo loco, de quo Dominus ascendit in caelis. (4) Et posteaquam dicti fuerint psalmi et oratio facta fuerit, inde usque ad Anastase cum ymnis descenditur hora lucernae; hoc per totos octo dies fit. Sane Dominica die per Pascha post missa lucernarii, id est de Anastase, omnis populus episcopum cum ymnis in Syon ducet. (5) Ubi cum ventum fuerit, dicuntur ymni apti diei et loco, fit oratio et legitur ille locus de Evangelio, ubi eadem die Dominus in

eodem loco, ubi ipsa ecclesia nunc in Syon est, clausis ostiis ingressus est discipulis, id est, quando tunc unus ex discipulis ibi non erat, id est Thomas, qua reversus est et dicentibus ei aliis apostolis, quia Dominum vidissent, ille dixit: *Non credo, nisi videro* [Io 20, 25]. Hoc lecto fit denuo oratio, benedicuntur cathecumini, item fideles et revertuntur unusquisque ad domum suam sera hora forsitan noctis secunda.

40. (1) Item octavis Paschae, id est die Dominica, statim 671
post sexta omnis populus cum episcopo ad Eleona ascendit; primum in ecclesia, quae ibi est, aliquandiu sedetur, dicuntur ymni, dicuntur antiphonae aptae diei et loco, fiunt orationes similiter aptae diei et loco. Denuo inde cum ymnis itur in Imbomon susu, similiter et ibi ea aguntur, quae et illic. Et cum coeperit hora esse, iam omnis populus et omnes aputactitae deducunt episcopum cum ymnis usque ad Anastase. Ea autem hora pervenitur ad Anastase, qua lucernarium fieri solet. (2) Fit ergo lucernarium tam ad Anastase quam ad Crucem et inde omnis populus usque ad unum cum ymnis ducunt episcopum usque ad Syon. Ubi cum ventum fuerit, similiter dicuntur ymni apti loco et diei, legitur denuo et ille locus de evangelio, ubi octavis Paschae ingressus est Dominus, ubi erant discipuli, et arguet Thomam, quare incredulus fuisset. Et tunc omnis ipsa lectio perlegitur, postmodum fit oratio, benedictis ⟨tam⟩ cathecuminis quam fidelibus iuxta consuetudinem revertuntur unusquisque ad domum suam similiter ut die Dominica Paschae hora noctis secunda.

41. (1) A Pascha autem usque ad Quinquagesima, id est 672
Pentecosten, hic penitus nemo ieiunat, nec ipsi aputactitae qui sunt. Nam semper ipsos dies sicut toto anno ita ad Anastase de pullo primo usque ad mane consuetudinaria aguntur, similiter et ad sexta et ad lucernare. (2) Dominicis autem diebus semper in Martyrio, id est in Ecclesia maiore, proceditur iuxta consuetudinem et inde itur ad Anastase cum ymnis. Quarta feria autem et sexta feria quoniam ipsis diebus penitus nemo ieiunat, in Syon proceditur, sed mane; fit missa ordine suo.

CV 39 (ed. *P. Geyer*), 82 sqq. Ed. *W. Heraeus* (Heidelberg 1908, Winter) 38 sqq.

## AMMIANUS MARCELLINUS scripsit 390 sqq.

### Liberius Papa Constantio volenti damnare Athanasium resistit.

[Rerum gestarum 15, 7, 6—10.]

(6) Hoc administrante Leontio Liberius, christianae 673c
legis antistes a Constantio ad comitatum mitti praeceptus est tamquam imperatoris iussis et plurimorum sui con-

sortium decretis obsistens in re, quam brevi textu percu ram. (7) Athanasium episcopum eo tempore apud Alexandriam ultra professionem altius se efferentem scitarique conatum externa, ut prodidere rumores assidui, coetus in unum quaesitus eiusdem loci multorum — synodus ut appellant — removit a sacramento quod obtinebat. (8) Dicebatur enim fatidicarum sortium fidem, quaeve augurales portenderent alites scientissime callens, aliquotiens praedixisse futura; super his intendebantur ei alia quoque a proposito legis abhorrentia, cui praesidebat. (9) Hunc per subscriptionem abicere sede sacerdotali paria sentiens, ceteris iubente principe, Liberius monitus, perseveranter renitebatur, nec visum hominem nec auditum damnare nefas ultimum saepe exclamans, aperte scilicet recalcitrans imperatoris arbitrio. (10) Id enim ille, Athanasio semper infestus, licet sciret impletum, tamen auctoritate quoque potiore aeternae urbis episcopi firmari desiderio nitebatur ardenti. Quo non impetrato Liberius aegre populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit asportari.

Ed. *V. Gardthausen* (Lipsiae 1874, BT) 1, 63.

### Quod Constantius imp. nimis saepe episcopos ad synodos convocaverit.

[Ib. 21, 16, 18.]

673 Christianam religionem absolutam et simplicem anili superstitione confundens, in qua scrutanda perplexius quam componenda gravius, excitavit discidia plurima, quae progressa fusius aluit concertatione verborum, ut catervis antistitum iumentis publicis ultro citroque discurrentibus per synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad suum trahere conantur arbitrium, rei vehicularíae succideret nervos.

L. c. 1, 263.

### Quod Iulianus imp. templum Hierosolymitanum frustra reaedificare conatus sit.

[Ib. 23, 1, 2–3.]

674 (2) Et licet accidentium varietatem sollicita mente praecipiens multiplicatos expeditionis apparatus flagranti studio perurgeret, diligentiam tamen ubique dividens imperiique

sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare, ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa et interneciva certamina obsidente Vespasiano posteaque Tito aegre est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis, negotiumque maturandum Alypio dederat Antiochensi, qui olim Brittannias curaverat pro praefectis. (3) Cum itaque rei idem fortiter instaret Alypius iuvaretque provinciae rector, metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris adsultibus erumpentes fecere locum exustis aliquotiens operantibus inaccessum, hocque modo elemento destinatius repellente cessavit inceptum.

L. c. 1, 307 sq.

## De splendore episcopatus Romani tempore Damasi Papae, ab Ursino oppugnati (366—384).

[Ib. 27, 3, 12-15.]

(12) Damasus et Ursinus supra humanum modum 675
ad rapiendam episcopalem sedem ardentes, scissis studiis asperrime conflictabantur ad usque mortis vulnerumque discrimina adiumentis utriusque progressis, quae nec corrigere sufficiens Viventius nec mollire, coactus vi magna secessit in suburbanum (13) Et in concertatione superaverat Damasus, parte, quae ei favebat, instante. Constatque in basilica Sicinini, ubi ritus Christiani est conventiculum, uno die centum triginta septem reperta cadavera peremptorum, efferatamque diu plebem aegre postea delenitam.

(14) Neque ego abnuo, ostentationem rerum considerans 676
urbanarum, huius rei cupidos ob impetrandum, quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere, cum id adepti, futuri sint ita securi ut ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes circumspecte vestiti, epulas curantes profusas adeo ut eorum convivia regales superent mensas. (15) Qui esse poterant beati revera, si magnitudine urbis despecta, quam vitiis opponunt, ad imitationem antistitum quorundam provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandique parcissime, vilitas etiam indumentorum et supercilia humum spectantia perpetuo numini verisque eius cultoribus ut puros commendant et verecundos.

L. c. 2, 99 sq.

# EPIPHANIUS (n. circa 315) EP. CONSTANTINUS[1] 367—403.

## Contra cultum imaginum.

[Ex epistula ad Ioannem ep. Hierosolymitanum (scripsit 394), interprete Hieronymo inter epistulas Hieron. 51, 9.]

677 (1) Praeterea audivi quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, et venissem ad villam quae dicitur Anablatha, vidissemque ibi praeteriens lucernam ardentem et interrogassem, quis locus esset, didicissemque esse ecclesiam, et intrassem ut orarem: inveni ibi velum pendens in foribus eiusdem ecclesiae tinctum atque depictum, et habens imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam; non enim satis memini, cuius imago fuerit. (2) Cum ergo vidissem, et detestatus essem in ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, et magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent et efferrent. (3) Illique contra murmurantes dixerunt: «Si scindere voluerat, iustum erat, ut aliud daret velum atque mutaret.» Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum et illico esse missurum. Paululum autem morarum fuit in medio, dum quaero optimum velum pro eo mittere; arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. (4) Nunc autem misi quod potui reperire, et precor ut iubeas presbytero eiusdem loci suscipere velum a lectore, quod a nobis missum est, et deinceps praecipere in ecclesia Christi istiusmodi vela, quae contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem, ut scrupulositatem tollat, quae indigna est Ecclesia Christi et populis, qui tibi crediti sunt.

ML 22, 526 sq. vel MG 43, 390 sq.

*677 a* *Symbolum Epiphanii v. D 13 sq.*

---

[1] *Constantia* seu *Salamis* in Cypro insula.

### De Liberio Papa Nicaenae fidei tutore.

[Haereses 55, 2, 6—8.]

(6) Νομίσειε δ' ἄν τις, ἐπειδήπερ κατὰ Ἀερίου λέγοντες Εὐστάθιον παρηγάγομεν, μήτι ἄρα καὶ τὸν Εὐστάθιον ἐν ἐπαίνοις ἔχομεν· τὸν μὲν γὰρ βίον αὐτοῦ καὶ τὴν πολιτείαν οὐκ ὀλίγοι ἄνδρες θαυμάζουσιν. (7) Εἴθε δὲ καὶ τῇ πίστει ὀρθῶς ἐφρόνησε! Τὸ γὰρ Ἀερίου [1] καὶ αὐτὸς ἀπαρχῆς ἕως τέλους κατέσχε, καὶ οὔτε αἱ θλίψεις τῶν διωγμῶν αὐτὸν διωρθώσαντο· ἐδιώχθη γὰρ μετὰ τῶν περὶ Βασίλειον καὶ Ἐλεύσιον καὶ λοιπούς. (8) Ἔδοξε δὲ καὶ πρὸς Λιβέριον Ῥώμης τὸν μακαρίτην πρεσβεύειν ἅμα ἄλλοις ἐπισκόποις καὶ τῇ ἐκθέσει τῆς κατὰ Νίκαιαν γενομένης συνόδου καὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς ὀρθοδοξίας ὑπογεγραφέναι. Εἰς ὕστερον δέ, ὥσπερ μνησθεὶς καὶ ἐξ ὀνείρων ἀναστάς, τὰ ἑαυτοῦ πάλιν πρῶτα τῆς τῶν Ἀρειανῶν κακοδοξίας ἐπισκεπτόμενος οὐ διέλειπεν. 677[1]

MG 42, 505.

## PAULINUS DIACONUS scripsit circa 399.

### De paenitentia Theodosii.

[Vita Ambrosii 24.]

(1) Per idem tempus causa Thessalonicensis civitatis 678
non minima successit tribulatio Sacerdoti [scil. Ambrosio], cum civitatem paene deletam comperisset. Promiserat

---

(6) Sed forsitan quis dubitabit, quoniam occasione Aerii 677[1]
etiam mentionem Eustathii fecimus, num ipsum tandem Eustathium laudandum arbitremur; nam quod ad eius vitae institutum attinet, non paucis admirationem peperit. (7) Qui utinam ad rectam et sinceram fidem adhaesisset! Verum hic quoque in Aerii [Arii?] dogmate a principio ad finem usque perseveravit, nihiloque persecutionum calamitatibus melior factus est; siquidem cum Basilio et Eleusio ac ceteris persecutione iactatus est. (8) Ac videtur etiam ad Liberium beatae memoriae Romanum episcopum cum aliis episcopis legationem obiisse et expositioni fidei, quae in Nicaena synodo proposita fuerat, ac sinceri dogmatis professioni subscripsisse. Postea vero, velut a somno revocatus ac priorum recordatus, ad Arianam perfidiam, quam initio susceperat, respicere non desiit.

---

[1] *Petavius:* Ἀρείου.

enim illi imperator se veniam daturum civibus supradictae civitatis; sed agentibus comitibus occulte cum imperatore, ignorante Sacerdote, usque in horam tertiam gladio civitas est donata atque plurimi interempti innocentes. (2) Quod factum ubi cognovit Sacerdos, copiam imperatori ingrediendi ecclesiam denegavit nec prius dignum iudicavit coetu ecclesiae vel sacramentorum communione, quam publicam ageret paenitentiam. Cui imperator contra asserebat, David adulterium simul et homicidium perpetrasse. Sed responsum illico est: «Qui secutus es errantem, sequere corrigentem.» (3) Quod ubi audivit clementissimus imperator, ita suscepit animo, ut publicam paenitentiam non abhorreret; cuius correctionis profectus secundam illi paravit victoriam.

ML 14, 35.

## CONSTITUTIONES APOSTOLORUM
scriptae circa 400.

### Missa fidelium ex Liturgia quae dicitur Clementina.
[Const. Ap. 8, 11, 7 ad 8, 15, 11.]

679 11. (7) Καὶ μετὰ τοῦτο λεγέτω ὁ διάκονος· Πρόσχωμεν. (8) Καὶ ἀσπαζέσθω ὁ ἐπίσκοπος τὴν Ἐκκλησίαν καὶ λεγέτω· Ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν, καὶ ὁ λαὸς ἀποκρινάσθω· Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. (9) Καὶ ὁ διάκονος εἰπάτω πᾶσιν· «Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ» [Rom 16, 16; 1 Cor 16, 20], καὶ ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον, οἱ λαϊκοὶ ἄνδρες τοὺς λαϊκούς, αἱ γυναῖκες τὰς γυναῖκας. (10) Τὰ παιδία δὲ στηκέτωσαν πρὸς τῷ βήματι, καὶ διάκονος αὐτοῖς ἕτερος ἔστω ἐφεστώς, ὅπως μὴ ἀτακτῶσιν· καὶ ἄλλοι διάκονοι περιπατείτωσαν καὶ

---

[Versio Cotelerii [1].]

679 11. (7) Postea diaconus dicat: Attendamus. (8) Et salutet episcopus Ecclesiam ac dicat: Pax Dei cum omnibus vobis. Et populus respondeat: Et cum spiritu tuo. (9) Diaconus vero dicat omnibus: *Salutate vos invicem in osculo sancto;* et clerici osculentur episcopum, laici viri laicos, feminae feminas. (10) Pueri autem stent ad suggestum, ac diaconus alius ipsis praesit, ne inordinate se gerant; et alii diaconi deambulent

---

[1] Hanc versionem etiam *Funk* adoptavit.

σκοπείτωσαν τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, ὅπως μὴ θόρυβός τις γένηται καὶ μή τις νεύσῃ ἢ ψιθυρίσῃ ἢ νυστάξῃ. (11) Οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, ὅπως μή τις ἐξέλθοι μήτε ἀνοιχθείη ἡ θύρα, κἂν πιστός τις ᾖ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς. (12) Εἷς δὲ ὑποδιάκονος διδότω ἀπόρρυψιν χειρῶν τοῖς ἱερεῦσιν, σύμβολον καθαρότητος ψυχῶν Θεῷ ἀνακειμένων.

12. (1) Φημὶ δὴ κἀγὼ Ἰάκωβος, ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου τοῦ 680
Ζεβεδαίου, ἵνα εὐθὺς ὁ διάκονος λέγῃ (2) Μή τις τῶν κατηχουμένων, μή τις τῶν ἀκροωμένων, μή τις τῶν ἀπίστων, μή τις τῶν ἑτεροδόξων· οἱ τὴν πρώτην εὐχὴν εὐχόμενοι προσέλθετε· τὰ παιδία προσλαμβάνεσθε, αἱ μητέρες· μή τις κατά τινος, μή τις ἐν ὑποκρίσει· ὀρθοὶ πρὸς Κύριον μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἑστῶτες ὦμεν προσφέρειν. (3) Ὧν γενομένων οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων στηκέτωσαν, ὡς ἂν μαθηταὶ παρεστῶτες διδασκάλῳ· δύο δὲ διάκονοι ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τοῦ θυσιαστηρίου κατεχέτωσαν ἐξ ὑμένων λεπτῶν ῥιπίδιον ἢ πτερὸν ταῶνος ἢ ὀθόνης, καὶ ἠρέμα ἀποσοβείτωσαν τὰ μικρὰ τῶν ἱπταμένων ζώων, ὅπως ἂν μὴ ἐγχρίμπτωνται εἰς τὰ κύπελλα. (4) Εὐξάμενος οὖν καθ' ἑαυτὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἅμα τοῖς ἱερεῦσιν

---

inspiciantque viros ac mulieres, ne strepitus aliquis oriatur et ne quis nutum faciat vel susurret vel dormitet. (11) Diaconi vero stent ad ianuas virorum et subdiaconi ad ianuas mulierum, ut nemo egrediatur neve aperiatur ianua tempore oblationis, licet adveniat quispiam fidelis. (12) Unus autem subdiaconus det sacerdotibus aquam ad lavandum manus, quae res signum est puritatis animarum Deo consecratarum.

12. (1) Porro ego Iacobus, frater Ioannis Zebedaei, aio, 680
ut statim diaconus dicat: (2) Ne quis ex catechumenis, ne quis ex audientibus, ne quis ex infidelibus, ne quis ex heterodoxis; qui priorem precationem fecistis, accedite; matres, assumite pueros; ne quis contra aliquem, ne quis in hypocrisi; erecti ad Dominum cum timore et tremore stemus ad offerendum. (3) Quibus peractis diaconi dona ad altare admoveant episcopo, ac presbyteri a dexteris illius et a sinistris stent, ut discipuli magistro assistentes; duo autem diaconi ex utraque parte altaris teneant flabellum ex tenuibus membranis aut pennam pavonis aut ex linteo et sensim abigant parva animalia volitantia, ne in calices incidant. (4) Precatus igitur apud se pontifex cum sacerdotibus et splendidam vestem

καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα μετενδὺς καὶ στὰς πρὸς τῷ θυσιαστηρίῳ, τὸ τρόπαιον τοῦ σταυροῦ κατὰ τοῦ μετώπου τῇ χειρὶ ποιησάμενος εἰπάτω· «Ἡ χάρις τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ κοινωνία τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἔστω μετὰ πάντων ὑμῶν» [2 Cor 13, 13], καὶ πάντες συμφώνως λεγέτωσαν, ὅτι Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. (5) Καὶ ὁ ἀρχιερεύς· Ἄνω τὸν νοῦν, καὶ πάντες· Ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον· καὶ ὁ ἀρχιερεύς· Εὐχαριστήσωμεν τῷ Κυρίῳ, καὶ πάντες· Ἄξιον καὶ δίκαιον· καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰπάτω·

681 (6) Ἄξιον ὡς ἀληθῶς καὶ δίκαιον πρὸ πάντων ἀνυμνεῖν σε τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν τὸν πρὸ τῶν γενητῶν ὄντα, «ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται» [Eph 3, 15], τὸν μόνον ἀγέννητον καὶ ἄναρχον καὶ ἀβασίλευτον καὶ ἀδέσποτον, τὸν ἀνενδεῆ, τὸν παντὸς ἀγαθοῦ χορηγόν, τὸν πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττονα, τὸν πάντοτε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα· «ἐξ οὗ τὰ πάντα» [1 Cor 8, 6], καθάπερ ἔκ τινος ἀφετηρίας, εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν. (7) Σὺ γὰρ εἶ ἡ ἄναρχος γνῶσις, ἡ ἀΐδιος ὅρασις, η ἀγέννητος ἀκοή, ἡ ἀδίδακτος σοφία, ὁ πρῶτος τῇ φυσει καὶ μόνος τῷ εἶναι καὶ κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ· ὁ τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν [cf. Rom 4, 17] διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ, αὐτὸν δὲ πρὸ πάντων αἰώνων γεννήσας βουλήσει καὶ δυνάμει καὶ ἀγαθότητι ἀμεσιτεύτως,

---

indutus stansque ad altare tropaeum crucis in fronte manu faciat ac dicat: *Gratia omnipotentis Dei et caritas Domini nostri Iesu Christi et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.* Atque omnes una voce respondeant: Et cum spiritu tuo. (5) Tum pontifex: Sursum mentem; et omnes: Habemus ad Dominum. Et pontifex: Gratias agamus Domino; et cuncti: Dignum et iustum est. Et pontifex dicat:

681 (6) Vere dignum et iustum est, ante omnia laudare te verum Deum, ante creaturas exsistentem, *ex quo omnis paternitas in caelo et in terra nominatur:* solum ingenitum, principii expertem, rege ac domino carentem, nulla re indigentem, omnis boni largitorem, omni causa et origine superiorem, semper uno eodemque modo te habentem; *a quo cuncta* tamquam e cancellis quibusdam ad exsistendum processerunt. (7) Tu enim es initii expers cognitio, perpetuus visus, auditus ingenitus, sapientia non edocta, primus natura et unus exsistendo ac omnem numerum superans; qui omnia ex nihilo in rerum naturam protulisti per unigenitum Filium tuum, ipsum vero ante omnia saecula genuisti voluntate et potentia et bonitate

«Υἱὸν μονογενῆ, Λόγον Θεόν» [Io 1, 1 18], σοφίαν ζῶσαν, «πρωτότοκον πάσης κτίσεως, ἄγγελον τῆς μεγάλης βουλῆς» [Col 1, 15; Is 9, 6] σου, ἀρχιερέα σόν, βασιλέα δὲ καὶ Κύριον πάσης νοητῆς καὶ αἰσθητῆς φύσεως, «τὸν πρὸ πάντων, δι' οὗ τὰ πάντα» [Col 1, 17; 1 Cor 8, 6]. (8) Σὺ γάρ, Θεὲ αἰώνιε, δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκας καὶ δι' αὐτοῦ τῆς προσηκούσης προνοίας τὰ ὅλα ἀξιοῖς· δι' οὗ γὰρ τὸ εἶναι ἐχαρίσω, δι' αὐτοῦ καὶ τὸ εὖ εἶναι ἐδωρήσω· ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ σου, ὁ δι' αὐτοῦ πρὸ πάντων ποιήσας τὰ χερουβὶμ καὶ τὰ σεραφίμ, αἰῶνάς τε καὶ στρατιάς, δυνάμεις τε καὶ «ἐξουσίας, ἀρχάς τε καὶ θρόνους» [Col 1, 16], ἀρχαγγέλους τε καὶ ἀγγέλους, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ποιήσας δι' αὐτοῦ τὸν φαινόμενον τοῦτον κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ[1].... (27) Ὑπὲρ ἁπάντων σοι ἡ δόξα, Δέσποτα παντοκράτορ. Σὲ προσκυνοῦσιν ἀνάριθμοι στρατιαὶ ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, «θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν» [Col 1, 16], δυνάμεων, στρατιῶν αἰωνίων· «τὰ χερουβὶμ καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα σεραφὶμ ταῖς μὲν δυσὶ κατακαλύπτοντα τοὺς πόδας, ταῖς δὲ δυσὶ τὰς κεφαλάς, ταῖς δὲ δυσὶ πετόμενα» [Is 6, 2], καὶ λέγοντα ἅμα χιλίαις χιλιάσιν ἀρχαγγέλων καὶ μυρίαις μυριάσιν ἀγγέλων [cf. Dn 7, 10] ἀκαταπαύστως καὶ ἀσιγήτως βοώσαις, καὶ πᾶς ὁ

---

absque intermedio, *Filium unigenitum, Verbum Deum,* sapientiam viventem: *primogenitum omnis creaturae, angelum magni consilii* tui, pontificem tuum, regem autem et Dominum omnis naturae, quae intellegi ac sentiri potest, *qui ante omnia, per quem omnia.* (8) Tu namque, Deus aeterne, cuncta per ipsum condidisti et per ipsum cuncta dignaris convenienti providentia; per quem enim ut essent donasti, per eundem etiam ut bene essent dedisti; Deus et Pater unigeniti Filii tui, qui per eum ante omnia fecisti cherubim et seraphim, saecula et exercitus, virtutes et *potestates, principatus et thronos,* archangelos et angelos, atque post haec omnia per eum fabricasti hunc qui apparet mundum cunctaque, quae in eo sunt.... (27) Pro omnibus tibi gloria, Domine omnipotens. Te adorant innumerabiles copiae angelorum, archangelorum, *thronorum, dominationum, principatuum, potestatum,* virtutum, exercituum aeternorum, *cherubim ac seraphim senis alis praediti, binis quidem velantes pedes suos, binis vero capita, et duabus aliis volantes* ac dicentes una cum mille milibus archangelorum et denis milibus denum milium angelorum indesinenter ac sine vocis

---

[1] A n. 9 usque ad n. 26 recensentur beneficia Veteris Testamenti a creatione usque ad liberationem Israelitarum ex Aegypto.

λαὸς ἅμα εἰπάτω· «Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν» [Is 6, 3; Rom 1, 25].

682 (28) Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἑξῆς λεγέτω· (29) Ἅγιος γὰρ εἶ ὡς ἀληθῶς καὶ πανάγιος, ὕψιστος «καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας [Dn 3, 28]· (30) ἅγιος δὲ καὶ ὁ μονογενής σου Υἱός, ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ὃς εἰς πάντα ὑπηρετησάμενός σοι τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ Πατρὶ εἴς τε δημιουργίαν διάφορον καὶ πρόνοιαν κατάλληλον οὐ περιεῖδεν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολλύμενον, ἀλλὰ μετὰ φυσικὸν νόμον, μετὰ νομικὴν παραίνεσιν, μετὰ προφητικοὺς ἐλέγχους καὶ τὰς τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίας (παραφθειρόντων σὺν τῷ θετῷ καὶ τὸν φυσικὸν νόμον καὶ τῆς μνήμης ἐκβαλλόντων τὸν κατακλυσμόν, τὴν ἐκπύρωσιν, τὰς κατ' Αἰγυπτίων πληγάς, τὰς κατὰ Παλαιστινῶν σφαγάς, καὶ μελλόντων ὅσον οὐδέπω ἀπόλλυσθαι πάντων) εὐδόκησεν αὐτὸς γνώμῃ σῇ ὁ δημιουργὸς ἀνθρώπου ἄνθρωπος γενέσθαι, ὁ νομοθέτης ὑπὸ νόμους, ὁ ἀρχιερεὺς ἱερεῖον, ὁ ποιμὴν πρόβατον· (31) καὶ ἐξευμενίσατό σε τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν καὶ Πατέρα καὶ τῷ κόσμῳ κατήλλαξεν καὶ τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς τοὺς πάντας ἠλευθέρωσεν γενόμενος ἐκ Παρθένου, «γενόμενος ἐν σαρκὶ ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ ἀγαπητὸς Υἱός, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως» [Io 1, 1 14; Mt 3, 17; Col 1, 15], κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ ὑπ'

---

intermissione clamantibus, et omnis populus simul dicat: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth; pleni sunt caeli et terra gloria eius; benedictus in saecula, amen.*

682 (28) Et pontifex postea dicat: (29) Sanctus enim vere es ac sanctissimus, altissimus *et superexaltatus in saecula.* (30) Sanctus quoque unigenitus tuus Filius, Dominus noster et Deus, Iesus Christus, qui ad omnia tibi Deo suo et Patri cum in varia creatione tum in providentia convenienti ministrans non despexit genus humanum, quod peribat, sed post naturalem legem, post legalem admonitionem, post propheticas reprehensiones et angelorum apparitiones (cum legem naturalem una cum lege scripta seu posita violarent atque ex memoria abicerent diluvium, conflagrationem Sodomiticam, plagas Aegyptiis et caedes Palaestinis illatas, cumque ilico perituri essent omnes) ex sententia tua ipse elegit, creator hominis, homo fieri, legislator sub legibus, pontifex hostia, pastor ovis; (31) et te suum Deum ac Patrem placavit atque mundo reconciliavit cunctosque ab imminente ira liberavit, factus ex Virgine, *factus in carne Deus Verbum, dilectus Filius, primogenitus omnis creaturae,* et secundum prophetias ab ipso de se praedictas ortus

αὐτοῦ προρρηθείσας προφητείας «ἐκ σπέρματος Δαυὶδ» [Rom 1, 3] καὶ Ἀβραάμ, φυλῆς Ἰούδα· καὶ γέγονεν ἐν μήτρᾳ Παρθένου ὁ διαπλάσσων πάντας τοὺς γεννωμένους, καὶ ἐσαρκώθη ὁ ἄσαρκος, ὁ ἀχρόνως γεννηθεὶς ἐν χρόνῳ γεγέννηται. (32) Πολιτευσάμενος ὁσίως καὶ παιδεύσας ἐνθέσμως, «πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν» [Mt 4, 23] ἐξ ἀνθρώπων ἀπελάσας, «σημεῖά τε καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ» [Act 5, 12] ποιήσας, τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ ὕπνου μεταλαβὼν ὁ τρέφων πάντας τοὺς χρήζοντας τροφῆς «καὶ ἐμπιπλῶν πᾶν ζῷον εὐδοκίας, ἐφανέρωσέν σου τὸ ὄνομα» [Ps 144, 16; Io 17, 6] τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτό, τὴν ἄγνοιαν ἐφυγάδευσεν, τὴν εὐσέβειαν ἀνεζωπύρωσεν, τὸ θέλημά σου ἐπλήρωσεν, «τὸ ἔργον ὃ ἔδωκας αὐτῷ ἐτελείωσεν» [Io 17, 4]. (33) Καὶ ταῦτα πάντα κατορθώσας, χερσὶν ἀνόμων κατασχεθεὶς ἱερέων καὶ ἀρχιερέων ψευδωνύμων καὶ λαοῦ παρανόμου προδοσίᾳ τοῦ τὴν κακίαν νοσήσαντος καὶ πολλὰ παθὼν ὑπ' αὐτῶν καὶ πᾶσαν ἀτιμίαν ὑποστὰς σῇ συγχωρήσει, παραδοθεὶς Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι καὶ κριθεὶς ὁ κριτὴς καὶ κατακριθεὶς ὁ Σωτήρ, σταυρῷ προσηλώθη ὁ ἀπαθὴς καὶ ἀπέθανεν ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος καὶ ἐτάφη ὁ ζωοποιός, ἵνα πάθους λύσῃ καὶ θανάτου ἐξέληται τούτους, δι' οὓς παρεγένετο, καὶ ῥήξῃ τὰ δεσμὰ τοῦ διαβόλου καὶ ῥύσηται τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς ἀπάτης αὐτοῦ. (34) Καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ

---

*ex semine David* et Abraham ac de tribu Iudae; et factus est in utero Virginis formator omnium, qui gignuntur; et incarnatus est, qui carnis expers; qui sine tempore genitus, in tempore natus est. (32) Vixit sancte et legitime docuit, *omnem morbum et omnem infirmitatem* ab hominibus expulit, *signa et prodigia in populo* edidit; cibum et potum et somnum cepit, qui cunctos alimento indigentes nutrit *omneque animal implet beneplacito; manifestavit nomen tuum iis,* qui illud ignorabant; fugavit ignorantiam, pietatem exsuscitavit, voluntatem tuam implevit, *opus, quod ei dedisti, consummavit.* (33) Atque his omnibus feliciter gestis per proditionem illius, qui malitiae morbo languebat, comprehensus est manibus flagitiosorum, nempe falso nomine gaudentium sacerdotum ac pontificum et populi iniqui; a quibus cum multa passus esset et omnem ignominiam sustinuisset permissu tuo, traditus est Pilato praesidi, iudicatus iudex, condemnatus Salvator, cruci affixus qui pati non potest, mortuus natura immortalis, sepultus vitae effector, ut illos, propter quos advenerat, a passione solveret et a morte eriperet ac diaboli vincula rumperet illiusque ex fallacia liberaret homines. (34) Et resurrexit de mortuis tertia

ἡμέρᾳ, καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐνδιατρίψας τοῖς μαθηταῖς, «ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ ἐκαθέσθη ἐκ δεξιῶν σου τοῦ Θεοῦ» [Mc 16, 19] καὶ Πατρὸς αὐτοῦ.

683 (35) Μεμνημένοι οὖν ὧν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν, εὐχαριστοῦμέν σοι, Θεὲ παντοκράτορ, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα, καὶ τὴν διάταξιν αὐτοῦ πληροῦμεν. (36) «Ἐν ᾗ γὰρ νυκτὶ παρεδίδοτο, λαβὼν ἄρτον» [1 Cor 11, 23] ταῖς ἁγίαις καὶ ἀμώμοις αὐτοῦ χερσὶν καὶ ἀναβλέψας πρὸς σέ, τὸν Θεὸν αὐτοῦ καὶ Πατέρα, «καὶ κλάσας ἔδωκεν τοῖς μαθηταῖς εἰπών»· Τοῦτο τὸ μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης, «λάβετε» ἐξ αὐτοῦ, «φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου» [Mt 26, 26] τὸ περὶ πολλῶν θρυπτόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. (37) «Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον» [1 Cor 11, 25] κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος καὶ ἁγιάσας «ἐπέδωκεν αὐτοῖς λέγων Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν» [Mt 26, 27 sq]· «τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὁσάκις γὰρ ἐὰν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ πίνητε τὸ ποτήριον τοῦτο, τὸν θάνατον τὸν ἐμὸν καταγγέλλετε, ἄχρις ἂν ἔλθω» [1 Cor 11, 25 sq].

684 (38) Μεμνημένοι τοίνυν τοῦ πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐπανόδου καὶ τῆς μελλούσης αὐτοῦ δευτέρας παρουσίας, ἐν ᾗ «ἔρχεται μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως» [Mt 24, 30; Mc 13, 26;

---

die, et quadraginta diebus commoratus cum discipulis *assumptus est in caelos, et ad dexteram assidet tibi, Deo* ac Patri suo.

683 (35) Memores igitur eorum, quae propter nos pertulit, gratias agimus tibi, Deus omnipotens, non quantum debemus, at quantum possumus, et constitutionem eius implemus. (36) *In qua enim nocte tradebatur, sumpsit panem* sanctis ac immaculatis manibus suis et elevatis oculis ad te, Deum ac Patrem, *fregit ac dedit discipulis dicens:* Hoc est mysterium novi testamenti, *accipite* ex eo, *manducate, hoc est corpus meum,* quod pro multis frangitur in remissionem peccatorum. (37) *Similiter calicem* miscuit ex vino et aqua, sanctificavit ac *dedit iis dicens: Bibite ex eo omnes, hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum; hoc facite in meam commemorationem; quotiescumque enim manducabitis panem hunc et bibetis hunc calicem, mortem meam annuntiabitis, donec veniam.*

684 (38) Itaque memores passionis eius et mortis et a mortuis resurrectionis atque in caelos reditus nec non futuri eius secundi adventus, in quo *cum gloria et potestate veniet iudicare vivos et mortuos* et *reddere singulis iuxta opera eorum,* offerimus

Lc 21, 27] «κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς» [2 Tim 4, 1; 1 Petr 4, 5] καὶ «ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ» [Rom 2, 6], προσφέρομέν σοι, τῷ βασιλεῖ καὶ Θεῷ, κατὰ τὴν αὐτοῦ διάταξιν τὸν ἄρτον τοῦτον καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, «εὐχαριστοῦντές σοι δι' αὐτοῦ» [Col 3, 17] ἐφ' οἷς κατηξίωσας ἡμᾶς ἑστάναι ἐνώπιόν σου καὶ ἱερατεύειν σοι· (39) καὶ ἀξιοῦμέν σε, ὅπως εὐμενῶς ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου, σὺ ὁ ἀνενδεὴς Θεός, καὶ εὐδοκήσῃς ἐπ' αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Χριστοῦ σου καὶ καταπέμψῃς τὸ Ἅγιόν σου Πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην, τὸν μάρτυρα «τῶν παθημάτων τοῦ Κυρίου Ἰησου» [cf. 1 Petr 5, 1], ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου· ἵνα οἱ μεταλαβόντες αὐτοῦ βεβαιωθῶσιν πρὸς εὐσέβειαν, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων τύχωσιν, τοῦ διαβόλου καὶ τῆς πλάνης αὐτοῦ ῥυσθῶσιν, Πνεύματος Ἁγίου πληρωθῶσιν, ἄξιοι τοῦ Χριστοῦ σου γένωνται, ζωῆς αἰωνίου τύχωσιν, σοῦ καταλλαγέντος αὐτοῖς, Δέσποτα παντοκράτορ.

(40) Ἔτι δεόμεθά σου, Κύριε, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου Ἐκ- 685
κλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων, «ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι» [Act 20, 28] τοῦ Χριστοῦ σου, ὅπως αὐτὴν διαφυλάξῃς ἄσειστον καὶ ἀκλυδώνιστον «ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος» [Mt 28, 20]· καὶ ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς «τῆς ὀρθοτομούσης τὸν λόγον τῆς ἀληθείας» [2 Tim 2, 15]. (41) Ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς τοῦ προσφέροντός σοι

---

tibi, regi ac Deo, secundum constitutionem eius, panem hunc et calicem hunc, *gratias tibi per eum agentes,* quia nos dignos habuisti, qui staremus coram te ac sacerdotio fungeremur tibi; (39) et poscimus te, ut super haec dona in conspectu tuo proposita placate respicias, tu, qui nullius indiges, Deus, et bene placeas in iis ad honorem Christi tui atque supra hoc sacrificium mittas Sanctum tuum Spiritum, testem *passionum Domini Iesu,* ut exhibeat panem hunc corpus Christi tui et calicem hunc sanguinem Christi tui, quo participes illius ad pietatem confirmentur, remissionem peccatorum consequantur, a diabolo eiusque errore liberentur, Spiritu Sancto repleantur, digni Christo tuo fiant, vitam sempiternam impetrent, te illis reconciliato, Domine omnipotens.

(40) Adhuc oramus te, Domine, pro sancta Ecclesia tua, 685
quae a finibus ad fines extenditur, *quam acquisisti pretioso sanguine* Christi tui, ut eam inconcussam ac minime fluctuantem conserves *usque in saeculi consummationem;* item pro universo episcopatu *recte verbum veritatis tractante.* (41) Adhuc rogamus te pro me nullius pretii homine, qui tibi offero, et

οὐδενίας καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ πρεσβυτερίου, ὑπὲρ τῶν διακόνων καὶ παντὸς τοῦ κλήρου, ἵνα πάντας σοφίσας Πνεύματος Ἁγίου πληρώσῃς. (42) Ἔτι «παρακαλοῦμέν» σε, Κύριε, «ὑπὲρ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ» [1 Tim 2, 1 sq] καὶ παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἵνα εἰρηνεύωνται τὰ πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ διάγοντες τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν δοξάζωμέν σε διὰ «Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν» [1 Tim 1, 1]. (43) Ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων σοι ἁγίων, πατριαρχῶν, προφητῶν, δικαίων, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, ὑποδιακόνων, ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, παρθένων, χηρῶν, λαϊκῶν καὶ πάντων ὧν αὐτὸς ἐπίστασαι τὰ ὀνόματα. (44) Ἔτι προσφέρομέν σοι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου, ἵνα ἀναδείξῃς αὐτὸν εἰς ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου «βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον» [1 Petr 2, 9]· ὑπὲρ τῶν ἐν παρθενίᾳ καὶ ἁγνείᾳ, ὑπὲρ τῶν χηρῶν τῆς Ἐκκλησίας, ὑπὲρ τῶν ἐν σεμνοῖς γάμοις καὶ τεκνογονίαις, ὑπὲρ τῶν νηπίων τοῦ λαοῦ σου, ὅπως μηδένα ἡμῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς.

686 (45) Ἔτι ἀξιοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης καὶ τῶν ἐνοικούντων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀρρωστίαις, ὑπὲρ τῶν ἐν πικρᾷ δουλείᾳ, ὑπὲρ τῶν ἐν ἐξορίαις, ὑπὲρ τῶν ἐν δημεύσει, ὑπὲρ πλεόντων καὶ ὁδοιπορούντων, ὅπως πάντων ἐπίκουρος

---

pro omni presbyterio, pro diaconis ac universo clero, ut omnes sapientiam docens Spiritu Sancto impleas. (42) Adhuc *rogamus* te, Domine, *pro rege et iis, qui in sublimitate sunt,* et pro cuncto exercitu, ut res nostrae in pace versentur, quo totum vitae nostrae tempus in quiete et concordia degentes te glorificemus per *Iesum Christum spem nostram.* (43) Adhuc offerimus tibi pro omnibus sanctis, qui a saeculo placuerunt tibi, patriarchis, prophetis, iustis, apostolis, martyribus, confessoribus, episcopis, presbyteris, diaconis, subdiaconis, lectoribus, cantoribus, virginibus, viduis, laicis et omnibus, quorum tu nosti nomina. (44) Adhuc offerimus tibi pro populo hoc, ut eum in laudem Christi tui exhibeas *regale sacerdotium, gentem sanctam;* pro iis, qui in virginitate et castitate vivunt; pro viduis Ecclesiae; pro iis, qui in nuptiis honestis ac in progeneratione liberorum degunt; pro infantibus plebis tuae, ut neminem nostrum reiciendum habeas.

686 (45) Adhuc poscimus te pro urbe hac et habitantibus in ea, pro aegrotis, pro dura servitute affl ctis, pro exsulibus, pro proscriptis, pro navigantibus et iter facientibus, ut omnium

γένη, πάντων «βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ» [Ps 118, 114]. (46) Ἔτι παρακαλοῦμέν σε ὑπὲρ τῶν «μισούντων ἡμᾶς καὶ διωκόντων ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομά σου [Mt 10, 22], ὑπὲρ τῶν ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων, ὅπως ἐπιστρέψῃς αὐτοὺς εἰς ἀγαθὸν καὶ τὸν θυμὸν αὐτῶν πραΰνῃς. (47) Ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων τῆς Ἐκκλησίας καὶ ὑπὲρ τῶν χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν ἡμῶν, ὅπως τοὺς μὲν τελειώσῃς ἐν τῇ πίστει, τοὺς δὲ καθαρίσῃς ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ, τῶν δὲ τὴν μετάνοιαν προσδέξῃ, καὶ συγχωρήσῃς καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν τὰ παραπτώματα ἡμῶν [cf. Mt 6, 14]. (48) Ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τοῦ ἀέρος καὶ τῆς εὐφορίας τῶν καρπῶν, ὅπως ἀνελλειπῶς μεταλαμβάνοντες τῶν παρὰ σοῦ ἀγαθῶν αἰνῶμέν σε ἀπαύστως «τὸν διδόντα τροφὴν πάσῃ σαρκί» [Ps 135, 25]. (49) Ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν δι' εὔλογον αἰτίαν ἀπόντων, ὅπως ἅπαντας ἡμᾶς διατηρήσας ἐν τῇ εὐσεβείᾳ ἐπισυναγάγῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ Θεοῦ πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· (50) ὅτι σοὶ πᾶσα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριστία, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀνελλειπεῖς καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. (51) Καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· Ἀμήν.

---

sis auxiliator, omnium *adiutor ac defensor*. (46) Adhuc rogamus te pro iis, qui *oderunt nos et propter nomen tuum nos persequuntur*, pro iis, qui foris sunt et errant, ut adducas eos ad bonum et furorem eorum mitiges. (47) Iterum rogamus te pro Ecclesiae catechumenis et pro iis, qui ab adversario iactantur, et pro paenitentiam agentibus fratribus nostris, ut primos quidem perficias in fide, alteros vero mundes a vexatione mali, tertiorum autem paenitentiam suscipias condonesque cum iis tum nobis delicta nostra. (48) Offerimus quoque tibi pro aeris temperatura et frugum ubertate, ut indesinenter bona a te collata percipientes assidue laudemus te, *qui das escam omni carni*. (49) Etiam rogamus te pro iis, qui ob causam probabilem absentes sunt, ut omnes nos conserves in pietate et congreges in regno Christi tui, Dei universae naturae sub sensum et intellegentiam cadentis, regis nostri, immutabiles, inculpatos, irreprehensos; (50) quoniam tibi omnis gloria, veneratio, gratiarum actio, honor, adoratio, Patri et Filio et Spiritui Sancto, et nunc et semper et in infinita ac sempiterna saecula saeculorum. (51) Atque omnis populus respondeat: Amen.

687 13. (1) Καὶ ὁ ἐπίσκοπος εἰπάτω· Ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. (2) Καὶ ὁ διάκονος κηρυσσέτω πάλιν· (3) [13.] Ἔτι καὶ ἔτι δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· ὑπὲρ τοῦ δώρου τοῦ προσκομισθέντος Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν δεηθῶμεν, ὅπως ὁ ἀγαθὸς Θεὸς προσδέξηται αὐτὸ διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἐπουράνιον αὐτοῦ θυσιαστήριον «εἰς ὀσμὴν εὐωδίας» [Eph 5, 2]. (4) Ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ταύτης καὶ τοῦ λαοῦ δεηθῶμεν· ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς, παντὸς πρεσβυτερίου, πάσης τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας, παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς Ἐκκλησίας δεηθῶμεν, ὅπως ὁ Κύριος πάντας διατηρήσῃ καὶ διαφυλάξῃ. (5) «Ὑπὲρ βασιλέων καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ δεηθῶμεν, ἵνα» εἰρηνεύωνται τὰ πρὸς ἡμᾶς, ὅπως «ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον ἔχοντες διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι» [1 Tim 2, 1 sq]. (6) Τῶν ἁγίων μαρτύρων μνημονεύσωμεν, ὅπως κοινωνοὶ γενέσθαι τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν καταξιωθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων δεηθῶμεν. (7) Ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τῶν ἀέρων καὶ τελεσφορίας τῶν καρπῶν δεηθῶμεν. (8) Ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων δεηθῶμεν, ὅπως βεβαιωθῶσιν ἐν τῇ πίστει· πάντες ὑπὲρ ἀλλήλων παρακαλέσωμεν. (9) Ἀνάστησον ἡμᾶς, ὁ Θεός, ἐν τῇ χάριτί σου· ἀναστάντες ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ διὰ τοῦ

---

687 13. (1) Et episcopus dicat: Pax Dei sit cum omnibus vobis, ac cunctus populus respondeat: Et cum spiritu tuo. (2) Ac diaconus iterum praedicet: (3) [13.] Adhuc atque adhuc oremus Deum per Christum eius; pro munere, quod Domino Deo nostro oblatum est, oremus, ut Deus, qui bonus est, mediante Christo suo illud recipiat in caeleste suum altare *ad odorem suavitatis.* (4) Pro Ecclesia hac et populo oremus; pro universo episcopatu, omni presbyterio, cuncto Christi diaconio ac ministerio, omni Ecclesiae coetu oremus, ut Dominus universos conservet atque custodiat. (5) *Pro regibus et in sublimi potestate constitutis oremus, ut* res nostrae pacificae sint, quo *vitam quietam et tranquillam nacti in omni pietate* ac morum castitate degamus. (6) Sanctorum martyrum memores simus, ut digni habeamur participes fieri eorum certaminis. Pro iis, qui in fide requieverunt, oremus. (7) Pro caeli temperatura et frugum maturitate oremus. (8) Pro recenter baptismo illuminatis oremus, ut confirmentur in fide; omnes alii pro aliis obsecremus. (9) Suscita nos, Deus, in gratia tua. Suscitati, nos ipsos Deo per Christum eius commendemus. (10) Et

Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα. (10) Καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· «Ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλώνυμος, ὁ μέγας τῇ βουλῇ καὶ κραταιὸς τοῖς ἔργοις» [Ier 32, 18 sq], ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ «τοῦ Ἁγίου Παιδός σου Ἰησοῦ» [Act 4, 30] τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸ ποίμνιόν σου τοῦτο, ὃ δι' αὐτοῦ ἐξελέξω εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματός σου· καὶ ἁγιάσας ἡμῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καταξίωσον, «καθαροὺς γενομένους ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος» [2 Cor 7, 1], τυχεῖν τῶν προκειμένων ἀγαθῶν· καὶ μηδένα ἡμῶν ἀνάξιον κρίνῃς, ἀλλὰ βοηθὸς ἡμῶν γενοῦ, ἀντιλήπτωρ, ὑπερασπιστὴς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμή, αἶνος, δοξολογία, εὐχαριστία καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. (11) Καὶ μετὰ τὸ πάντας εἰπεῖν· Ἀμήν, ὁ διάκονος λεγέτω· Πρόσχωμεν.

(12) Καὶ ὁ ἐπίσκοπος προσφωνησάτω τῷ λαῷ οὕτω· 688
Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. (13) Καὶ ὁ λαὸς ὑπακουέτω· Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστός, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς «εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν» [Rom 9, 5]. «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία» [Lc 2, 14]· «ὡσαννὰ τῷ Υἱῷ Δαυίδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου» [Mt 21, 9], «Θεὸς Κύριος καὶ ἐπεφάνη ἐν ἡμῖν [Ps 117, 27], «ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις» [Mt 21, 9]. (14) Καὶ μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ ὑποδιάκονοι καὶ οἱ ἀναγνῶσται

---

episcopus dicat: *Deus, qui magnus et magni nominis es, magnus consilio et potens operibus;* Deus et Pater *Sancti Filii tui Iesu* Salvatoris nostri, respice super nos ac super gregem tuum hunc, quem per eum delegisti ad nominis tui gloriam; et sanctificans corpus nostrum et animam nostram concede, ut *effecti puri ab omni inquinamento carnis ac spiritus* proposita bona consequamur: neminemque nostrum indignum iudices, verum sis noster adiutor, opitulator, propugnator per Christum tuum, cum quo tibi gloria, honor, laus, glorificatio, gratiarum actio et Sancto Spiritui in saecula, amen. (11) Et postquam omnes dixerunt: Amen, diaconus dicat: Attendamus.

(12) Ac episcopus ita ad populum proloquatur: Sancta 688
sanctis. (13) Populusque respondeat: Unus sanctus, unus Dominus, Iesus Christus, in gloriam Dei Patris *benedictus es in saecula, amen. Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas. Hosanna Filio David; benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, et apparuit in nobis; hosanna in altissimis.* (14) Post hoc sumat et communicet episcopus, deinde presbyteri, diaconi, subdiaconi, lectores,

καὶ οἱ ψάλται καὶ οἱ ἀσκηταί, καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διάκοναι καὶ αἱ παρθένοι καὶ αἱ χῆραι, εἶτα τὰ παιδία, καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ἄνευ θορύβου. (15) Καὶ ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν λέγων· Σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ δεχόμενος λεγέτω· Ἀμήν. Ὁ δὲ διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον καὶ ἐπιδιδοὺς λεγέτω· Αἷμα Χριστοῦ, ποτήριον ζωῆς, καὶ ὁ πίνων λεγέτω· Ἀμήν. (16) Ψαλμὸς δὲ λεγέσθω λγ' ἐν τῷ μεταλαμβάνειν πάντας τοὺς λοιπούς. (17) Καὶ ὅταν πάντες μεταλάβωσιν καὶ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύσαντα εἰσφερέτωσαν εἰς τὰ παστοφόρια.

689 14. (1) Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω παυσαμένου τοῦ ψάλλοντος· (2) [14] Μεταλαβόντες τοῦ τιμίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ Χριστοῦ [cf. 1 Petr 1, 19] εὐχαριστήσωμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων αὐτοῦ μυστηρίων, καὶ παρακαλέσωμεν μὴ εἰς κρίμα [cf. 1 Cor 11, 29], ἀλλ' εἰς σωτηρίαν ἡμῖν γενέσθαι, εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος, εἰς φυλακὴν εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. (3) Ἐγειρώμεθα· ἐν χάριτι Χριστοῦ ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ καὶ τῷ Χριστῷ αὐτοῦ παραθώμεθα.

690 15. (1) Καὶ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριστείτω· (2) [15.] Δέσποτα ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου

---

cantores et ascetae, et in feminis diaconissae, virgines et viduae; postea pueri, tuncque omnis populus ordine cum pudore et reverentia absque strepitu. (15) Et episcopus quidem tribuat oblatam dicens: Corpus Christi; et qui recipit, respondeat: Amen. Diaconus vero teneat calicem et tradendo dicat: Sanguis Christi, calix vitae, et qui bibit respondeat: Amen. (16) Psalmus autem tricesimus tertius dicatur, dum reliqui omnes communicant. (17) Cumque universi et universae communicaverint, accipientes diaconi, quae supersunt, inferant in pastophoria.

689 14. (1) Et diaconus, quando qui psallit fecerit finem, pronuntiet: (2) [14] Percepto pretioso corpore et pretioso sanguine Christi agamus gratias ei, qui dignos effecit nos, ut participes essemus sanctorum eius mysteriorum; rogemusque id nobis non in iudicium ac damnationem fieri, sed in salutem, in utilitatem animae et corporis, in custodiam pietatis, in remissionem peccatorum, in vitam futuri saeculi. (3) Surgamus: in gratia Christi nos ipsos soli ingenito Deo et Christo eius commendemus.

690 15. (1) Atque episcopus gratiarum actionem proferat: (2) [15.] Domine Deus omnipotens, Pater Christi tui, bene-

τοῦ εὐλογητοῦ Παιδός, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε. ἐπήκοος, ὁ καὶ τῶν σιωπώντων ἐπιστάμενος τὰς ἐντεύξεις· εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων σου μυστηρίων, ἃ παρέσχου ἡμῖν εἰς πληροφορίαν τῶν καλῶς ἐγνωσμένων, εἰς φυλακὴν τῆς εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν πλημμελημάτων, ὅτι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ σου ἐπικέκληται ἐφ' ἡμᾶς [cf. Ir 14, 9] καὶ σοὶ προσῳκειώμεθα. (3) Ὁ χωρίσας ἡμᾶς τῆς τῶν ἀσεβῶν κοινωνίας, ἕνωσον ἡμᾶς μετὰ τῶν καθωσιωμένων σοι, στήριξον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ τῇ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσει, τὰ ἀγνοούμενα ἀποκάλυψον, τὰ λείποντα προσαναπλήρωσον, τὰ ἐγνωσμένα κράτυνον. (4) Τοὺς ἱερεῖς ἀμώμους διαφύλαξον ἐν τῇ λατρείᾳ σου, τοὺς βασιλεῖς διατήρησον ἐν εἰρήνῃ, τοὺς ἄρχοντας ἐν δικαιοσύνῃ, τοὺς ἀέρας ἐν εὐκρασίᾳ, τοὺς καρποὺς ἐν εὐφορίᾳ, τὸν κόσμον ἐν παναλκεῖ προνοίᾳ τὰ ἔθνη τὰ πολεμικὰ πράϋνον, τὰ πεπλανημένα ἐπίστρεψον. (5) Τὸν λαόν σου ἁγίασον, τοὺς ἐν παρθενίᾳ διατήρησον, τοὺς ἐν γάμῳ διαφύλαξον ἐν πίστει, τοὺς ἐν ἁγνείᾳ ἐνδυνάμωσον, τὰ νήπια ἅδρυνον, τοὺς νεοτελεῖς βεβαίωσον, τοὺς ἐν κατηχήσει παίδευσον καὶ τῆς μυήσεως ἀξίους ἀνάδειξον, καὶ πάντας ἡμᾶς ἐπισυνάγαγε εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ σοὶ δόξα, τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

---

dicti Filii, exauditor eorum, qui recte invocant te, cognitor precum etiam eorum, qui tacent; gratias agimus tibi, quod nos dignos censuisti, qui participaremus sancta tua mysteria, quae praebuisti nobis ad plenam persuasionem eorum, quae bene cognovimus, ad custodiam pietatis, ad remissionem delictorum, quoniam nomen Christi tui invocatum est super nos et tibi adiuncti sumus. (3) Qui segregasti nos ab impiorum communione, aduna nos cum iis, qui tibi sunt consecrati; firma nos in veritate per Sancti Spiritus adventum; quae ignoramus, revela; quae deficiunt, supple; quae novimus, corrobora. (4) Sacerdotes inculpatos conserva in cultu tuo, reges tuere in pace, magistratus in iustitia, aerem in temperie, fruges in ubertate, mundum in omnipotente providentia; gentes bellicosas seda, errantes converte. (5) Populum tuum sanctifica, virgines conserva, coniuges custodi in fide, castos robora, infantes ad maturam aetatem perduc, nuper initiatos firma, catechumenos erudi ac dignos initiatione redde, nosque omnes congrega in regnum caelorum in Christo Iesu Domino nostro, cum quo tibi gloria, honor ac veneratio et Sancto Spiritui in saecula, amen.

691 (6) Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ κλίνατε καὶ εὐλογεῖσθε. (7) Καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω λέγων· Ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀσύγκριτος, ὁ πανταχοῦ ὢν καὶ τοῖς πᾶσι παρὼν καὶ ἐν οὐδενὶ ὡς ἐνόν τι ὑπάρχων, ὁ τόποις μὴ περιγραφόμενος, ὁ χρόνοις μὴ παλαιούμενος, ὁ αἰῶσιν μὴ περατούμενος, ὁ λόγοις μὴ παραγόμενος, ὁ γενέσει μὴ ὑποκείμενος, ὁ φυλακῆς μὴ δεόμενος, ὁ φθορᾶς ἀνώτερος, ὁ τροπῆς ἀνεπίδεκτος, ὁ φύσει ἀναλλοίωτος, «ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον» [1 Tim 6, 16], ὁ τῇ φύσει ἀόρατος, ὁ γνωστὸς πάσαις ταῖς μετ' εὐνοίας ἐκζητούσαις σε λογικαῖς φύσεσιν, ὁ καταλαμβανόμενος ὑπὸ τῶν ἐν εὐνοίᾳ ἐπιζητούντων σε, ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ τοῦ ἀληθινῶς ὁρῶντος, τοῦ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντος λαοῦ σου· (8) εὐμενὴς γενόμενος ἐπάκουσόν μου διὰ τὸ ὄνομά σου καὶ εὐλόγησον τούς σοι κεκλικότας τοὺς ἑαυτῶν αὐχένας, καὶ «δὸς αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν» [Ps 36, 4] τὰ ἐπὶ συμφέροντι καὶ μηδένα αὐτῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς ἐκ τῆς βασιλείας σου, ἀλλὰ ἁγίασον αὐτούς, φρούρησον, σκέπασον, ἀντιλαβοῦ, ῥῦσαι τοῦ ἀλλοτρίου, παντὸς ἐχθροῦ, τοὺς οἴκους αὐτῶν φύλαξον, «τὰς εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους φρούρησον» [Ps 120 8]· (9) ὅτι σοὶ δόξα, αἶνος, μεγαλοπρέπεια, σέβας, προσκύνησις καὶ τῷ σῷ Παιδὶ Ἰησοῦ τῷ Χριστῷ σου, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν

---

691 (6) Et diaconus dicat: Deo per Christum eius inclinate et accipite benedictionem. (7) Tum episcopus precetur dicens: Deus omnipotens, verax et incomparabilis, qui ubique exsistis ac omnibus praesens es et in nullo es ut aliquid in eo exsistens, qui locis non circumscriberis, qui temporibus non vetustescis, qui saeculis non terminaris, qui verbis non seduceris, qui ortui non es subiectus, qui custodia non indiges, qui supra extraque interitum es, qui conversionem recipere nequis, qui natura es immutabilis, *qui lucem habitas inaccessam,* qui natura invisibilis es, qui omnibus naturis rationalibus te benevole requirentibus notus es, qui deprehenderis ab iis, qui in benevolentia vestigant te, Deus Israel vere videntis, in Christum credentis populi tui: (8) propitius factus exaudi me propter nomen tuum, ac benedic iis, qui tibi inclinarunt cervices suas, atque *da iis cordis eorum petitiones,* quae utiles sunt, et neminem eorum abici facias a regno tuo, sed sanctifica illos, custodi, protege, adiuva, libera ab adversario, ab omni inimico; domus eorum serva, *introitus eorum et exitus tuere;* (9) quoniam tibi gloria, laus, maiestas, cultus, adoratio et Filio tuo Iesu Christo tuo, Domino nostro et Deo ac regi, et Sancto

καὶ Θεῷ καὶ βασιλεῖ, καὶ τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν. (10) Καὶ ὁ διάκονος ἐρεῖ· Ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ. (11) Ταῦτα περὶ τῆς μυστικῆς λατρείας διατασσόμεθα ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις.

Didascalia et Constitutiones Apostolorum ed. *F. X. Funk* (Paderborn 1905, Schöningh) 1, 494 sq. MG 1 (ed. *I. B. Cotelier*), 1089 sqq.

## CANONES APOSTOLORUM collecti circa 400.

[Constitutiones Apostolorum 8, 47.]

### 1. De ministro sacramenti Ordinis.

Ἐπίσκοπος τοίνυν ὑπὸ ἐπισκόπων χειροτονείσθω δύο ἢ 692
τριῶν, πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου καὶ διάκονος καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

### 2. Ne falsa materia ad sacrificium adhibeatur.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου 693
διάταξιν, τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα, ἢ μέλι ἐπὶ τὸ τοῦ Θεοῦ θυσιαστήριον ἢ γάλα ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδευτὰ ἢ ὄρνεις ἢ ζῶά τινα ἢ ὄσπρια, παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω.

### 7. Ne Pascha cum Iudaeis celebretur.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν 694
τοῦ Πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω.

---

Spiritui nunc et semper et in saecula saeculorum, amen. (10) Et diaconus dicat: Ite in pace. (11) Haec de mystico cultu nos apostoli constituimus vobis episcopis et presbyteris et diaconis.

Episcopus igitur ab episcopis ordinetur duobus vel tribus, 692
presbyter ab uno episcopo ac diaconus et reliqui clerici.

Si quis episcopus aut presbyter praeter Domini constitu- 693
tionem ad sacrificium spectantem obtulerit ad altare Dei alia quaedam, seu mel seu lac seu pro vino siceram confectam seu aves seu animalia aliqua seu legumina contra constitutionem, deponatur.

Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus sanctum Paschae 694
diem ante vernale aequinoctium cum Iudaeis celebraverit, deponatur.

### 17. Ne quis post baptismum bigamus in clerum assumatur.

695 Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα ἢ παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

### 30. Si quis episcopus per saeculares principes Ecclesiam obtinuerit.

696 Εἴ τις ἐπίσκοπος, κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς Ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

### 34. De iure metropolitarum servando.

697 Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν καὶ μηδέν τι περιττὸν πράττειν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης, ἐκεῖνα δὲ μόνα ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις· ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι· οὕτως γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ ἐν τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι.

### 38. Ut episcopus habeat curam rerum ecclesiasticarum.

698 Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς Θεοῦ ἐφορῶντος μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν ἢ συγ-

---

695 Qui post baptismum duobus matrimoniis fuit coniunctus aut concubinam habuit, non potest esse episcopus aut presbyter aut diaconus aut omnino e catalogo ordinis ecclesiastici.

696 Si quis episcopus, saecularibus principibus usus, per eos Ecclesiam obtinuerit, deponatur et segregetur, atque omnes, qui cum eo communicant.

697 Episcopos singularum gentium scire oportet, quis inter eos primus sit, eumque existimare velut caput et nihil magnum sine eius sententia facere, unumquemque autem ea sola agere, quae ad suam parochiam et villas ipsi subiectas pertinent; sed nec praeter omnium conscientiam ille aliquid faciat; sic enim concordia erit, ac glorificabitur Deus per Christum in Sancto Spiritu.

698 Omnium rerum ecclesiasticarum curam habeat episcopus, easque administret velut Deo inspiciente; non autem ei liceat quidquam ex iis vendicare, vel propinquis suis donare, quae

γενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίζεσθαι· εἰ δὲ πένητες ὦσιν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω.

## 41. Ut curante episcopo qui altari assistunt ex altari vivant.

Προστάσσομεν τὸν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς 699
Ἐκκλησίας πραγμάτων· εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευτέον, πολλῷ ἂν δέοι περὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι τοῖς δεομένοις διὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων καὶ ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου Θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας· μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων, εἴ γε δέοιτο, εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρείας καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ Θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ παραμένοντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τρέφεσθαι, ἐπείπερ οὐδὲ στρατιώτης ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρεται [cf. 1 Cor 9, 13 et 7].

## 51. Contra clericos vel laicos qui propter detestationem se nuptiis et carnibus et vino abstinent.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὅλως τοῦ 700
καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος, ὅτι «πάντα καλὰ λίαν» [Gn 1, 31] καὶ ὅτι «ἄρσεν καὶ θῆλυ

---

Dei sunt; quodsi pauperes sint, velut pauperibus suppeditet, nec vero praetextu eorum vendat, quae sunt Ecclesiae.

Praecipimus, ut episcopus potestatem habeat rerum eccle- 699
siasticarum. Si enim animae hominum pretiosae ei credendae sunt, multo magis eum oportet de pecuniis mandare, ita ut ex eius potestate omnia dispensentur indigentibus per presbyteros et diaconos atque suppeditentur cum timore Dei et omni sollicitudine. Sed ipse quoque percipiat, quae opus sunt, si tamen indiguerit, ad necessarios suos usus et fratrum, qui hospitio suscipiuntur, ut nullo modo inopiam patiantur. Lex enim Dei constituit, ut, qui altari assistunt, ex altari vivant, quandoquidem neque miles suis stipendiis arma fert contra hostes.

Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus aut quilibet 700
e numero clericorum nuptiis et carnibus et vino se abstinet, non propter exercitationem, sed propter detestationem, oblitus,

ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον» [Gn 1, 27], ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω ἢ καθαιρείσθω καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

54. **Ne quis clericus in caupona comedat.**

701 Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ φωραθῇ ἐσθίων, ἀφοριζέσθω, παρὲξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην καταλύειν.

69. **Contra episcopos vel clericos qui diebus statutis non ieiunant.**

702 Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὑποδιάκονος ἢ ἀναγνώστης ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύει ἢ τετράδα ἢ παρασκευήν, καθαιρείσθω, ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω.

76. **Ne quis episcopus propinquum quasi in heredem sui episcop tus ordinet.**

703 Ὅτι μὴ χρὴ τὸν ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ ἢ τῷ υἱῷ ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαριζόμενον τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονεῖν, οὓς αὐτὸς βούλεται· κληρονόμους γὰρ τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ ποιεῖσθαι οὐ δίκαιον, τὰ τοῦ Θεοῦ χαριζόμενον πάθει ἀνθρωπίνῳ οὐ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονομίαν ὀφείλει τιθέναι. Εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος μὲν ἔστω ἡ χειροτονία, αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

---

quod *omnia valde bona* et quod *masculum et feminam fecit Deus hominem*, sed blasphemans accusat creationem, aut corrigatur aut deponatur et ex Ecclesia eiciatur; similiter et laicus.

701 Si quis clericus in caupona comedens deprehensus fuerit, segregetur, praeterquam quod ex necessitate in itinere divertit in hospitium.

702 Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus aut subdiaconus aut lector aut cantor sanctam Quadragesimam non ieiunat vel quartam feriam vel sextam, deponatur, nisi infirmitate corporis impediatur; si vero laicus sit, segregetur.

703 Quod non oportet episcopum fratri aut filio aut alii propinquo dignitatem episcopatus largientem ordinare, quos ipse vult; non enim aequum est, ut heredes episcopatus sui faciat, humano affectu largiens, quae Dei sunt; nam Dei Ecclesiam non debet hereditati subicere. Si quis vero hoc fecerit, irrita est ordinatio, ipse autem puniatur segregatione.

## 81. Ne quis episcopus publicis administrationibus occupetur.

Εἴπομεν, ὅτι μὴ χρὴ ἐπίσκοπον καθεῖναι ἑαυτὸν εἰς δη- 704
μοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις· ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω· «οὐδεὶς» γὰρ «δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν» [Mt 6, 24] κατὰ τὴν κυριακὴν παρακέλευσιν.

## 82. Ne quis servus invito domino ad clerum promoveatur.

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσπο- 705
τῶν γνώμης οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐπὶ λύπῃ τῶν κεκτημένων· οἴκων γὰρ ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτο ἐργάζεται. Εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος Ὀνήσιμος ὁ ἡμέτερος ἀνεφάνη, καὶ συγχωροῦσιν οἱ δεσπόται καὶ ἐλευθεροῦσιν καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτῶν ἐξαποστέλλουσιν, γινέσθω.

## 83. Si quis episcopus vel clericus stante suo gradu militari voluerit.

Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον στρατείαις παρα- 706
μένοντα καὶ ἀμφότερα ποιεῖν βουλόμενον, κατέχειν ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν ἀρχὴν διοικεῖν, καθαιρεῖν χρή· «τὰ» γὰρ «Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ» [Mt 22, 21].

Funk l. c. 1, 564 sqq. Lauchert 1 sqq. Hf. 1, 800 sqq.

---

Diximus, quod non oportet episcopum in publicas admini- 704
strationes se demittere, sed ecclesiasticis usibus vacare: aut igitur persuadeatur hoc non facere, aut deponatur; *nemo* enim *potest duobus dominis servire,* secundum Domini admonitionem.

Servos invitis dominis ad clerum promoveri non permitti- 705
mus, ne molestia possessoribus fiat; hoc namque domorum eversionem efficit. Si quando autem servus dignus videatur, qui in gradu ecclesiastico constituatur, qualis Onesimus noster apparuit, et permittunt domini ac libertate donant et e domo sua emittunt, fiat.

Episcopum vel presbyterum vel diaconum, qui militiae vacat 706
et utrumque facere vult, romanum magistratum obtinere et sacrum gradum administrare, deponi oportet; nam *quae Caesaris sunt, Caesari, et quae Dei, Deo.*

## CONCILIUM TOLETANUM[1] 400.

### CANONES.

**1. De presbyteris et diaconibus, si post ordinationem filios genuerint.**

707 Placuit, ut diacones vel integri vel casti sint et continentis vitae, etiam si uxores habeant, in ministerio constituantur, ita tamen, ut, si qui etiam ante interdictum, quod per Lusitanos episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoribus suis vixerint, presbyterii honore non cumulentur: si quis vero ex presbyteris ante interdictum filios susceperit, de presbyterio ad episcopatum non admittatur.

**5. Ut cuiuslibet ordinis clericus, si ad ecclesiam non venerit, deponatur.**

708 Presbyter vel diaconus vel subdiaconus vel quilibet ecclesiae deputatus clericus, si intra civitatem fuerit vel in loco in quo est ecclesia aut castellum aut vicus aut villa, et ad ecclesiam ad sacrificium cotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo noluerit promereri.

**8. De eo qui post baptismum militaverit, ut ad diaconium non promoveatur.**

709 Si quis post baptismum militaverit et chlamydem sumpserit aut cingulum, etiam si gravia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconii dignitatem non accipiat.

**15. De his qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.**

710 Quisquis laicus abstinetur, ad hunc vel ad domum eius clericorum vel religiosorum nullus accedat: similiter et clericus si abstinetur, a clericis evitetur; si quis cum illo colloqui aut convivare fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur: sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius sunt episcopi, et ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, sive laico quolibet sive clerico.

**17. De eo qui uxorem habet, si concubinam habuerit, ut non communicet.**

711 Si quis habens uxorem fidelis concubinam habeat, non communicet: ceterum is qui non habet uxorem et pro

[1] *Toledo*, Hispaniae.

uxore concubinam habeat, a communione non repellatur, tantum aut unius mulieris aut uxoris aut concubinae, ut ei placuerit, sit coniunctione contentus; alias vero vivens abiciatur donec desinat et per paenitentiam revertatur.

20. **Ut praeter episcopum nullus chrisma conficiat.**

(1) Quamvis paene ubique custodiatur, ut absque epi- 712
scopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium nisi episcopum chrisma conficere et per dioeceses destinare, ita ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem Paschae diaconi destinentur aut subdiaconi, ut confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem Paschae possit occurrere. (2) Episcopum sane certum est omni tempore licere chrisma conficere, sine conscientia autem episcopi nihil penitus faciendum; statutum vero est diaconem non chrismare, sed presbyterum absente episcopo, praesente vero si ab ipso fuerit praeceptum. Huiusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel praesentibus vel absentibus episcopis suggerendam, ut eam aut episcopi custodiant aut presbyteri non relinquant.

Lauchert 177 sqq. Hard. 1, 989 sqq. Msi 3, 997 sqq. Hf. 2, 78 sqq. HL 2, 1, 122 sqq.

## ANASTASIUS PAPA I 399—401.

### De orthodoxia Liberii.

[Ex epistula ad Venerium ep. Mediolanensem 401.]

(1) Dat mihi plurimum illud in Christi amore gaudium, 713
quod divinitatis studio, alacritate succensa, integram fidem Apostolis traditam locatamque a maioribus toto orbe victrix retinebat Italia; ipso quippe sub tempore, quo divae memoriae Constantius orbem victor obtinuit, nec potuit sordes suas immittere aliqua subreptione factio Ariana, Deo nostro, ut credimus, providente, ne illa sancta fides et impolluta in aliquo vitio blasphemiae maledicorum hominum contaminaretur: (2) Haec scilicet ipsa, quae a sanctis viris et in requie sanctorum iam collocatis episcopis tractata fuerat vel definita in synodi conventu Nicaenae; pro qua exsilium libenter tulerunt, qui sancti

tunc episcopi sunt probati: hoc est Dionysius inde Dei servus, divina instructione compositus; vel eius sancti exemplo, sanctae recordationis Ecclesiae Romanae Liberius episcopus, Eusebius quoque a Vercellis, Hilarius de Galliis; ut de plerisque taceam, quorum potuerit in arbitrio residere, cruci potius affigi, quam Deum Christum (quod Ariana cogebat haeresis) blasphemarent, aut Filium Dei, Deum Christum dicerent creaturam Domini.

*Pitra,* Analecta novissima 1 (Typis Tusculanis 1885), 463.

## TYRANNIUS RUFINUS circa 345—410.

### De visione Constantini M.

[Versio (aucta) Hist. eccl. Eusebii (scripta 402—403) 9, 9, 1—3.]

714 (1) Etenim cum religiosissimus imperator Constantinus, Constantii adaeque moderatissimi et egregii principis filius, adversum Maxentium urbis Romae yrannum bellum pararet atque exercitum duceret (erat quidem iam tunc Christianae religionis fautor verique Dei venerator, nondum tamen, ut est sollemne nostris initiari, signum dominicae passionis acceperat), cum igitur anxius et multa secum de imminentis belli necessitate pervolvens iter ageret atque ad caelum saepius oculos elevaret et inde sibi divinum precaretur auxilium, videt per soporem ad orientis partem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare; cumque tanto visu fuisset exterritus ac novo perturbaretur aspectu, adstare sibi vidit angelos dicentes: «Constantine, τούτῳ νίκα» quod est: in hoc vince. (2) Tum vero laetus redditus et de victoria iam securus, signum crucis, quod in caelo viderat, in sua fronte designat et ita caelitus invitatus ad fidem, non mihi illo videtur inferior, cui similiter de caelo dictum est: *Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus Nazarenus* [Act 9, 4 sq], nisi quia hic non adhuc persequens, sed iam consequens invitatur. (3) Exin signum, quod in caelo sibi fuerat demonstratum, in militaria vexilla transformat ac labarum, quem dicunt, in speciem crucis dominicae exaptat et ita armis vexillisque religionis instructus adversum impiorum arma proficiscitur; sed et in dextera sua manu signum nihilominus crucis ex auro fabrefactum habuisse perhibetur.

Ed. *Mommsen* in CB Eus. 2, 827 [VIIII] et 829.

## De reditu Liberii.

[Hist eccl. 1 (10), 28, 1—2.]

(1) Post quem [scil. Constantium] Iulianus prae- 715
sumptum prius, dein ut legitimum solus obtinet principatum. Is primum velut arguens perperam gesta Constantii, episcopos iubet de exsiliis relaxari, post vero adversum nostros tota nocendi arte consurgit. Interim qui superfuerant episcopi de exsiliis relaxantur. (2) Nam Liberius urbis Romae episcopus Constantio vivente regressus est. Sed hoc utrum, quod adquieverat voluntati suae ad subscribendum, an ad populi Romani gratiam, a quo proficiscens fuerat exoratus, indulserit, pro certo compertum non habeo.

Ed. *Mommsen* in CB Eus. 2, 990 sq. ML 21, 497 sq. (c. 27).

## De paenitentia Theodosii.

[Ib. 2 (11), 18.]

(1) Per idem tempus subreptione quadam daemonis 716
turpis macula religioso principi inusta est. Etenim cum apud Thessalonicam seditione exorta quidam ex militaribus vir impetu fuisset populi furentis exstinctus, repentini nuntii atrocitate succensus ad ludos circenses invitari populum eique ex improviso circumfundi milites atque obtruncare passim, quisque occurrisset, gladio iubet et vindictam dare non crimini, sed furori. (2) Ob hoc cum a sacerdotibus Italiae argueretur, agnovit delictum culpamque cum lacrimis professus publicam paenitentiam in conspectu totius Ecclesiae exegit et in hoc sibi tempus adscriptum absque regali fastidio patienter implevit. (3) Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit: lege sanxit in posterum, ut sententiae principum super animadversione prolatae in diem tricesimum ab exsecutoribus differrentur, quo locus misericordiae vel, si res tulisset, paenitentiae non periret.

Ed. *Mommsen* in CB Eus. 2, 1022 sq. ML 21, 525.

# AURELIUS PRUDENTIUS CLEMENS obiit post 405.

## De victoria Constantini M. sub Labari signo reportata.

[Contra Symmachum 1, 461—468.]

Seu nos procinctus maneat, seu pace quietas 716[1]
dictemus leges, seu debellata duorum

colla tyrannorum [1] media calcemus in Urbe,
agnoscas, regina, libens mea signa, necesse est:
in quibus effigies crucis aut gemmata refulget,
aut longis solido ex auro praefertur in hastis.
Hoc signo invictus transmissis Alpibus ultor
servitium solvit miserabile Constantinus.

ML 60, 156 sq.

## SULPICIUS SEVERUS circa 363 ad circa 420.

### De persecutione Neronis.

[Chronicorum (circa 403) l. 2, 28, 3 ad 29, 4.]

717 28. (3) Reliqua vero eius [scil. Neronis] incertum pigeat an pudeat magis disserere. Hic primus Christianum nomen tollere aggressus est: quippe semper inimica virtutibus vitia sunt, et optimi quique ab improbis quasi exprobrantes aspiciuntur. (4) Namque eo tempore divina apud urbem religio invaluerat, Petro ibi episcopatum gerente, et Paulo, posteaquam ab iniusto praesidis iudicio Caesarem appellaverat, Romam deducto: ad quem tum audiendum plures conveniebant, qui veritate intellecta virtutibusque Apostolorum, quas tum crebro ediderant, permoti ad cultum Dei se conferebant. (5) Etenim tum illustris illa adversus Simonem Petri ac Pauli congressio fuit. Qui cum magicis artibus, ut se deum probaret, duobus suffultus daemoniis evolasset, orationibus Apostolorum fugatis daemonibus, delapsus in terram populo inspectante disruptus est.

718 29. (1) Interea abundante iam Christianorum multitudine, accidit, ut Roma incendio conflagraret, Nerone apud Antium constituto. Sed opinio omnium invidiam incendii in principem retorquebat, credebaturque imperator gloriam innovandae urbis quaesisse. (2) Neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo iussum incendium putaretur. Igitur vertit invidiam in Christianos, actaeque in innoxios crudelissimae quaestiones: quin et novae mortes excogitatae, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, multi crucibus affixi aut flamma usti, plerique in id reservati, ut, cum defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. (3) Hoc initio in Christianos sae-

---

[1] Maxentii et Licinii.

viri coeptum. Post etiam datis legibus religio vetabatur, palamque edictis propositis Christianum esse non licebat. Tum Paulus ac Petrus capitis damnati: quorum uni cervix gladio desecta, Petrus in crucem sublatus est.

CV 1, 83. ML 20, 145.

## INNOCENTIUS PAPA I 402—417.

### De vicariatu Illyrico a Damaso et Siricio constituto.

[Epistula 1 (ad Anysium ep. Thessalonicensem 402).]

*Dilectissimo fratri Anysio Innocentius.* 719

(1) Cum Deus noster Christus sanctae memoriae virum Anastasium episcopum, licet celeriter, ad se vocare dignatus sit, computans eius merita tanta esse ac talia, ut iam excederent conversationis humanae consortium saeculumque illud, prae vitae puritate et abundantia doctrinae, qua populum Dei toto ecclesiasticae auctoritatis rigore regebat: ne eius Ecclesia aliquantulum sine rectoris gubernaculo remaneret, statim pro sua misericordia, consentientibus sanctis sacerdotibus omnique clero ac populo cum pace, quam Deus Ecclesiae suae rediens ad caelum donare dignatus est, ordinatum me in eius locum, frater carissime, par fuit ⟨te⟩ recognoscere primitiasque meas nonnisi viro optimo atque in Deo semper fideliter laboranti celeriter nuntiare. (2) Cui etiam anteriores tanti ac tales viri praedecessores mei episcopi, id est, sanctae memoriae Damasus, Siricius atque supra memoratus vir ita detulerunt, ut omnia, quae in illis partibus gererentur, sanctitati tuae, quae plena iustitiae est, traderent cognoscenda; meam quoque parvitatem hoc tenere iudicium, eandemque habere voluntatem, te decet recognoscere. (3) Neque enim fas erat, ut aut ego contra tantorum bonorum virorum iudicium venire tentarem, quorum in locum successisse dignoscor, aut tuo merito, cui praeclari viri tantam gratiam auctoritatis huiusce contulisse videntur, aliquid derogari videretur. (4) Prae me itaque fero, ut hoc ipsum etiam meae parvitati reservatum recognoscam, ut pari iudicio similique forma et bonis adaeque et tuae caritati id tribuam quod mereris.

ML 20, 463 sqq.

## De Primatu et de appellatione ad Sedem Romanam etc. decretales.

[Epistula 2 (ad Victricium ep. Rotomagensem[1] 404) 1—6.]

720 *Innocentius Victricio episcopo Rotomagensi salutem.*

1. (1) Etsi tibi, frater carissime, pro merito et honore sacerdotii quo plurimum polles, vivendi et docendi ecclesiasticae regulae nota sunt omnia [scil. praecepta], neque est aliquid, quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur; tamen quia Romanae Ecclesiae normam atque auctoritatem magnopere postulasti, voluntati tuae morem admodum gerens, digestas vitae et morum probabilium disciplinas annexas litteris meis misi, per quas advertant Ecclesiarum regionis vestrae populi, quibus rebus et regulis Christianorum vita in sua cuiusque professione debeat contineri, qualisque servetur in urbis Romae Ecclesiis disciplina. (2) Erit dilectionis tuae, per plebes finitimas, et consacerdotes nostros qui in illis regionibus propriis Ecclesiis praesident, regularum hunc librum quasi didascalicum atque monitorem sedulo insinuare; ut et nostros cognoscere, et ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formare. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid adhuc desideratur, facile poterunt ex bona imitatione supplere.

721 2. (1) Incipiamus igitur, adiuvante sancto apostolo Petro, per quem et apostolatus et episcopatus in Christo coepit exordium, ut, quoniam saepe plures emerserunt causae, quae in aliquantis non erant causae, sed crimina, ut de cetero sollicitudo sit unicuique sacerdoti in sua Ecclesia curam huiusmodi habere, sicut apostolus praedicat Paulus [Eph 5, 27], talem Ecclesiam Deo exhibendam, *non habentem maculam aut rugam,* ne alicuius morbidae ovis afflatu conscientia nostra contaminata violetur. (2) Propter eos igitur, qui vel ignorantia vel desidia non tenent ecclesiasticam disciplinam, et multa non praesumenda praesumunt, recte postulasti, ut in illis partibus istiusmodi, quam tenet Ecclesia Romana, forma servetur. (3) Non quo nova praecepta aliqua imperentur, sed ea, quae per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab

---

[1] *Rouen,* Galliae.

omnibus observari cupiamus, quae tamen apostolica et patrum traditione sunt constituta. Scriptum est namque ad Thessalonicenses, Paulo monente [2 Thess 2, 14]: *State, et tenete traditiones nostras, quas tradidi vobis sive per verbum, sive per epistulam.* (4) Illud certe tuam debet mentem vehementius excitare, ut ab omni labe saeculi istius immunis, ante Dei conspectum securus inveniaris. Cui multum enim creditur, plus ab eo exigitur [cf. Lc 12, 48], usura poenarum. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo Christi cogimur praestare rationem, disciplinam deificam populum erudire debemus. (5) Exstiterunt enim nonnulli qui, statuta maiorum non tenentes, castitatem Ecclesiae sua praesumptione violarent, populi favorem sequentes et Dei iudicium non timentes. Ergo ne silentio nostro existimemur his praebere consensum, dicente Domino [Ps 49, 18]: *Videbas furem et currebas cum eo,* haec sunt quae deinceps, intuitu divini iudicii, omnem catholicum episcopum expedit custodire:

3. Cap. I. Primum, ut extra conscientiam metropoli- 722
tani episcopi nullus audeat ordinare; integrum enim est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur: nec unus episcopus ordinare praesumat; ne furtivum beneficium praestitum videatur. Hoc enim et in synodo Nicaena constitutum est atque definitum.

4. Cap. II. Item si quis post remissionem peccatorum 723
cingulum militiae saecularis habuerit, ad clericatum omnino admitti non debet.

5 Cap. III. Si quae autem causae vel contentiones 724
inter clericos tam superioris ordinis, quam etiam inferioris, fuerint exortae, ut, secundum synodum Nicaenam, congregatis eiusdem provinciae episcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat (sine praeiudicio tamen Romanae Ecclesiae, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri), relictis his sacerdotibus qui in eadem provincia Dei Ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Quod si quis forte praesumpserit, et ab officio clericatus submotus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur.

6. Si maiores causae in medium fuerint devolutae, ad 725
Sedem apostolicam, sicut synodus statuit et beata consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur.

ML 20, 469 sqq.

## De auctoritate Ecclesiae Romanae.

[Epistula 25 (ad Decentium ep. Eugubinum[1] 416), 2.]

726 (1) Quis enim nesciat aut non advertat, id quod a principe apostolorum Petro Romanae Ecclesiae traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari; nec superduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? (2) Praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, et insulas interiacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus aut eius successores constituerint sacerdotes. (3) Aut legant, si in his provinciis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Qui si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne, dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere.

ML 20, 552.

## De reconciliatione feria quinta ante Pascha facienda et de confessione paenitentis attendenda.

[Ib. 10.]

727 (1) De paenitentibus autem, qui sive ex gravioribus commissis sive ex levioribus paenitentiam gerunt, si nulla interveniat aegritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romanae Ecclesiae consuetudo demonstrat. (2) Ceterum de pondere aestimando delictorum sacerdotis est iudicare, ut attendat ad confessionem paenitentis et ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem suam. (3) Vel si quis aegritudinem incurrerit atque usque desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschae relaxandum, ne de saeculo absque communione discedat.

ML 20, 559.

727a *Innocentii rescripta: De baptismo haereticorum v. D 94, De reconciliatione in articulo mortis ib. 95, De canone S. Scripturae ib. 96, De baptismo Paulianistarum ib. 97, De ministro confirmationis ib. 98, De ministro extremae unctionis ib. 99, De primatu et infallibilitate Romani Pontificis ib. 100.*

---

[1] *Gubbio,* Italiae.

# IOANNES CHRYSOSTOMUS (n. circa 354) EP. CONSTANTINOPOLITANUS 398—407.

## Appellatio ad Innocentium Papam I 404.

[Epistula ad Innocentium prima.]

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ αἰδεσιμωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ 728
ἐπισκόπῳ Ἰννοκεντίῳ Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

1. (1) Καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων οἶμαι τῶν ἡμετέρων ἀκηκοέναι τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν τὴν παρανομίαν τὴν ἐνταῦθα τολμηθεῖσαν. Τὸ γὰρ μέγεθος τῶν δεινῶν οὐδὲ ἓν μέρος σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἀφῆκεν ἀνήκοον εἶναι τῆς χαλεπῆς ταύτης τραγῳδίας· καὶ γὰρ πρὸς αὐτὰς τῆς γῆς τὰς ἐσχατιὰς φέρουσα ἡ φήμη τὰ γενόμενα, πολὺν πανταχοῦ θρῆνον καὶ ὀλοφυρμὸν εἰργάσατο. (2) Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ θρηνεῖν δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν καὶ σκοπεῖν, ὅπως ἂν ὁ χαλεπώτατος οὗτος τῆς Ἐκκλησίας σταίη χειμών· ἀναγκαῖον εἶναι ἐνομίσαμεν τοὺς κυρίους μου τοὺς τιμιωτάτους καὶ εὐλαβεστάτους ἐπισκόπους Δημήτριον, Πανσόφιον, Πάππον καὶ Εὐγένιον πεῖσαι τάς τε ἑαυτῶν ἀφεῖναι, καὶ πελάγους κατατολμῆσαι τοσούτου, καὶ μακρὰν ἀποδημίαν στείλασθαι, καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν δραμεῖν ἀγάπην, καὶ πάντα σαφῶς ἀναδιδάξαντας, ταχίστην παρασκευάσαι γενέσθαι τὴν διόρθωσιν, οἷς καὶ τοὺς τιμιωτάτους καὶ ἀγαπητοὺς τῶν διακόνων Παῦλον καὶ Κυριακὸν συνεπέμψαμεν· καὶ αὐτοὶ δὲ ὡς ἐν εἴδει

---

Domino meo reverendissimo pientissimoque Innocentio 728
Ioannes in Domino salutem.

1. (1) Etiam antequam redditae sunt litterae nostrae, opinor pietatem vestram audivisse quidnam hic patrare ausa fuerit iniquitas. Ea enim rerum est magnitudo et gravitas, ut nulla ferme orbis pars relicta sit, quae tristem hanc tragoediam non audierit; quandoquidem fama usque ad fines terrae perlata plurima ubique lamenta et eiulatus excitavit. (2) Verum quia non satis est plangere, sed opus etiam ut cura geratur et spectetur, qua ratione et quo consilio gravissima illa Ecclesiae tempestas sedetur, necessarium esse duximus ut persuaderetur Demetrio, Pansophio, Pappo et Eugenio, dominis meis maxime venerabilibus piisque episcopis, relictis Ecclesiis propriis pelago se tanto committere susceptaque longinqua hac peregrinatione ad vestram properare caritatem, de omnibus vos manifeste docentes, quo quantocius rebus succurratur; misimus autem cum iis venerabiles dilectosque diaconos Paulum et Cyriacum; et nos quoque paucis caritatem vestram

ἐπιστολῆς, ἐν βραχεῖ διδάξομεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην τὰ γεγενημένα. (3) Ὁ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ την προεδρίαν ἐγχειρισθεὶς Θεόφιλος, ἐντυχόντων τινῶν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ κατ' αὐτοῦ, κελευσθεὶς ἀφικέσθαι μόνος, συναγαγὼν μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος Αἰγυπτίων ἐπισκόπων οὐκ ὀλίγων παραγίνεται, καθάπερ ἐκ προοιμίων δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι εἰς πόλεμον καὶ παράταξιν ἀφῖκται· εἶτα τῆς μεγάλης καὶ θεοφιλοῦς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιβάς, οὐκ εἰς ἐκκλησίαν εἰσῆλθε κατὰ τὸ εἰωθὸς καὶ τὸν ἄνωθεν κρατήσαντα θεσμόν, οὐχ ἡμῖν συνεγένετο, οὐ λόγου μετέδωκεν, οὐκ εὐχῆς, οὐ κοινωνίας· ἀλλ' ἀποβὰς τοῦ πλοίου καὶ τὰ πρόθυρα τῆς ἐκκλησίας παραδραμών, ἔξω που τῆς πόλεως ἀπελθὼν ηὐλίζετο καί, πολλὰ παρακαλεσάντων ἡμῶν καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ παραγενομένους παρ' ἡμῖν καταχθῆναι (καὶ γὰρ ἅπαντα ηὐτρέπιστο, καὶ καταγώγια, καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν), οὔτε ἐκεῖνοι οὔτε αὐτὸς ἠνέσχετο.

729 (4) Ταῦτα δρῶντες ἡμεῖς, καὶ ἐν ἀπορίᾳ ἦμεν πολλῇ, μηδὲ τὴν αἰτίαν δυνάμενοι τῆς ἀδίκου ταύτης ἀπεχθείας εὑρεῖν· ἀλλ' ὅμως τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπληροῦμεν, τὸ πρέπον ἡμῖν αὐτοῖς ποιοῦντες καὶ συνεχῶς αὐτὸν παρακαλοῦντες συγγενέσθαι τε ἡμῖν καὶ εἰπεῖν, τίνος ἕνεκεν τοσοῦτον ἐκ προοιμίων ἀνερρίπισε πόλεμον καὶ τηλικαύτην διεσκέδασε

---

quae facta sunt in epistulae forma docebimus. (3) Theophilus enim ille qui Alexandrinae Ecclesiae episcopatum regendum suscepit, cum a piissimo imperatore, cui adversus illum quaedam nuntiata erant, iussus esset venire solus, collecta multitudine episcoporum non paucorum huc venit; quo praeludio quasi declarare volebat se ad bellum et aciem pergere; cumque in magnam divinoque cultui deditam urbem Constantinopolim ingressus esset, non pro more et consuetudine vetere intravit in ecclesiam, neque ad nos accessit, neque participem se fecit vel sermonis vel precum vel communionis, sed egressus e navi et praetercursis ecclesiae vestibulis alicubi extra urbem diversatus est; tametsi nos plurimum obsecraremus et ipsum et eos qui cum ipso advenerant, ut apud nos deverterent (erant enim deversoria et omnia alia quae oportebat bene instructa); at neque illi neque ipse nobis morem gerebant.

729 (4) Unde nos ea videntes valde consternabamur animo; et quamvis iniustarum illarum inimicitiarum causam nullam invenire possemus, nihilominus tamen officia iis impendimus, quae par erat nos illis exhibere; ac frequenter ipsum obsecravimus, ut se nobis coniungeret diceretque, cuius gratia statim ab initio tantum excitaret bellum in tantaque urbe discordiam

πόλιν. (5) Ὡς δὲ οὐδὲ αὐτὸς ἠβούλετο λέγειν τὴν αἰτίαν οἵ τε κατηγοροῦντες αὐτοῦ ἐπέκειντο, καλέσας ἡμᾶς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεύς, ἐκέλευσε πέραν ἔνθα διέτριβεν ἀπιέναι καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ ἀκούειν ὑποθέσεως. Καὶ γὰρ καὶ ἔφοδον καὶ σφαγὰς καὶ ἕτερα ἐνεκάλουν μυρία· ἀλλ' ἡμεῖς καὶ τοὺς νόμους τῶν πατέρων εἰδότες, καὶ τὸν ἄνδρα αἰδούμενοι καὶ τιμῶντες, καὶ αὐτοῦ δὲ τὰ γράμματα ἔχοντες τὰ δηλοῦντα μὴ δεῖν ὑπερορίους ἕλκεσθαι τὰς δίκας, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τὰ τῶν ἐπαρχιῶν γυμνάζεσθαι, οὐ κατεδεξάμεθα δικάσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς παρῃτησάμεθα τῆς σφοδρότητος. (6) Ὁ δὲ ὥσπερ τοῖς προτέροις ἐπαγωνιζόμενος, τὸν ἀρχιδιάκονον καλέσας τὸν ἐμόν, ἐξ αὐθεντίας πολλῆς, ὥσπερ ἤδη χηρευούσης τῆς Ἐκκλησίας καὶ οὐκ ἐχούσης ἐπίσκοπον, δι' ἐκείνου τὸν κλῆρον ἅπαντα πρὸς ἑαυτὸν μετέστησε· καὶ ἀνάστατοι αἱ ἐκκλησίαι ἐγένοντο, ἀπαγομένων τῶν ἐν ἑκάστῃ κληρικῶν καὶ παρασκευαζομένων λιβέλλους διδόναι καθ' ἡμῶν καὶ πρὸς κατηγορίαν ἀλειφομένων. (7) Καὶ ταῦτα ποιήσας ἔπεμπε καὶ ἐκάλει ἡμᾶς εἰς δικαστήριον, μηδέπω τὰς καθ' ἑαυτοῦ ἀποδυσάμενος αἰτίας, ὃ μάλιστα καὶ παρὰ κανόνας καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους ἦν.

2. (1) Ἀλλ' ἡμεῖς συνειδότες ὅτι οὐ πρὸς δικαστήριον 730
ἀφικόμεθα (ἢ γὰρ ἂν μυριάκις παρεγενόμεθα), ἀλλὰ πρὸς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, καθάπερ τά τε ἔμπροσθεν γεγενημένα

---

induceret. (5) Verum cum ille causam dicere nollet meque urgerent accusatores eius, vocavit nos imperator pientissimus et iussit ire ad locum in quo ille agebat et illic crimina quae ipsi offerrentur audire. Nam incursionem et caedes et alia plurima obiciebant; nos autem, scientes leges patrum viroque honorem deferentes, habentes etiam super hac re eius litteras, oportere in quibusque provinciis sua negotia tractari neque extra limites illarum trahi, vehementer detrectavimus, ne causam susciperemus iudicandam. (6) Porro ille quasi prioribus conatibus cumulum addere contendens, multa auctoritate vocato archidiacono meo, quasi iam Ecclesia viduata esset ac episcopum non haberet, clerum omnem sibi per illum adiunxit; fiebantque desertae in dies ecclesiae, dum e singulis abducebantur clerici et instruebantur, ut nos accusarent et libellos adversus nos producerent. (7) Post haec vocavit et nos ad iudicium, nondum dilutis sibi obiectis criminibus, id quod maxime contra omnes canones et leges erat.

2. (1) Porro scientes, nos non ad iudicium (nam alioquin 730
sexcenties venissemus), sed ad hostem et inimicum venturos, id quod satis declarant quae prius ac postea sunt facta. misi-

καὶ τὰ μετὰ ταῦτα ἐδήλωσεν, ἀπεστάλκαμεν πρὸς αὐτὸν ἐπισκόπους, τὸν Πισινοῦντος Δημήτριον, τὸν Ἀπαμείας Εὐλύσιον, τὸν Ἀππιαρίας Λουπίκινον, πρεσβυτέρους δὲ Γερμανὸν καὶ Σευῆρον, μετὰ τῆς προσηκούσης ἡμῖν ἐπιεικείας ἀποκρινόμενοι καὶ λέγοντες μὴ παραιτεῖσθαι κρίσιν, ἀλλ' ἐχθρὸν πρόδηλον καὶ πολέμιον φανερόν. (2) Ὁ γὰρ μηδέπω λιβέλλους δεξάμενος καὶ τοιαῦτα ἐκ προοιμίων ποιήσας καὶ ἀπορρήξας ἑαυτὸν Ἐκκλησίας, κοινωνίας, εὐχῆς, καὶ κατηγόρους ἀλείφων, καὶ κλῆρον μεθιστὰς καὶ Ἐκκλησίαν ἐρημῶν· πῶς ἂν ᾖ δίκαιος ἐπὶ τὸν τοῦ δικαστοῦ θρόνον ἀναβαίνειν οὐδαμόθεν αὐτῷ προσήκοντα; Οὐδὲ γὰρ ἀκόλουθόν ἐστι τὸν ἐξ Αἰγύπτου τοὺς ἐν Θράκῃ δικάζειν, καὶ τοῦτον ὑπεύθυνον αἰτίας ὄντα καὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. (3) Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αἰδεσθείς, ἀλλὰ ἅπερ βεβούλευτο πληρῶσαι ἐπειγόμενος, ἡμῶν δηλωσάντων, ὅτι ἕτοιμοί ἐσμεν καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίων ἐπισκόπων παρόντων ἀποδύσασθαι τὰ ἐγκλήματα καὶ δεῖξαι ὄντας καθαροὺς ἑαυτούς, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν, οὐκ ἠνέσχετο· ἀλλὰ ἀπόντων ἡμῶν καὶ σύνοδον ἐπικαλουμένων καὶ κρίσιν ἐπιζητούντων καὶ οὐκ ἀκρόασιν φευγόντων, ἀλλ' ἀπέχθειαν φανεράν, καὶ κατηγόρους ἐδέχετο καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ γενομένους ἀκοινωνήτους ἔλυε καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων οὐδέπω τὰ ἐγκλήματα ἀπο-

---

mus ad eum episcopos, Demetrium episcopum Pesinuntis, Eulysium Apameae, Lupicinum Appiariae, presbyteros autem Germanum et Severum, respondimusque modeste ex nostro instituto: non vitare nos iudicium sed inimicum apertum et hostem manifestum. (2) Nam qui nondum acceptis libellis statim ab initio talia fecit et seipsum abstraxit ab Ecclesiae precibus et communione, et insuper accusatores subornavit, clerum ad se traxit, Ecclesiam desolavit: quomodo idoneus censeri possit huiusmodi, ut in iudicis thronum conscendat sibi minime congruentem? Neque enim congruum est, ut ii qui ex Aegypto sunt iudicent eos qui in Thracia, et praesertim ille qui ipse reus est, inimicus et hostis. (3) At ille nihil horum reveritus magno studio anhelabat, ut perficeret ea quae mente conceperat. Cum autem contestaremur paratos nos ad diluenda crimina et ad innocentiam, sicut et nos innocentes sumus, declarandam coram centum vel mille episcopis, non assensit; sed licet absentes essemus et ad synodum appellaremus iudiciumque requireremus et non tribunal sed manifestas inimicitias fugeremus, ipse tamen accusatores suscepit, excommunicatos a me absolvit, et ab illis qui nondum se de suis purgaverant criminibus libellos accepit et acta

δυσαμένων λιβέλλους ἐλάμβανε καὶ ὑπομνήματα ἔπραττε
ἅπερ ἅπαντα παρὰ θεσμὸν καὶ κανόνων ἀκολουθίαν ἦν.
(4) Τί δὲ δεῖ πολλὰ λέγειν; Οὐκ ἀπέστη πάντα ποιῶν καὶ
πραγματευόμενος, ἕως ἡμᾶς μετὰ δυναστείας καὶ αὐθεντίας
πάσης καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε, καὶ πρὸς
ἑσπέραν βαθεῖαν, τοῦ δήμου παντὸς ἡμῖν ἐπισυρομένου.
(5) Ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ κουριώσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ
πόλει, καὶ πρὸς βίαν συρόμενος κατηγόμην καὶ εἰς πλοῖον
ἐνεβαλλόμην καὶ διὰ νυκτὸς ἔπλεον, ἐπειδὴ σύνοδον πρὸς
δικαίαν ἀκρόασιν προεκαλούμην. Τίς ταῦτα ἀδακρυτί, κἂν
λιθίνην ἔχῃ καρδίαν, ἀκούσειεν;

(6) Ἀλλ' ἐπειδή, καθάπερ ἔφθην εἰπών, οὐ θρηνεῖν μόνον 731
τὰ κακῶς γινόμενα ἀλλὰ καὶ διορθοῦν δεῖ, παρακαλῶ τὴν
ὑμετέραν ἀγάπην διαναστῆναι καὶ συναλγῆσαι καὶ πάντα
ποιῆσαι, ὥστε στῆναι ταύτῃ τὰ κακά. (7) Οὐδὲ γὰρ ἐν-
ταῦθα τὰ τῆς παρανομίας αὐτοῖς κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ
ταῦτα τοῖς προτέροις ἐπαπεδύετο. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ εὐσεβέ-
στατος βασιλεὺς ἐπιπηδήσαντας αὐτοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ ἀν-
αισχύντως ἐξέβαλε, καὶ πολλοὶ τῶν παρόντων ἐπισκόπων
ἰδόντες αὐτῶν τὴν παρανομίαν εἰς τὰς αὐτῶν ἀνεχώρησαν,
τὴν ἔφοδον αὐτῶν ὥσπερ πυράν τινα πάντα ἐπινεμομένην
φεύγοντες, ἡμεῖς μὲν πάλιν εἰς τὴν πόλιν ἐκαλούμεθα καὶ
εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἧς ἀδίκως ἐξεβλήθημεν, ἐπισκόπων τε
ἡμᾶς πλειόνων ἢ τριάκοντα εἰσαγόντων, καὶ τοῦ θεοφιλε-

---

praescribi iussit, quae omnia legibus et canonibus prohibita
erant. (4) Et quid opus est multa dicere? Non destitit omnia
facere ac moliri, donec nos vi ac potentia e civitate et ecclesia
eiceret, etiam iam provecta vespera, et universo populo nos
prosequente. (5) Tractus igitur vi et abductus a curioso urbis
in media civitate et in navim coniectus per noctem navigavi,
eo quod ad synodum et iustum iudicium provocaram. Quis
haec sine lacrimis, etiamsi cor lapideum habeat, audiret?

(6) Verum quia sicut prius dixi ea quae perperam fiunt 731
non solum deploranda sed et corrigenda sunt, ideo caritatem
vestram obsecro, ut provocetur ad condolendum faciendumque
omnia, quo mala haec sistantur. (7) Neque enim hic facinorum
illis finis, sed ad priora adiecerunt et alia. Nam postquam
eos qui ecclesiam impudenter invaserant piissimus imperator
eiecit, et multi episcopi qui aderant cognoscentes iniquitatem
et invasionem illorum, quasi incendium depascens omnia,
fugientes in suas regiones concesserunt, nosque iterum in urbem
et in ecclesiam a qua iniuste eiecti eramus vocati sumus, in-
ducentibus nos episcopis supra triginta, et notario ab im-

στάτου βασιλέως νοτάριον εἰς τοῦτο ἀποστείλαντος, ἐκεῖνος δὲ ἐδραπέτευσεν εὐθέως. (8) Τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; Εἰσιόντες παρεκαλοῦμεν τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα, σύνοδον συναγαγεῖν εἰς ἐκδικίαν τῶν γεγενημένων. Συνειδὼς τοίνυν ἅπερ ἔδρασε καὶ τὸν ἔλεγχον δεδοικώς, καὶ γραμμάτων βασιλικῶν πανταχοῦ διαπεμφθέντων πάντοθεν πάντας συναγόντων, λάθρα μέσων νυκτῶν εἰς ἀκάτιον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν οὕτως ἀπέδρα τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ πάντας ἐπαγόμενος.

732 3. (1) Ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲ οὕτως ἔστημεν, διὰ τὸ τῷ συνειδότι θαρρεῖν τῷ ἡμετέρῳ, τὰ αὐτὰ πάλιν παρακαλοῦντες τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα. Ὃς καὶ πρεπόντως αὐτοῦ ποιῶν τῇ εὐσεβείᾳ, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν πάλιν καλῶν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας, ὥστε δοῦναι λόγον τῶν γεγενημένων, καὶ μὴ τὰ ἀδίκως οὕτως ἐκ μιᾶς μοίρας καὶ ἀπόντων ἡμῶν τολμηθέντα καὶ παρὰ τοσούτους κανόνας, νομίζειν ἀρκεῖν εἰς ἀπολογίαν ἑαυτῷ. (2) Ὁ δὲ οὐδὲ τῶν βασιλικῶν ἠνέσχετο γραμμάτων, ἀλλ' ἔμενεν οἴκοι, προβαλλόμενος στάσιν τοῦ δήμου καὶ σπουδὴν ἄκαιρόν τινων δῆθεν ἀντεχομένων αὐτοῦ καίτοι γε πρὸ τῶν γραμμάτων τῶν βασιλικῶν αὐτὸς οὗτος ὁ δῆμος μυρίαις αὐτὸν ἦν πλύνας λοιδορίαις. Ἀλλ' οὐ ταῦτα περιεργαζόμεθα νῦν, ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι κακουργῶν ἀπελήφθη, ταῦτα εἰρήκαμεν. (3) Πλὴν οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἡμεῖς ἡσυχά-

---

peratore piissimo in hoc misso, ille statim aufugit. (8) Cur et qua de causa? Eo quod ingressi mox obsecrabamus religiosissimum imperatorem, ut concilium cogeret, quo facta haec punirentur. Male igitur conscius sibi et reprehensionem pertimescens, cum imperatoris litterae in omnia loca mitterentur et undecumque omnes congregarent, occulte mediaque nocte ipse cum suis omnibus conscensa navi elapsus est.

732 3. (1) Porro nos utpote conscientiae nostrae fidentes non propterea destitimus, sed eadem iterum a religiosissimo imperatore petivimus. Qui et pro sua pietate missis ad illum nuntiis, eum et omnes qui cum eo erant ex Aegypto vocavit, ut rationem factorum redderent, neque putarent, ea quae ipsi una solum praesente parte nobisque absentibus contra canones iniuste attentarant esse sibi ad purgationem satis. (2) At regiis litteris ille non obtemperavit, sed domi mansit praetexens seditionem populi, studium nimirum quorundam intempestivum qui ei favebant; tametsi populus illic quoque ante litteras conviciis eum innumeris prosciderat. Verum haec nunc exacte prosequi nolumus, sed haec tantum idcirco diximus, ut eum in nefariis conatibus deprehensum ostenderemus. (3) Itaque

σαμεν, ἀλλ' ἐπεκείμεθα ἀξιοῦντες δικαστήριον γενέσθαι κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν· ἕτοιμοι γὰρ εἶναι ἐλέγομεν δεῖξαι ἑαυτούς τε ἀνευθύνους ὄντας, ἐκείνους δὲ τὰ ἔσχατα παρανομήσαντας. (4) Καὶ γὰρ ἦσάν τινες Σύροι τῶν ποτε μετ' αὐτοῦ παρόντων ἐνταῦθα ἀπολειφθέντες, οἳ κοινῇ μετ' αὐτοῦ τὸ πᾶν ἔδρασαν· καὶ προσίεμεν ἕτοιμοι δικάζεσθαι, καὶ πολλάκις ἠνωχλήσαμεν ὑπὲρ τούτου, ἀξιοῦντες τὰ ὑπομνήματα ἡμῖν δοθῆναι, ἢ λιβέλλους κατηγοριῶν, ἢ φύσιν ἐγκλημάτων γνωρισθῆναι, ἢ αὐτοὺς τοὺς κατηγόρους· καὶ οὐδενὸς τούτων τετυχήκαμεν, ἀλλὰ πάλιν ἐξεβλήθημεν τῆς ἐκκλησίας.

(5) Πῶς ἂν τὰ ἐντεῦθεν διηγησαίμην λοιπὸν πᾶσαν 733
ὑπερβαίνοντα τραγῳδίαν; Τίς ταῦτα παραστήσει λόγος; Ποία χωρὶς φρίκης δέξεται ἀκοή; Ἡμῶν γὰρ αὐτά, καθάπερ ἔμπροσθεν εἶπον, προτεινόντων, ἀθρόον στρατιωτῶν πλῆθος αὐτῷ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, πρὸς ἑσπέραν λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐπειγομένης, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεισελθόντες τὸν κλῆρον ἅπαντα τὸν σὺν ἡμῖν πρὸς βίαν ἐξέβαλον καὶ ὅπλοις τὸ βῆμα περιεστοίχιστο. (6) Καὶ γυναῖκες τῶν εὐκτηρίων οἴκων πρὸς τὸ βάπτισμα ἀποδυσάμεναι κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν γυμναὶ ἔφυγον ὑπὸ τοῦ φόβου τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐφόδου, οὐδὲ τὴν πρέπουσαν γυναιξὶν εὐσχημοσύνην συγχωρούμεναι περιθέσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ τραύματα δεξάμεναι ἐξεβάλλοντο, καὶ αἵματος αἱ κολυμβῆθραι ἐπληροῦντο, καὶ τὰ

---

nos non quievimus, sed in hoc incubuimus, orantes imperatorem, ut haberetur iudicium in quo agere et respondere liceret; dicebamus enim nos paratos ad ostendendum nos non esse reos, sed illos legum extremos transgressores. (4) Erant autem relicti hic Syri qui cum eo affuerant et cum illo communiter omnia fecerant; ad hos accessimus ad dandam rationem parati, atque super ea re eos interpellavimus, obsecrantes ut dignarentur nobis libellos et accusationum acta dare vel genus criminum vel accusatores ipsos significare; verum nihil horum impetravimus, sed iterum ex ecclesia eiecti sumus.

(5) Quomodo quae tunc gesta sunt et omnem excedunt 733
tragoediam enarraverim? Quis ea sermo explicabit? Quae auris sine horrore percipiet? Cum enim illa quae dixi praetenderemus, ipso magno sabbato collecta manus militum ad vesperam diei in ecclesias ingressa clerum omnem qui nobiscum erat vi eiecit et armis sanctuarium undique obsedit. (6) Mulieres quoque sacrarum aedium, quae per illud tempus se exuerant ut baptizarentur, metu gravis istius incursus nudae aufugerunt; neque enim concedebatur ut se velarent sicut mulieres honestas decet; multae etiam acceptis vulneribus

ἱερὰ ἀπὸ τῶν αἱμάτων ἐφοινίσσετο νάματα. (7) Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εἱστήκει τὸ δεινόν. Ἀλλ' ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειντο εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι, καθὼς ἔγνωμεν, ἀμύητοι ἦσαν, πάντα τε ἑώρων τὰ ἔνδον. Καὶ τὸ ἁγιώτατον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν τοσούτῳ θορύβῳ, εἰς τὰ τῶν προειρημένων στρατιωτῶν ἱμάτια ἐξεχεῖτο· καὶ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ βαρβαρικῇ πάντα ἐτολμᾶτο. (8) Καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὴν ἐρημίαν ἠλαύνετο, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἔξω τῆς πόλεως διέτριβε, καὶ κεναὶ ἐν ἑορτῇ τοιαύτῃ τῶν λαῶν αἱ ἐκκλησίαι ἐγίνοντο καὶ πλείους ἢ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι οἱ κοινωνοῦντες ἡμῖν μετὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου εἰκῇ καὶ μάτην ἠλαύνοντο καὶ ὀλολυγαὶ καὶ θρῆνοι καὶ πηγαὶ δακρύων πανταχοῦ κατὰ τὰς ἀγοράς, κατὰ τὰς οἰκίας, κατὰ τὰς ἐρημίας, καὶ πᾶν τῆς πόλεως μέρος τῶν συμφορῶν ἐπληροῦτο τούτων διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρανομίας οὐχ οἱ πάσχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μηδὲν τοιοῦτον ὑπομένοντες συνήλγουν ἡμῖν, οὐχ οἱ ὁμόδοξοι μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱρετικοὶ καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, καὶ ὡς τῆς πόλεως κατὰ κράτος ἁλούσης οὕτως ἐν θορύβοις καὶ ταραχαῖς καὶ ὀλολυγαῖς ἅπαντα ἦν. (9) Καὶ ταῦτα ἐτολμᾶτο παρὰ γνώμην τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, νυκτὸς καταλαβούσης, ἐπισκόπων αὐτὰ κατασκευαζόντων καὶ πολλαχοῦ στρατηγούν-

---

eiciebantur, et sanguine implebantur piscinae, et cruore sacri latices rubescebant. (7) Neque hic rerum finis erat. Nam et locum in quo sancta condita servabantur ingressi sunt milites, quorum aliquos scimus nullis initiatos mysteriis, et viderunt omnia quae intus erant. Quin et sanctissimus Christi sanguis, sicut in tali tumultu contingit, in praedictorum militum vestes effusus est fiebantque quasi in barbarica captivitate omnia. (8) Vulgus enim in solitudinem fugabatur, multitudo omnis extra civitatem versabatur erantque in tanto festo vacuae populo ecclesiae et plures quam quadraginta episcopi, qui nobis communicarant, cum populo et clero sine causa fugabantur; et ob prodigiosa flagitia ubique per fora, per domos, per solitudines, per omnes civitatis partes, omnia lamentis, eiulatibus et fontibus lacrimarum plena erant; ut non modo qui affligebantur, sed et qui nihil tale patiebantur, et non solum qui nostrae fidei erant, sed et haeretici et Iudaei et gentiles, ob sceleris atrocitatem nobiscum dolerent, et quasi per vim capta civitate tumultu, trepidatione ac planctu plena erant omnia. (9) Talia ausi sunt praeter sententiam piissimi imperatoris, nocte multa, episcopis haec instruentibus et multis in locis ordines ducentibus nec erubescentibus, quod pro dia-

των, οἳ οὐκ ᾐσχύνοντο καμπιδούκτορας ἀντὶ διακόνων προηγουμένους ἔχοντες. (10) Ἡμέρας δὲ γενομένης, πᾶσα ἡ πόλις ἔξω τῶν τειχῶν μετῳκίζετο ὑπὸ δένδρα καὶ νάπας, καθάπερ πρόβατα διεσπαρμένα τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες.

4. (1) Ἔξεστιν ὑμῖν τὰ ἐντεῦθεν λογίσασθαι λοιπὸν 734
ἅπαντα· ὥσπερ γὰρ ἔφθην εἰπών, οὐχ οἷόν τε πάντα ἐπελθεῖν τῷ λόγῳ καθ' ἕκαστον γινόμενα. (2) Τὸ δὴ χαλεπόν, ὅτι τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κακὰ οὐδέπω καὶ νῦν λύσιν ἔλαβεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐλπίδα λύσεως· ἀλλ' ἐκτείνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ δεινόν, καὶ γέλως γεγόναμεν τοῖς πολλοῖς, μᾶλλον δὲ γελᾷ μὲν οὐδείς, κἂν μυριάκις παράνομος ᾖ, θρηνοῦσι δὲ πάντες, ὅπερ ἔφην, τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν, τὴν καινὴν ταύτην παρανομίαν.

(3) Τί ἄν τις εἴποι τὰς τῶν λοιπῶν Ἐκκλησιῶν ταραχάς; 735
Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἔστη τὸ κακόν, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς Ἕω ἔφθασε. (4) Καθάπερ γὰρ ἀπὸ κεφαλῆς πονηροῦ ῥεύματος ἐκχυθέντος τὰ λοιπὰ διαφθείρεται μέρη, οὕτω δὴ καὶ νῦν, ὥσπερ ἐκ πηγῆς τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως τῶν κακῶν ἀρξαμένων, ὁδῷ τὰ τῶν θορύβων πανταχοῦ προέβη, καὶ κλῆροι πανταχοῦ ἐπανέστησαν ἐπισκόποις, καὶ ἐπίσκοποι ἐπισκόπων καὶ λαοὶ μὲν λαῶν διεσχίσθησαν, οἱ δὲ μέλλουσι, καὶ πανταχοῦ τῶν κακῶν ὠδῖνες καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀνατροπή.

---

conis campiductores praeeuntes haberent. (10) Ubi vero illuxit dies, omnis civitas extra muros sub arbores et in nemora emigravit, ibi festum diem celebrans, quasi oves dispersae.

4. (1) Licet vobis ex his et cetera omnia pensare; nam 734
omnia quae facta sunt singillatim sermone complecti ut dixi impossibile est. (2) Est autem et hoc perquam molestum, quod talia tantaque mala nullum adhuc finem accipiant, neque spes sit ea finem habitura; sed augentur in dies magis ac magis nosque plerisque ridiculi facti sumus; immo ridet nullus, etiam si valde sit perversus: lugent autem omnes propter extremam et inauditam hanc malitiam, malorum facile colophonem.

(3) Quis vero reliquarum Ecclesiarum perturbationes eloqui 735
possit? Non enim hic cessavit hoc malum, sed usque ad Orientem pervenit. (4) Nam sicut a capite malis humoribus defluentibus reliqua membra corrumpuntur, ita nunc quoque tumultus, qui in hac magna civitate coeperunt, quasi ex fonte in omnia loca sensim effluunt, et clerici ubique in episcopos insurgunt, et episcopi ab episcopis et populi a populis scissi sunt, et alii propediem scindentur, et exspectatur ubique malorum partus orbisque totius subversio.

736 (5) Μαθόντες τοίνυν ἅπαντα, κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι, τὴν προσήκουσαν ὑμῖν ἀνδρείαν καὶ σπουδὴν ἐπιδείξασθε, ὥστε παρανομίαν τοσαύτην ἐπεισελθοῦσαν ταῖς Ἐκκλησίαις ἀναστεῖλαι. Εἰ γὰρ τοῦτο κρατήσειε τὸ ἔθος, καὶ ἐξὸν γένηται τοῖς βουλομένοις εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἀπιέναι παροικίας ἐκ τοσούτων διαστημάτων καὶ ἐκβάλλειν οὓς ἂν ἐθέλοι τις, κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν πράττειν, ἅπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἴστε ὅτι πάντα οἰχήσεται καὶ πόλεμός τις ἀκήρυκτος πᾶσαν ἐπιδραμεῖται τὴν οἰκουμένην, πάντων πάντας βαλλόντων καὶ βαλλομένων. (6) Ἵνα οὖν μὴ τοσαύτη σύγχυσις καταλάβῃ τὴν ὑφ' ἥλιον πᾶσαν, ἐπιστεῖλαι παρακλήθητε τὰ μὲν οὕτω παρανόμως γεγενημένα, ἀπόντων ἡμῶν καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας καὶ οὐ παραιτησαμένων κρίσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχύν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἔχει τῇ οἰκείᾳ φύσει˙ τοὺς δὲ τοιαῦτα παρανομήσαντας ἐλεγχομένους τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων˙ ἡμᾶς δὲ τοὺς οὐχ ἁλόντας, οὐκ ἐλεγχομένους, οὐκ ἀποδειχθέντας ὑπευθύνους, τῶν γραμμάτων τῶν ὑμετέρων δότε ἀπολαύειν συνεχῶς καὶ τῆς ἀγάπης καὶ πάντων τῶν ἄλλων, ὧνπερ καὶ ἔμπροσθεν.

737 (7) Εἰ δὲ βούλοιντο καὶ νῦν οἱ τὰ τοιαῦτα παρανομήσαντες ἐγκλήματα γυμνάζειν, ἐφ' οἷς ἡμᾶς ἀδίκως ἐξέβαλον, ὑπομνημάτων ἡμῖν οὐ δοθέντων, οὐ λιβέλλων, οὐ κατηγόρων

---

736 (5) Igitur, domini mei maxime venerandi et pii, cum haec ita se habere didiceritis, studium vestrum et magnam diligentiam adhibete, quo retundatur haec quae in Ecclesias irrupit iniquitas. Quippe si mos hic invaluerit et fas fuerit cuivis in alienam paroeciam irrumpere, idque ex tantis intervallis, et eicere quos voluerit et auctoritate propria quaeque pro libidine sua facere, scitote quod brevi transibunt omnia et totus orbis premetur bello implacabili, omnibus eiectis et omnes eicientibus. (6) Quapropter ne confusio haec omnem quae sub caelo est nationem invadat, obsecro ut scribatis quod haec tam inique facta et ab una solum parte absentibus nobis et non declinantibus iudicium, non habent robur, sicut neque sua natura habent; illi autem qui adeo inique egisse deprehensi sunt, poenae ecclesiasticarum legum subiaceant; nobis vero qui nec convicti nec redarguti nec probati ut rei sumus, litteris vestris et caritate vestra aliorumque omnium, quorum scilicet et antea societate fruebamur, frui concedite.

737 (7) Si autem adversarii nostri, qui ita inique egerunt, adhuc fingunt crimina quaedam propter quae nos iniuste eiecerunt,

φανέντων· δικαστηρίου καθίσαντος ἀδεκάστου, καὶ δικασόμεθα καὶ ἀπολογησόμεθα καὶ ἀποδείξομεν ἑαυτοὺς ἀνευθύνους τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν· τὰ γὰρ νῦν γεγενημένα παρ' αὐτῶν πάσης ἐκτός ἐστιν ἀκολουθίας καὶ παντὸς νόμου καὶ κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ. (8) Καὶ τί λέγω κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ; Οὐδὲ ἐν τοῖς ἔξω μὲν οὖν δικαστηρίοις τοιαῦτα ἐτολμήθη ποτέ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐν βαρβαρικῷ δικαστηρίῳ, οὐδὲ Σκύθαι, οὐδὲ Σαυρομάται οὕτως ἄν ποτε ἐδίκασαν ἐκ μιᾶς μοίρας κρίναντες, ἀπόντος τοῦ αἰτιωμένου, παραιτουμένου οὐ κρίσιν, ἀλλ' ἀπέχθειαν, καλοῦντος δικαστὰς μυρίους, ἀνεύθυνον ἑαυτὸν εἶναι λέγοντος καὶ τῆς οἰκουμένης παρούσης ἀποδύσασθαι τὰς αἰτίας καὶ δεῖξαι ἑαυτὸν ἐν ἅπασιν ἀθῶον ὄντα. (9) Ταῦτα οὖν πάντα λογισάμενοι καὶ παρὰ τῶν κυρίων μου τῶν εὐλαβεστάτων ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων σαφέστερον ἅπαντα μαθόντες, τὴν παρ' ἑαυτῶν ἡμῖν εἰσενεγκεῖν σπουδὴν παρακλήθητε. Οὕτω γὰρ οὐχ ἡμῖν μόνοις χαριεῖσθε, ἀλλὰ καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ λήψεσθε μισθόν, τοῦ διὰ τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην πάντα ποιοῦντος. Διηνεκῶς ἐρρωμένος ὑπερεύχου μου, δέσποτα τιμιώτατε καὶ ὁσιώτατε.

MG 52, 529 sqq.

---

non datis nobis actis neque libellis neque apparentibus accusatoribus; si dentur iudices incorrupti, agemus et tuebimur etiam nos libenter causam, monstrabimusque nos non esse reos eorum quae nobis obiciunt, sicut et plane innoxii sumus; nam ea quae nunc ab ipsis facta sunt, contra omnem sunt ordinem, contra omnes leges, contra omnes ecclesiasticos canones. (8) Et quid dico canones ecclesiasticos? Neque in gentilium iudiciis neque in barbarorum tribunalibus talia attentata sunt umquam; immo vero neque Scythae neque Sauromatae umquam iudicarunt, iudicium dandum uni parti, absente eo qui accusatur, et vitante non iudicium sed inimicitias et invocante multa milia iudicum et protestante coram toto orbe declaraturum se non esse reum depulsurumque crimina et ostensurum suam in omnibus innocentiam. (9) Haec igitur omnia cum ita se habere intellexeritis a dominis meis piissimis fratribus nostris episcopis, obsecro ut praestetis id quod petent officii. Quo non solum nobis gratificabimini, sed et Ecclesiarum universitati, mercedemque accepturi estis a Deo, qui nihil non propter Ecclesiarum pacem facere dignatur. Semper vale et ora pro me, domine reverendissime et sanctissime.

# AURELIUS AUGUSTINUS (n. 354) EP. HIPPONENSIS 396—430.

## De auctoritate Ecclesiae catholicae.

[Contra epist. fundamenti Manichaeorum (scr. 396/97) 4 et 5, 6.]

738 4. (1) In catholica enim Ecclesia, ut omittam sincerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spiritales in hac vita perveniunt, ut eam, ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant — ceteram quippe turbam non intellegendi vivacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit — ut ergo hanc omittam sapientiam, quam in Ecclesia esse catholica non creditis, multa sunt alia, quae in eius gremio me iustissime teneant. (2) Tenet consensio populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, caritate aucta, vetustate firmata; tenet ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad praesentem episcopatum successio sacerdotum; tenet postremo ipsum catholicae nomen, quod non sine causa inter tam multas haereses sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes haeretici se catholicos dici velint, quaerenti tamen alicui peregrino, ubi ad catholicam conveniatur, nullus haereticorum vel basilicam suam vel domum audeat ostendere. (3) Ista ergo tot et tanta nominis christiani carissima vincula recte hominem tenent credentem in catholica Ecclesia, etiamsi propter nostrae intellegentiae tarditatem vel vitae meritum veritas nondum se apertissime ostendat. (4) Apud vos autem, ubi nihil horum est, quod me invitet ac teneat, sola personat pollicitatio veritatis: quae quidem si tam manifesta monstratur, ut in dubium venire non possit, praeponenda est illis omnibus rebus, quibus in catholica teneor; si autem tantummodo promittitur et non exhibetur, nemo me movebit ab ea fide, quae animum meum tot et tantis nexibus christianae religioni astringit.

739 5. . . . (6) Si ergo inveneris aliquem, qui Evangelio nondum credit, quid faceres dicenti tibi: «non credo»? Ego vero Evangelio non crederem, nisi me catholicae Ecclesiae commoveret auctoritas.

CV 25 a (ed. *I. Zycha*), 196 sq. ML 42, 175 sq.

## De vi inferenda haereticis.

a. [Epistula 93 (Ad Vincentium ep. circa 408) 5, 16—18.]

16. (1) Vides itaque iam, ut opinor, non esse con- 740
siderandum quod quisque cogitur, sed quale sit illud
quo cogitur, utrum bonum an malum: non quo quisque
bonus possit esse invitus, sed timendo quod non vult
pati, vel relinquit impedientem animositatem, vel ignora-
tam compellitur cognoscere veritatem, ut timens vel re-
spuat falsum de quo contendebat, vel quaerat verum
quod nesciebat, et volens teneat iam quod nolebat.
(2) Superfluo hoc fortasse diceretur quibuslibet verbis, si
non tam multis ostenderetur exemplis. (3) Non illos aut
illos homines, sed multas civitates videmus fuisse dona-
tistas, nunc esse catholicas, detestari vehementer dia-
bolicam separationem, diligere ardenter unitatem: quae
tamen timoris huius, qui tibi displicet, occasionibus catho-
licae factae sunt per leges imperatorum, a Constantino,
apud quem primum vestri ultro Caecilianum accusave-
runt, usque ad praesentes imperatores, qui iudicium illius
quem vestri elegerunt, quem iudicibus episcopis praetule-
runt, iustissime contra vos custodiendum esse decernunt.

17. (1) His ergo exemplis a collegis meis mihi pro- 741
positis cessi. (2) Nam mea primitus sententia non erat,
nisi neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo
esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincen-
dum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos haere-
ticos noveramus. (3) Sed haec opinio mea non contra-
dicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis.
(4) Nam primo mihi opponebatur civitas mea, quae, cum
tota esset in parte Donati, ad unitatem catholicam timore
legum imperialium conversa est; quam nunc videmus ita
huius vestrae animositatis perniciem detestari, ut in ea
numquam fuisse credatur. (5) Ita aliae multae, quae mihi
nominatim commemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem
etiam in hac causa recte intellegi posse quod scriptum
est: *Da sapienti occasionem, et sapientior erit* [Prov 9, 9].
(6) Quam multi enim, quod certo scimus, iam volebant
esse catholici, manifestissima veritate commoti, et offen-
sionem suorum reverendo cotidie differebant! (7) Quam
multos non veritas, in qua numquam praesumpsistis, sed
obduratae consuetudinis grave vinculum colligabat, ut in

iis compleretur divina illa sententia: *Verbis non emendabitur servus durus; si enim et intellexerit, non oboediet* [Prov 29, 19]! (8) Quam multi propterea putabant veram Ecclesiam esse partem Donati, quia eos ad cognoscendam catholicam veritatem securitas torpidos, fastidiosos pigrosque faciebat! (9) Quam multis aditum intrandi obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid aliud nos in altare Dei ponere iactitabant! (10) Quam multi nihil interesse credentes in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, et eos inde discedere atque ad Catholicam nemo transire cogebat.

742 18. (1) His omnibus harum legum terror, quibus promulgandis reges serviunt Domino in timore, ita profuit, ut nunc alii dicant: Iam hoc volebamus; sed Deo gratias, qui nobis occasionem praebuit iamiamque faciendi et dilationum morulas amputavit. (2) Alii dicant: Hoc esse verum iam sciebamus; sed nescio qua consuetudine tenebamur: gratias Domino, qui vincula nostra disrupit, et nos ad pacis vinculum transtulit. (3) Alii dicant: Nesciebamus hic esse veritatem nec eam discere volebamus; sed nos ad eam cognoscendam metus fecit intentos, quo timuimus ne forte sine ullis rerum aeternarum lucris damno rerum temporalium feriremur: gratias Domino, qui neglegentiam nostram stimulo terroris excussit, ut saltem sollicti quaereremus, quod securi numquam nosse curavimus. (4) Alii dicant: Nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus, si non intraremus; nec intraremus, nisi cogeremur: gratias Domino, qui trepidationem nostram flagello abstulit, expertos docuit quam vana et inania de Ecclesia sua mendax fama iactaverit; hinc iam credimus et illa falsa esse, quae auctores huius haeresis criminati sunt, quando posteri eorum tam falsa et peiora finxerunt. (5) Alii dicant: Putabamus quidem nihil interesse ubi fidem Christi teneremus; sed gratias Domino, qui nos a divisione collegit et hoc uni Deo congruere, ut in unitate colatur, ostendit.

ML 33, 330 sq. CV 34 b (ed. *Goldbacher*), 461 sqq.

b. [Retractationes (circa 427) 2, 5.]

743 (1) Sunt duo libri mei, quorum titulus est: Contra partem Donati. (2) In quorum primo libro dixi, non mihi placere ullius saecularis potestatis impetu schis-

maticos ad communionem violenter[1] arctari. (3) Et vere tunc mihi non placebat, quoniam nondum expertus eram, vel quantum mali eorum auderet impunitas, vel quantum iis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinae.

ML 32, 632. CV 36 (ed. *P. Knöll*), 137.

## De Patrum intellegentia mysterii SS. Trinitatis etc. et de evolutione doctrinae Christianae.

[In Psalmum 54 Enarratio 22, 2—9.]

(2) Etenim ex haereticis asserta est Catholica, et ex 744
his qui male sentiunt probati sunt qui bene sentiunt. (3) Multa enim latebant in Scripturis; et cum praecisi essent haeretici, quaestionibus agitaverunt Ecclesiam Dei: aperta sunt quae latebant, et intellecta est voluntas Dei. (4) Inde dicitur in alio psalmo: *Congregatio taurorum inter vaccas populorum, ut excludantur hi qui probati sunt argento* [Ps 67, 31]. *Excludantur* enim dixit, emineant, appareant. Unde dicuntur et in arte argentaria exclusores, id est, ex quadam confusione massae, formae expressores. (5) Ergo multi qui optime possent Scripturas dignoscere et pertractare, latebant in populo Dei; nec asserebant solutionem quaestionum difficilium, cum calumniator nullus instaret. (6) Numquid enim perfecte de Trinitate tractatum est, antequam oblatrarent Ariani? (7) Numquid perfecte de paenitentia tractatum est, antequam obsisterent Novatiani? (8) Sic non perfecte de baptismate tractatum est, antequam contradicerent foris positi Rebaptizatores. (9) Nec de ipsa unitate Christi enucleate dicta erant quae dicta sunt, nisi posteaquam separatio illa urgere coepit fratres infirmos, ut iam illi qui noverant haec tractare atque dissolvere, ne perirent infirmi sollicitati quaestionibus impiorum, sermonibus et disputationibus suis obscura Legis in publicum deducerent.

ML 36, 643.

## «Causa finita est.»

[Sermo 131 (Contra Pelagianos, habitus ad Mensam S. martyris Cypriani, IX Kal. Oct., die Dominica [417]), 10.]

(1) Quod ergo dictum est de Iudaeis, hoc omnino in 745
istis videmus. Zelum Dei habent. *Testimonium illis*

[1] CV: vehementer.

*perhibeo, quia zelum Dei habent, sed non secundum scientiam.* Quid est *non secundum scientiam? Ignorantes enim Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti* [Rom 10, 2 sq]. (2) Fratres mei, compatimini mecum. Ubi tales inveneritis, occultare nolite, non sit in vobis perversa misericordia: prorsus ubi tales inveneritis, occultare nolite. Redarguite contradicentes et resistentes ad nos perducite. (3) Iam enim de hac causa duo concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam: inde etiam rescripta venerunt. Causa finita est: utinam aliquando finiatur error! (4) Ergo ut advertant monemus, ut instruantur docemus, ut mutentur oremus.

ML 38, 734.

### De opere paenitentiae.

[Sermo supp. 261 *(Caesarii Arelat. 502—542)* 2, 6 ad 3, 7.]

*746 2. (6) Et hoc attendite, fratres, quod qui paenitentiam petit, excommunicari se supplicat. Denique ubi accepit paenitentiam, coopertus cilicio foris eicitur. (7) Ideo enim se excommunicari rogat, quia ad percipiendam Eucharistiam Domini indignum esse se iudicat. Et propterea aliquamdiu se ab isto altari alienum vult fieri, ut ad illud altare quod in caelo est, mereatur cum secura conscientia pervenire. (8) Propterea se a communione corporis et sanguinis Christi quasi reum et impium cum grandi reverentia vult removeri, ut per ipsam humilitatem tandem aliquando ad communionem mereatur sacrosancti altaris accedere.

747 3. (1) Et tamen, fratres carissimi, hic ipse qui tam fideliter compuncto et contrito corde paenitentiam petit, sic de intercessione totius populi debet esse securus, ut totis viribus in bonis operibus se exercens cum Dei adiutorio de sua sit salute sollicitus: ne forte dicat in corde suo: «Ecce totus populus pro meis iniquitatibus supplicavit; iam ergo et possum et debeo esse securus.» (2) Absit ut hoc vel in cogitatione, non dicam in sermone, habeat ille qui paenitentiam agit: sed cum Dei adiutorio, quantum potest, sic de oratione aliorum confidat, ut sive in ieiuniis, sive in eleemosynis, sive in orationibus, in humilitate et caritate, sive in opere sancto se exercere contendat; infirmos etiam visitando, discordes

ad concordiam revocando, peregrinos excipiendo, sanctorum peregrinantium pedes humiliter abluendo, a detractione vel maliloquio abstinendo. (3) Vinum, si permittit infirmitas, non accipiat: si vero hoc propter senectutem vel propter dolorem stomachi non potest, audiat Apostolum dicentem: *Vino modico utere propter stomachum tuum* [1 Tim 1, 23]. (4) Sunt enim aliqui paenitentes, qui ideo cito reconciliari volunt, ut carnes accipiant. Certum est quod non satis compuncte paenitentiam accipit, qui carnes nulla infirmitate cogente aut desiderat aut praesumit accipere. (5) Et ideo etiam reconciliatus paenitens, ubicumque aut in suo aut in alieno convivio olera aut legumina aut pisciculos invenire potuerit, aliam carnem non debet accipere. (6) Hoc ideo dico, quia, quod peius est, sunt aliqui paenitentes, qui et carnes cum grandi aviditate accipiunt, et vinum forte aliquoties usque ad ebrietatem bibunt. Cum grandi enim cautela sustinendum est corpusculum nostrum, ne per ebrietatem et gulam iterum nos talia sollicitet peccata committere, ut aut parum aut nihil prosit, quod paenitentiam visi sumus egisse. (7) Sic ergo cum Dei adiutorio totis viribus laboremus, ut quidquid de peccatorum nostrorum vulneribus per Dei misericordiam ad sanitatem reducitur, non iterum per neglegentiam vulneretur. Quod ipse praestare dignetur, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

ML 39, 2228 sq.

## Regula monachalis.

[Epistula 211 (Ad monachas Hipponenses circa 423).]

1. (1) Sicut parata est severitas peccata quae invenerit vin- 748
dicare, ita non vult caritas quod vindicet invenire. Haec causa fecit ut ad vos non venirem, cum meam praesentiam quaereretis, non ad pacis vestrae gaudium, sed ad dissensionis vestrae augmentum. (2) Quomodo enim contemnerem et impunitum relinquerem, si et me praesente tantus vester tumultus exsisteret, quantus me absente, etsi oculos meos latuit, tamen aures meas vestris vocibus verberavit? (3) Nam fortassis etiam maior esset vestra seditio in praesentia mea, cum necesse esset vobis non concedi, quae in perniciosissimum exemplum contra sanam disciplinam, quod vobis non expedit, petebatis; ac si quales non volo, invenirem vos, et ipse invenirer a vobis qualem non volebatis [cf. 2 Cor 12, 20].

749 2. (1) Cum ergo scribat Apostolus ad Corinthios dicens: *Testem Deum facio super animam meam, quia parcens vobis nondum veni Corinthum: non quia dominamur fidei vestrae, sed cooperatores sumus gaudii vestri* [2 Cor 1, 23]; hoc ego etiam dico vobis, quia parcens vobis non ad vos veni. (2) Peperci etiam mihi, ne tristitiam super tristitiam haberem; et elegi non ut exhiberem faciem meam vobis, sed effunderem cor meum Deo pro vobis, et causam magni periculi vestri, non apud vos verbis, sed apud Deum lacrimis agerem, ne convertat in luctum gaudium meum [cf. Iac 4, 9] quod soleo gaudere de vobis, et inter tanta scandala quibus ubique abundat hic mundus aliquando consolari, cogitans copiosam congregationem et castam dilectionem et sanctam conversationem vestram et largiorem gratiam Dei, quae data est vobis, ut non solum carnales nuptias contemneretis, verum etiam eligeretis in domo societatem unanimes habitandi, ut sit vobis anima una et cor unum [cf. Act 4, 32] in Deum.

750 3. (1) Haec in vobis bona, haec Dei dona considerans, inter multas tempestates quibus ex aliis malis quatitur cor meum solet utcumque requiescere. *Currebatis bene; quis vos fascinavit? Suasio illa non est ex Deo qui vocavit vos* [Gal 5, 7]. (2) *Modicum fermenti* [1 Cor 5, 6]: nolo dicere quod sequitur; hoc enim magis cupio et oro et hortor, ut ipsum fermentum convertatur in melius, ne tota massa, sicut paene iam fecerat, convertatur in peius. (3) Si ergo repullulastis sanum sapere, *orate ne intretis in tentationem* [Mt 26, 41], ne iterum in *contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, detractiones, seditiones, susurrationes* [2 Cor 12, 20]. (4) Non enim sic plantavimus et rigavimus hortum dominicum in vobis, ut spinas metamus istas ex vobis. (5) Si autem adhuc vestra tumultuatur infirmitas, orate ut eruamini de tentatione. (6) Quae autem conturbant vos, si adhuc conturbant vos, nisi correxerint se, portabunt iudicium, quaecumque illae fuerint [cf. Gal 5, 10].

751 4. (1) Cogitate quid mali sit, ut cum de Donatistis in unitate gaudeamus, interna schismata in monasterio lugeamus. (2) Perseverate in bono proposito, et non desiderabitis mutare praepositam, qua in monasterio illo per tam multos annos perseverante et numero et aetate crevistis, quae vos mater non utero, sed animo suscepit. (3) Omnes enim quae illuc venistis, ibi eam aut sanctae praepositae sorori meae servientem, placentem, aut etiam ipsam praepositam quae vos suscepit invenistis: sub illa estis eruditae, sub illa velatae, sub illa multiplicatae; et sic tumultuamini, ut ea vobis mutetur, cum lugere deberetis, si eam vobis mutare vellemus. (4) Ipsa est enim quam nostis, ipsa est ad quam venistis, ipsa est quam per tot annos habendo crevistis. (5) Novum non accepistis,

nisi praepositum: aut si propter illum quaeritis novitatem, et in eius invidiam contra matrem vestram sic rebellastis, cur non potius id petistis, ut ipse vobis mutetur? (6) Si autem hoc exhorretis, quia novi quomodo eum in Christo venerabiliter diligatis, cur non potius illam? (7) In vobis namque regendis sic praepositi rudimenta turbantur, ut magis velit ipse vos deserere, quam istam ex vobis famam et invidiam sustinere, ut dicatur non vos aliam quaesituras fuisse praepositam, nisi ipsum coepissetis habere praepositum. (8) Tranquillet ergo Deus et componat animos vestros; non in vobis praevaleat opus diaboli, sed pax Christi vincat in cordibus vestris: nec dolore animi, quia non fit quod vultis, vel quia pudet voluisse quod velle non debuistis, erubescendo curratis in mortem, sed potius paenitendo resumatis virtutem, nec habeatis paenitentiam Iudae traditoris, sed potius lacrimas Petri pastoris.

5. (1) Haec sunt quae ut observetis praecipimus in mona- 752
sterio constitutae. (2) Primum propter quod estis in unum congregatae, ut unanimes habitetis in domo, et sit vobis cor unum et anima una in Deo. (3) Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia: et distribuatur unicuique vestrum a praeposita vestra victus et tegumentum; non aequaliter omnibus, quia non aequaliter valetis omnes, sed unicuique sicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum; *Quia erant eis omnia communia, et distribuebatur singulis prout cuique opus erat* [Act 4, 32 35]. (4) Quae aliquid habebant in saeculo, quando ingressae sunt monasterium, libenter velint illud esse commune. (5) Quae autem non habebant, non ea quaerant in monasterio, quae nec foris habere potuerunt: sed tamen earum infirmitati quod opus est tribuatur, etiamsi pauperies earum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat invenire; ac nunc non ideo putent se esse felices, quia invenerunt victum et tegumentum, quale foris invenire non potuerunt.

6. (1) Nec erigant cervicem quia sociantur iis, ad quas 753
foris accedere non audebant; sed sursum cor habeant, et terrena bona non quaerant, ne incipiant monasteria esse divitibus utilia non pauperibus, si divites illic humiliantur, et pauperes illic inflantur. (2) Sed rursus etiam illae quae aliquid esse videbantur in saeculo, non habeant fastidio sorores suas, quae ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt: magis autem studeant non de parentum divitum dignitate, sed de pauperum sororum societate gloriari. (3) Nec extollantur, si communi vitae de suis facultatibus aliquid contulerunt, ne de suis divitiis magis superbiant, quia eas monasterio partiuntur, quam si iis in saeculo fruerentur. (4) Alia quippe quaecum-

que iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant, superbia vero etiam bonis operibus insidiatur ut pereant: et quid prodest dispergere dando pauperibus [cf. Ps 112, 9; 2 Cor 9, 9] et pauperem fieri, si anima misera superbior efficiatur contemnendo, quam fuerat possidendo? (5) Omnes ergo unanimiter et concorditer vivite, et honorate in vobis invicem Deum, cuius templa factae estis.

754 7. (1) Orationibus instate horis et temporibus constitutis. (2) In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit, ut si aliquae etiam praeter horas constitutas, si iis vacat, orare voluerint, non iis sint impedimento, quae ibi aliquid agere voluerint. (3) Psalmis et hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in voce: et nolite cantare nisi quod legitis esse cantandum; quod autem non ita scriptum est ut cantetur, non cantetur.

755 8. (1) Carnem vestram domate ieiuniis et abstinentia escae et potus, quantum valetudo permittit. (2) Quando autem aliqua non potest ieiunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat. (3) Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite: nec solae vobis fauces sumant cibum, sed et aures percipiant Dei verbum.

756 9. (1) Quae infirmae sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse nec iniustum videri, quas fecit alia consuetudo fortiores. (2) Nec illas feliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsae: sed sibi potius gratulentur, quia valent, quod non valent illae. (3) Et si iis quae venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, vestimentorum, stramentorum, operimentorum datur, quod aliis fortioribus et ideo felicioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quantum de sua saeculari vita illae ad istam descenderint, quamvis usque ad aliarum quae sunt corpore fortiores, frugalitatem pervenire nequiverint. (4) Nec illae debent conturbari, quod eas vident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere: ne contingat detestanda perversitas, ut in monasterio, ubi, quantum possunt, fiunt divites laboriosae, fiant pauperes delicatae. (5) Sane quemadmodum aegrotantes necesse habent minus accipere ne graventur, ita post aegritudinem sic tractandae sunt ut citius recreentur, etiamsi de humillima saeculi paupertate venerunt, tamquam hoc illis contulerit recentior aegritudo, quod divitibus anterior consuetudo. (6) Sed cum vires pristinas reparaverint, redeant ad feliciorem consuetudinem suam, quae famulas Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent: nec ibi eas teneat voluntas iam vegetas, quo necessitas levarat infirmas. (7) Illae se existiment ditiores,

quae fuerint in sustinenda parcitate fortiores. Melius est enim minus egere, quam plus habere.

10. (1) Non sit notabilis habitus vester; nec affectetis vestibus placere, sed moribus. (2) Nec sint vobis tam tenera capitum tegmina, ut retiola subter appareant. (3) Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel spargat neglegentia, vel componat industria. (4) Quando proceditis, simul ambulate: cum veneritis quo itis, simul state. (5) In incessu, in statu, in habitu, in omnibus motibus vestris nihil fiat quod illiciat cuiusquam libidinem, sed quod vestram deceat sanctitatem. (6) Oculi vestri, etsi iaciuntur in aliquem, figantur in neminem. (7) Neque enim quando proceditis, viros videre prohibemini, sed appetere aut ipsis appeti velle. (8) Nec solo tactu sed affectu quoque et aspectu appetitur et appetit femina. (9) Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. (10) Et cum se invicem sibi, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nuntiant impudica, et secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore; etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus. (11) Nec putare debet quae in masculum figit oculum et illius in seipsam diligit fixum, non ab aliis videri, cum hoc facit; videtur omnino et a quibus videri non arbitratur. (12) Sed ecce lateat, et a nemine hominum videatur, quid faciet de illo superno inspectore quem latere nihil potest? (13) An ideo putandus est non videre, quia tanto videt patientius, quanto sapientius? (14) Illi ergo timeat sancta femina displicere, ne velit viro male placere: illum cogitet omnia videre, ne velit virum male videre. (15) Illius namque et in hac causa commendatus est timor, ubi scriptum est: *Abominatio est Domino defigens oculum* [Prov 27, 20, secundum LXX]. (16) Quando ergo simul estis in ecclesia, et ubicumque ubi et viri sunt, invicem vestram pudicitiam custodite. (17) Deus enim qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis. 757

11. (1) Et si hanc, de qua loquor, oculi petulantiam in aliqua vestrum adverteritis, statim admonete, ne coepta progrediantur, sed ex proximo corrigantur. (2) Si autem et post admonitionem iterum, vel alio quocumque die id ipsum eam facere videritis, iam velut vulneratam sanandam prodat quaecumque invenire potuit hoc, prius tamen et alteri vel tertiae demonstratam, ut duarum vel trium possit ore convinci [cf. Mt 18, 16] et competenti severitate coerceri. (3) Nec vos iudicetis esse malevolas quando hoc indicatis. (4) Magis quippe innocentes non estis, si sorores vestras, quas indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. (5) Si enim soror tua vulnus haberet in corpore, quod vellet occultari, dum timeret secari, 758

nonne crudeliter abs te sileretur, et misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius eam debes manifestare, ne perniciosius putrescat in corde? (6) Sed antequam aliis demonstretur, per quas convincenda est, si negaverit, praepositae debet ostendi, si admonita neglexerit corrigi, ne forte possit secretius correpta non innotescere ceteris. (7) Si autem negaverit, tunc neganti[1] adhibendae sunt aliae, ut iam coram omnibus possit non ab una teste argui, sed a duabus tribusve convinci. (8) Convicta vero secundum praepositae vel presbyteri arbitrium debet emendatoriam sustinere vindictam[2]: quam si ferre recusaverit, et si ipsa non abscesserit, de vestra societate proiciatur. (9) Non enim et hoc fit crudeliter sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimas perdat. (10) Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in ceteris inveniendis, prohibendis, indicandis, convincendis vindicandisque peccatis diligenter observetur cum dilectione hominum et odio vitiorum. (11) Quaecumque autem in tantum progressa fuerit malum, ut occulte ab aliquo litteras vel quaelibet munuscula accipiat, si hoc ultro confitetur, parcatur illi et oretur pro ea. Si autem deprehenditur et convincitur, secundum arbitrium praepositae vel presbyteri, vel etiam episcopi, gravius emendetur.

759 12. (1) Vestes vestras in uno loco habete sub una custode vel duabus, vel quot sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne a tinea laedantur: et sicut pascimini ex uno cellario, sic induamini ex uno vestiario. (2) Et si fieri potest, non ad vos pertineat, quid vobis induendum pro temporis congruentia proferatur, utrum hoc recipiat unaquaeque vestrum quod deposuerat, an aliud quod altera habuerat, dum tamen unicuique quod opus est non negetur. (3) Si autem hinc inter vos contentiones et murmura oriuntur, et conqueritur aliqua deterius aliquid se accepisse quam prius habuerat, et indignam se iudicat esse quae ita vestiatur, sicut alia soror eius vestiebatur: hinc vos probate quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, quae pro habitu corporis litigatis. (4) Tamen si vestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis quod posueratis, in uno tamen loco sub communibus custodibus habete quod ponitis; ita sane, ut nulla sibi aliquid operetur, sive unde induatur, sive ubi iaceat, sive unde cingatur vel operiatur vel caput contegat; sed omnia opera vestra in commune fiant maiore studio et frequentiore alacritate, quam si vobis propria faceretis. (5) Caritas enim de qua scriptum est quod *non quaerit quae sua sunt* [1 Cor 13, 5], sic intellegitur, quia communia propriis non propria communibus anteponit. (6) Et ideo quanto amplius rem communem quam propriam curaveritis, tanto amplius vos

[1] *Mss.:* mentienti. [2] *Mss.:* disciplinam.

profecisse noveritis; ut in omnibus quibus utitur transitura necessitas, superemineat quae permanet caritas. (7) Consequens ergo est, ut etiam illud quod suis vel filiabus vel aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquis vel aliqua contulerit, sive vestem, sive quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiatur; sed sit in potestate praepositae, ut in commune redactum, cui necessarium fuerit, praebeatur. (8) Quodsi aliqua rem sibi collatam celaverit, furti iudicio condemnetur.

13. (1) Indumenta vestra secundum arbitrium praepositae 760
laventur, sive a vobis, sive a fullonibus, ne interiores animae sordes contrahat mundae vestis nimius appetitus. (2) Lavacrum etiam corporum ususque balnearum non sit assiduus, sed eo quo solet intervallo temporis tribuatur, hoc est semel in mense. (3) Cuius autem infirmitatis necessitas cogit lavandum corpus, non longius differatur: fiat sine murmure de consilio medici, ita ut etiam si nolit iubente praeposita faciat quod faciendum est pro salute. (4) Si autem velit et forte non expedit, suae cupiditati non oboediatur: aliquando enim etiamsi nocet prodesse creditur quod delectat. (5) Denique si latens est dolor in corpore famulae Dei, dicenti quid sibi doleat sine dubitatione credatur: sed tamen utrum sanando illi dolori, quod delectat, expediat, si non est certum, medicus consulatur. (6) Nec eant ad balneas, sive quocumque ire necesse fuerit, minus quam tres. (7) Nec illa, quae habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus ipsa voluerit, sed cum quibus praeposita iusserit, ire debebit. (8) Aegrotantium cura sive post aegritudinem reficiendarum, sive aliqua imbecillitate etiam sine febribus laborantium, alicui debet iniungi, ut ipsa de cellario petat quod cuique opus esse perspexerit; sive autem quae cellario, sive quae vestibus, sive quae codicibus praeponuntur, sine murmure serviant sororibus suis. (9) Codices certa hora singulis diebus petantur; extra horam quae petiverint non accipiant. (10) Vestimenta vero et calceamenta quando fuerint indigenti necessaria, dare non differant sub quarum custodia sunt quae poscuntur.

14. (1) Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, 761
ne ira crescat in odium et trabem faciat de festuca [cf. Mt 7, 3], et animam faciat homicidam. (2) Neque enim ad solos viros pertinet quod scriptum est: *Qui odit fratrem suum, homicida est* [1 Io 3, 15], sed sexu masculino, quem primum Deus fecit, etiam femineus praeceptum sexus accepit. (3) Quaecumque convicio, vel maledicto vel etiam criminis obiectu, alteram laeserit, meminerit satisfactione quantocius curare quod fecit, et illa quae laesa est, sine disceptatione dimittere. (4) Si autem invicem se laeserunt, invicem sibi debita relaxare debebunt, propter orationes vestras; quas utique quanto crebriores habetis, tanto

sanctiores habere debetis. (5) Melior est autem, quae quamvis ira saepe tentatur, tamen impetrare festinat ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam, quam quae tardius irascitur et ad veniam petendam difficilius inclinatur. (6) Quae non vult dimittere sorori, non speret accipere orationis effectum: quae autem numqum vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiamsi non inde proiciatur. (7) Proinde vobis a verbis durioribus parcite, quae si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, ex quo facta sunt vulnera. (8) Quando autem necessitas disciplinae minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit, si etiam in ipsis modum vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur ut ab iis veniam postuletis, ne apud eas quas oportet esse subiectas, dum nimia servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas: sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui novit etiam eas quas plus iusto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis. (9) Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio: nam quae faciunt pudoris immemores, etiam feminis feminae, iocando turpiter et ludendo, non solum a viduis et intactis ancillis Christi in sancto proposito constitutis, sed omnino nec a mulieribus nuptis nec a virginibus sunt facienda nupturis.

762 15. (1) Praepositae tamquam matri oboediatur, honore servato, ne in illa offendatur Deus: multo magis presbytero qui omnium vestrum curam gerit. (2) Ut ergo cuncta ista serventur, et si quid servatum non fuerit, non neglegenter praetereatur, sed emendandum corrigendumque curetur, ad praepositam praecipue pertinet, ita ut ad presbyterum, qui vobis intendit, referat quod modum vel vires eius excedit. (3) Ipsa vero non se existimet potestate dominante, sed caritate serviente felicem. (4) Honore coram hominibus praelata sit vobis; timore coram Deo substrata sit pedibus vestris. (5) Circa omnes se ipsam bonorum operum praebeat exemplum [cf. Tit 2, 7]. (6) Corripiat inquietas, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmas, patiens sit ad omnes [cf. 1 Thess 5, 14], disciplinam libens habeat, metuens imponat. (7) Et quamvis utrumque sit necessarium, tamen plus a vobis amari appetat quam timeri, semper cogitans Deo se pro vobis reddituram esse rationem. (8) Unde magis oboediendo non solum vestri, verum etiam ipsius miseremini; quia inter vos quanto in loco superiore, tanto in periculo maiore versatur.

16. (1) Donet Dominus ut observetis haec omnia cum dilectione tamquam spiritualis pulchritudinis amatrices et bono Christi odore de bona conversatione fragrantes, non sicut ancillae sub lege, sed sicut liberae sub gratia constitutae. (2) Ut autem in hoc libello tamquam in speculo vos possitis inspicere,

ne per oblivionem aliquid neglegatis, semel in septimana vobis legatur: (3) et ubi vos inveneritis ea quae scripta sunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori: (4) ubi autem sibi quaecumque vestrum videt deesse aliquid, doleat de praeterito, caveat de futuro, orans ut et debitum dimittatur et in tentationem non inducatur [cf. Mt 6, 12 sq].

ML 33, 958 sqq.

### De paenitentia Theodosii.

[De civitate Dei (413—426) 5, 26, 7.]

Quid autem fuit eius religiosa humilitate mirabilius, 763 quando in Thessalonicensium gravissimum scelus, cui iam, episcopis intercedentibus, promiserat indulgentiam, tumultu quorundam, qui ei cohaerebant, vindicare compulsus est, et ecclesiastica coercitus disciplina sic egit paenitentiam, ut imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans magis fleret videndo prostratam quam peccando timeret iratam?

ML 41, 173. CV 40 (ed. *E. Hoffmann*) a, 265.

### De numero persecutionum.

[Ib. 18, 52, 1—4.]

(1) Proinde ne illud quidem temere puto esse dicen- 764 dum sive credendum, quod nonnullis visum est, vel videtur, non amplius Ecclesiam passuram persecutiones usque ad tempus Antichristi, quam quot iam passa est, id est decem, ut undecima eademque novissima sit ab Antichristo. (2) Primam quippe computant a Nerone quae facta est, secundam a Domitiano, a Traiano tertiam, quartam ab Antonino, a Severo quintam, sextam a Maximino, a Decio septimam, octavam a Valeriano, ab Aureliano nonam, decimam a Diocletiano et Maximiano. (3) Plagas enim Aegyptiorum, quoniam decem fuerunt, antequam inde exire inciperet populus Dei, putant ad hunc intellectum esse referendas, ut novissima Antichristi persecutio, similis videatur undecimae plagae, qua Aegyptii, dum hostiliter sequerentur Hebraeos, in mari Rubro, populo Dei per siccum transeunte, perierunt. (4) Sed ego illa re gesta in Aegypto, istas persecutiones prophetice significatas esse non arbitror: quamvis ab iis, qui hoc putant, exquisite et ingeniose illa singula his singulis comparata videantur, non pro-

phetico spiritu, sed coniectura mentis humanae, quae aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur.

ML 41, 614 sq. CV 40 b, 354 sq.

**Cur scripserit libros De civitate Dei et de eorum divisione.**

[Retractationes (circa 427) 2, 43.]

765 (1) Interea Roma Gothorum irruptione, agentium sub rege Alarico, atque impetu magnae cladis eversa est; cuius eversionem deorum falsorum multorumque cultores, quos usitato nomine paganos vocamus, in christianam religionem referre conantes, solito acerbius et amarius Deum verum blasphemare coeperunt. (2) Unde ego exardescens zelo domus Dei [cf. Io 2, 17], adversus eorum blasphemias vel errores libros De civitate Dei scribere institui. Quod opus per aliquot annos me tenuit, eo quod alia multa intercurrebant, quae differre non oporteret et me prius ad solvendum occupabant.

766 (3) Hoc autem De civitate Dei grande opus tandem viginti duobus libris est terminatum. Quorum quinque primi eos refellunt, qui res humanas ita prosperari volunt, ut ad hoc multorum deorum cultum quos Pagani colere consueverunt, necessarium esse arbitrentur et, quia prohibetur, mala ista exoriri atque abundare contendunt. (4) Sequentes autem quinque adversus eos loquuntur, qui fatentur haec mala nec defuisse umquam, nec defutura mortalibus, et ea, nunc magna nunc parva, locis temporibus personisque variari, sed deorum multorum cultum, quo iis sacrificatur, propter vitam post mortem futuram esse utilem disputant. His ergo decem libris duae istae vanae opiniones christianae religioni adversariae refelluntur.

767 (5) Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse reprehenderet, id agit pars altera operis huius, quae libris duodecim continetur. Quamquam, ubi opus est, et in prioribus decem quae nostra sunt asseramus et in duodecim posterioribus redarguamus adversa. (6) Duodecim ergo librorum sequentium primi quattuor continent exortum duarum civitatum, quarum est una Dei, altera huius mundi. Secundi quattuor excursum earum sive procursum. Tertii vero, qui et postremi, debitos fines. (7) Ita omnes viginti

et duo libri cum sint de utraque civitate conscripti, titulum tamen a meliore acceperunt, ut De civitate Dei potius vocarentur.

ML 32, 647 sq. CV 36 (ed. *P. Knöll*), 180 sqq.

## De Manichaeis.

[De Haeresibus (ad Quodvultdeum circa 428) 46.]

1. (1) Manichaei a quodam Persa exstiterunt, qui vocabatur 768
Manes: quamvis et ipsum, cum eius insana doctrina coepisset in Graecia praedicari, Manichaeum discipuli eius appellare maluerint devitantes nomen insaniae. Unde quidam eorum quasi doctiores et eo ipso mendaciores, geminata N littera, Mannichaeum vocant, quasi manna fundentem. (2) Iste duo principia inter se diversa et adversa eademque aeterna et coaeterna, hoc est semper, fuisse composuit: duasque naturas atque substantias, boni scilicet et mali, sequens alios antiquos haereticos, opinatus est. (3) Quarum inter se pugnam et commixtionem, et boni a malo purgationem, et boni, quod purgari non poterit, cum malo in aeternum damnationem, secundum sua dogmata asseverantes, multa fabulantur, quae cuncta intexere huic operi nimis longum est. (4) Ex his autem suis fabulis vanis atque impiis coguntur dicere animas bonas, quas censent ab animarum malarum naturae scilicet contrariae commixtione liberandas, eius cuius Deus est esse naturae. (5) Proinde mundum a natura boni, hoc est a natura Dei, factum confitentur quidem, sed de commixtione boni et mali, quae facta est, quando inter se utraque natura pugnavit. Ipsam vero boni a malo purgationem ac liberationem non solum per totum mundum et de omnibus eius elementis virtutes Dei facere dicunt, verum etiam Electos suos per alimenta quae sumunt. (6) Et iis quippe alimentis, sicut universo mundo, Dei substantiam perhibent esse commixtam: quam purgari putant in Electis suis eo genere vitae, quo vivunt Electi Manichaeorum, velut sanctius et excellentius Auditoribus suis. Nam his duabus professionibus, hoc est Electorum et Auditorum, ecclesiam suam constare voluerunt. (7) In ceteris autem hominibus, etiam in ipsis Auditoribus suis, hanc partem bonae divinaeque substantiae, quae mixta et colligata in escis et potibus detinetur, maximeque in iis qui generant filios, arctius in inquinatius colligari putant.

2. (1) Quidquid vero undique purgatur luminis, per quasdam 769
naves, quas esse lunam et solem volunt, regno Dei tamquam propriis sedibus reddi. Quas itidem naves de substantia Dei pura perhibent fabricatas. (2) Lucemque istam corpoream, animantium mortalium oculis adiacentem, non solum

in his navibus, ubi eam purissimam credunt, verum etiam in aliis quibusque lucidis rebus, ubi secundum ipsos tenetur admixta crediturque purganda: Dei dicunt esse naturam. (3) Quinque enim elementa, quae genuerunt principes proprios, genti tribuunt tenebrarum: eaque elementa his nominibus nuncupant: fumum, tenebras, ignem, aquam, ventum. (4) In fumo nata animalia bipedia, unde homines ducere originem censent; in tenebris serpentia; in igne quadrupedia; in aquis natatilia; in vento volatilia. (5) His quinque elementis malis debellandis alia quinque elementa de regno et substantia Dei missa esse et in illa pugna fuisse permixta: fumo aera, tenebris lucem, igni malo ignem bonum, aquae malae aquam bonam, vento malo ventum bonum. (6) Naves autem illas, id est, duo caeli luminaria, ita distinguunt, ut lunam dicant factam ex bona aqua, solem vero ex igne bono. (7) Esse autem in iis navibus sanctas virtutes, quae se in masculos transfigurant, ut illiciant feminas gentis adversae, et rursus in feminas, ut illiciant masculos eiusdem gentis adversae; et per hanc illecebram commota eorum concupiscentia fugiat de illis lumen, quod membris suis permixtum tenebant, et purgandum suscipiatur ab angelis lucis purgatumque illis navibus imponatur ad regna propria reportandum. (8) Qua occasione, vel potius exsecrabilis superstitionis quadam necessitate, coguntur Electi eorum velut eucharistiam conspersam cum semine humano sumere, ut etiam inde, sicut de aliis cibis quos accipiunt, substantia illa divina purgetur. Sed hoc se facere negant et alios nescio quos sub nomine Manichaeorum facere affirmant. Detecti sunt tamen in ecclesia, sicut scis, apud Carthaginem, iam te ibi diacono constituto....

770 3. (1) Nec vescuntur tamen carnibus, tamquam de mortuis vel occisis fugerit divina substantia tantumque ac tale inde remanserit, quod iam dignum non sit in Electorum ventre purgari. Nec ova saltem sumunt, quasi et ipsa cum franguntur exspirent nec oporteat ullis mortuis corporibus vesci et hoc solum vivat ex carne, quod farina, ne moriatur, excipitur. (2) Sed nec alimonia lactis utuntur, quamvis de corpore animantis vivente mulgeatur sive sugatur: non quia putant divinae substantiae nihil ibi esse permixtum, sed quia sibi error ipse non constat. (3) Nam et vinum non bibunt, dicentes fel esse principum tenebrarum, cum vescantur uvis: nec musti aliquid, vel recentissimi, sorbent.

771 4. (1) Animas Auditorum suorum in Electos revolvi arbitrantur, aut feliciore compendio in escas Electorum suorum, ut iam inde purgatae in nulla corpora revertantur. Ceteras autem animas et in pecora redire putant et in omnia, quae radicibus fixa sunt atque aluntur in terra. (2) Herbas enim

atque arbores sic putant vivere, ut vitam quae illis inest, et sentire credant et dolere, cum laeduntur: nec aliquid inde sine cruciatu eorum quemquam posse vellere aut carpere. Propter quod, agrum etiam spinis purgare, nefas habent. (3) Unde agriculturam quae omnium artium est innocentissima, tamquam plurium homicidiorum ream dementer accusant: suisque Auditoribus ideo haec arbitrantur ignosci, quia praebent inde alimenta Electis suis, ut divina illa substantia in eorum ventre purgata impetret iis veniam, quorum traditur oblatione purganda. (4) Itaque ipsi Electi, nihil in agris operantes, nec poma carpentes, nec saltem folia ulla vellentes, exspectant haec afferri usibus suis ab Auditoribus suis, viventes de tot ac tantis secundum suam vanitatem homicidiis alienis. (5) Monent etiam eosdem Auditores suos, ut, si vescuntur carnibus, animalia non occidant, ne offendant principes tenebrarum in caelestibus colligatos, a quibus omnem carnem dicunt originem ducere: et si utuntur coniugibus, conceptum tamen generationemque devitent, ne divina substantia, quae in eos per alimenta ingreditur, vinculis carneis ligetur in prole. Si quippe in omnem carnem, id est per escas et potus venire animas credunt. (6) Unde *nuptias* sine dubitatione condemnant et quantum in ipsis est, prohibent; quando generare prohibent, propter quod coniugia copulanda sunt, Adam et Evam ex parentibus principibus fumi asserunt natos: cum pater eorum nomine Saclas sociorum suorum fetus omnium devorasset et, quidquid inde commixtum divinae substantiae ceperat, cum uxore concumbens in carne prolis tamquam tenacissimo vinculo colligasset.

5. (1) *Christum* autem fuisse affirmant, quem dicit nostra 772
Scriptura serpentem, a quo illuminatos asserunt, ut cognitionis oculos aperirent, et bonum malumque dignoscerent: eumque Christum novissimis temporibus venisse ad animas, non ad corpora liberanda. (2) Nec fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus praebuisse, ubi non solum mortem, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur. (3) *Deum*, qui *Legem* per Moysen dedit, et in Hebraeis Prophetis locutus est, non esse vere Deum, sed unum ex principibus tenebrarum. (4) Ipsiusque *Testamenti Novi* Scripturas tamquam infalsatas ita legunt, ut quod volunt inde accipiant, quod nolunt reiciant, iisque tamquam totum verum habentes nonnullas apocryphas anteponant. (5) Promissionem Domini Iesu Christi de Paracleto *Spiritu Sancto* in suo haeresiarcha *Manichaeo* dicunt esse completam. Unde se in suis litteris Iesu Christi apostolum dicit, eo quod Iesus Christus se missurum esse promiserit atque in illo miserit Spiritum Sanctum.

773 6. (1) Propter quod etiam ipse Manichaeus duodecim discipulos habuit, ad instar apostolici numeri, quem numerum Manichaei hodieque custodiunt. (2) Nam ex Electis suis habent duodecim, quos appellant magistros, et tertium decimum principem ipsorum: episcopos autem septuaginta duos, qui ordinantur a magistris. Habent etiam episcopi diaconos. (3) Iam ceteri tantummodo Electi vocantur; sed mittuntur etiam ipsi qui videntur idonei, ad hunc errorem vel, ubi est, sustentandum et augendum, vel, ubi non est, etiam seminandum. (4) Baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent salutis afferre, nec quemquam eorum quos decipiunt baptizandum putant. (5) Orationes faciunt ad solem per diem, quaqua versum circuit: ad lunam per noctem, si apparet; si autem non apparet, ad aquiloniam partem, qua sol cum occiderit, ad orientem revertitur, stant orantes. (6) Peccatorum originem non libero arbitrio voluntatis, sed substantiae tribuunt gentis adversae: quam dogmatizantes esse hominibus mixtam, omnem carnem non Dei, sed malae mentis perhibent esse opificium, quae a contrario principio Deo coaeterna est. (7) Carnalem concupiscentiam, qua caro concupiscit adversus spiritum, non ex vitiata in primo homine natura nobis inesse infirmitatem, sed substantiam volunt esse contrariam, sic nobis adhaerentem, ut quando liberamur atque purgamur, separetur a nobis, et in sua natura etiam ipsa immortaliter vivat: easque duas animas, vel duas mentes, unam bonam, alteram malam, in uno homine inter se habere conflictum, quando caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem [cf. Gal 5, 17]. (8) Nec in nobis sanatum hoc vitium, sicuti nos dicimus, numquam futurum: sed a nobis seiunctam atque seclusam substantiam istam mali, et finito isto saeculo post conflagrationem mundi in globo quodam, tamquam in carcere sempiterno, esse victuram. (9) Cui globo affirmant accessurum semper et adhaesurum quasi coopertorium atque tectorium ex animabus, natura quidem bonis, sed tamen quae non potuerint a naturae malae contagione mundari.

ML **42**, 34 sqq.

## De Donatistis.

[De Haeresibus 69.]

774 1. (1) Donatiani vel Donatistae sunt, qui primum propter ordinatum contra suam voluntatem Caecilianum Ecclesiae Carthaginensis episcopum schisma fecerunt: obicientes ei crimina non probata, et maxime quod a traditoribus divinarum Scripturarum fuerit ordinatus. (2) Sed post causam cum eo dictam atque finitam falsitatis rei deprehensi, pertinaci dissensione firmata in haeresim schisma verterunt: tamquam Ecclesia

Christi propter crimina Caeciliani seu vera, seu quod magis iudicibus apparuit, falsa, de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promissa est, atque in Africana Donati parte remanserit, in aliis terrarum partibus quasi contagione communionis exstincta. (3) Audent etiam rebaptizare Catholicos: ubi se amplius haereticos esse firmarunt, cum Ecclesiae catholicae universae placuerit nec in ipsis haereticis baptisma commune rescindere.

2. (1) Huius haeresis principem accipimus fuisse Donatum, 775
qui de Numidia veniens et contra Caecilianum christianam dividens plebem, adiunctis sibi eiusdem factionis episcopis, Maiorinum apud Carthaginem ordinavit episcopum. (2) Cui Maiorino Donatus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic confirmavit hanc haeresim, ut multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari. (3) Exstant scripta eius, ubi apparet eum etiam non catholicam de Trinitate habuisse sententiam, sed quamvis eiusdem substantiae, minorem tamen Patre Filium et minorem Filio putasse Spiritum Sanctum. Verum in hunc, quem de Trinitate habuit, eius errorem Donatistarum multitudo intenta non fuit; nec facile in iis quisquam, qui hoc illum sensisse noverit, invenitur.

3. (1) Isti haeretici in urbe Roma Montenses vocantur, 776
quibus hinc ex Africa solent episcopum mittere, aut hinc illuc Afri episcopi eorum pergere, si forte ibi eum ordinare placuisset. (2) Ad hanc haeresim in Africa et illi pertinent, qui appellantur Circumcelliones, genus hominum agreste et famosissimae audaciae, non solum in alios immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insana feritate parcendo. (3) Nam per mortes varias maximeque praecipitiorum et aquarum et ignium se ipsos necare consuerunt; et in istum furorem alios quos potuerint sexus utriusque seducere, aliquando, ut occidantur ab aliis, mortem, nisi fecerint, comminantes. Verumtamen plerisque Donatistarum displicent tales, nec eorum communione contaminari se putant, qui christiano orbi terrarum dementer obiciunt ignotorum crimen Afrorum. (4) Multa et inter ipsos facta sunt schismata, et ab iis se diversis coetibus alii atque alii separarunt; quorum separationem cetera grandis multitudo non sensit. (5) Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primianum ab eiusdem erroris centum ferme episcopis ordinatus, et a reliquis trecentis decem cum iis duodecim, qui ordinationi eius etiam praesentia corporali interfuerunt, atrocissima criminatione damnatus, compulit eos nosse etiam extra Ecclesiam dari posse baptismum Christi. Nam quosdam ex iis cum iis quos extra eorum ecclesiam baptizaverant, in suis honoribus sine ulla in quoquam repetitione baptismatis receperunt, nec eos ut corrigerent per publicas

potestates agere destiterunt, nec eorum criminibus per sui concilii sententiam vehementer exaggeratis communionem suam contaminare timuerunt.

ML 42, 48 sq.

## De Pelagianis.

[Ib. 88.]

777 1. (1) Pelagianorum est haeresis, hoc tempore omnium recentissima a Pelagio monacho exorta. Quem magistrum Coelestius sic secutus est, ut sectatores eorum Coelestiani etiam nuncupentur. (2) Hi Dei gratiae, qua praedestinati sumus in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum [cf. Eph 1, 5], et qua eruimur de potestate tenebrarum, ut in eum credamus atque in regnum ipsius transferamur [cf. Col 1, 13], propter quod ait: *Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo* [Io 6, 66], et qua diffunditur caritas in cordibus nostris [cf. Rom 5, 5], ut fides per dilectionem operetur [cf. Gal 5, 6], in tantum inimici sunt, ut sine hac posse hominem credant facere omnia divina mandata; cum si hoc verum esset, frustra Dominus dixisse videretur: *Sine me nihil potestis facere* [Io 15, 5]. (3) Denique Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret adiutorio gratiae Dei ad eius mandata facienda, correptioni eorum hactenus cessit, ut non eam libero arbitrio praeponeret, sed infideli calliditate supponeret, dicens, ad hoc eam dari hominibus, ut quae facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam. (4) Dicendo utique «ut facilius possint», voluit credi, etiamsi difficilius, tamen posse homines sine gratia divina facere iussa divina. Illam vero gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis praecedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum ipso adiuvante per suam legem atque doctrinam, ut discamus, quae facere et quae sperare debeamus, non autem ad hoc ut per donum Spiritus sui, quae didicerimus esse facienda faciamus. (5) Ac per hoc divinitus nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur, caritatem autem dari negant, qua pie vivitur: ut scilicet cum sit Dei donum scientia, quae sine caritate inflat, non sit Dei donum ipsa caritas, quae ut scientia non inflet, aedificat [cf. 1 Cor 8, 1].

778 2. (1) Destruunt etiam orationes, quas facit Ecclesia, sive pro infidelibus et doctrinae Dei resistentibus ut convertantur ad Deum, sive pro fidelibus, ut augeatur in iis fides, et perseverent in ea. Haec quippe non ab ipso accipere, sed a se ipsis homines habere contendunt, gratiam Dei qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. (2) Quod quidem Pelagius in episcopali iudicio Palaestino damnari metuens, damnare compulsus est; sed in posterioribus suis

scriptis hoc invenitur docere. (3) In id etiam progrediuntur, ut dicant vitam iustorum in hoc saeculo nullum omnino habere peccatum, et ex his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula et ruga [cf. Eph 5, 27]; quasi non sit Christi Ecclesia, quae toto terrarum orbe clamat ad Deum: *Dimitte nobis debita nostra* [Mt 6, 12]. (4) Parvulos etiam negant, secundum Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquae prima nativitate contrahere. Sic enim eos sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci, ut prorsus non sit quod iis oporteat secunda nativitate dimitti: sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, de bono in melius translati, non ista renovatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nam etiamsi non baptizentur, promittunt iis extra regnum quidem Dei, sed tamen aeternam et beatam quandam vitam suam. (5) Ipsum quoque Adam dicunt, etiamsi non peccasset, fuisse corpore moriturum, neque ita mortuum merito culpae, sed conditione naturae. (6) Obiciuntur iis et alia nonnulla, sed ista sunt maxime, ex quibus intelleguntur etiam illa vel cuncta vel paene cuncta pendere.

ML 42, 47 sq.

## PAULUS OROSIUS scripsit 417—418.

### De persecutione Neronis.

[Historiarum adversus paganos l. 7, 7, 9—10.]

(9) Crudelitatis autem rabie ita efferatus est [Nero], ut plurimam 779
senatus partem interfecerit, equestrem ordinem paene destituerit. Sed ne paricidiis quidem abstinuit, matrem, fratrem, sororem, uxorem ceterosque omnes cognatos et propinquos sine haesitatione prostravit.

(10) Auxit hanc molem facinorum eius temeritas impietatis in Deum. Nam primus Romae Christianos suppliciis et mortibus affecit, ac per omnes provincias pari persecutione excruciari imperavit: ipsumque nomen exstirpare conatus beatissimos Christi apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit.

CV 5 (ed. *C. Zangemeister*), 454 sq. ML 31, 1077 sq.

## CONCILIUM CARTHAGINIENSE 418.

### CANONES.

### 9 (117)[1]. De plebibus conversis a Donatistis.

(1) Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos 780
in Ecclesia plenario concilio constitutum est[2], ut quae-

[1] Uncis includitur numerus Codicis canonum Ecclesiae Africanae.
[2] Anno 407 can. 5 (99).

cumque Ecclesiae in dioecesi constitutae ante leges de Donatistis latas catholicae factae sunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum episcopos factum est, ut catholicae unitati communicarent: post leges autem quaecumque communicaverint, illuc pertineant, quo pertinebant, cum essent in parte Donati. (2) Sed quia multae controversiae postea inter episcopos de dioecesibus ortae sunt et oriuntur, quibus tunc minus videtur esse prospectum; nunc isto concilio sancto placuit, ut ubicumque catholica fuit et pars Donati, et ad diversas cathedras pertinebant, quocumque tempore illic unitas facta est vel facta fuerit, sive ante leges, sive post leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholica, quae iam ibi fuerat, pertinebat.

10 (118). **De dioecesibus, qualiter eas dividant inter se episcopi tam catholici, quam qui ex Donati parte conversi sunt.**

781 (1) Ita sane, ut, si episcopus ex Donatistis ad catholicam unitatem conversus est, aequaliter inter se dividant eas, quae sic fuerint inventae, ubi ambae partes fuerunt: id est, ut alia loca ad illum, alia ad illum pertineant; ita ut ille dividat, qui amplius temporis in episcopatu habet, et minor eligat. (2) Quodsi forte unus fuerit locus, ad eum pertineat cui vicinior invenitur. Quodsi ambabus cathedris aequaliter vicinus est, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quodsi forte antiqui Catholici suum episcopum voluerint et illi suum, qui ex Donati parte conversi sunt: plurimorum voluntas paucioribus praeferatur. Si autem partes aequales sunt, maioris temporis episcopo deputetur. (3) Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambae partes fuerunt, ut non possint aequaliter dividi, velut si impari numero fuerint: distributis in locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod superius dictum est, cum de uno tractaretur loco.

11 (119). **Ut, si quam dioecesim episcopus ab haeresi liberans triennio possederit, nullus eam repetat.**

782 (1) Item placuit, ut etiamsi quisquam post leges aliquem locum ad catholicam unitatem converterit eumque per triennium nemine repetente retinuerit, ulterius ab

eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit episcopus qui posset repetere, et tacuit, praeiudicium patietur. (2) Si autem non fuit, non praeiudicetur matrici: sed liceat, cum locus acceperit episcopum quem non habebat, ex ipso die intra triennium repetere. (3) Itemque si fuerit episcopus ad catholicam ex Donati parte conversus, non ei praeiudicet praefinitum tempus: sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quae ad ipsam pertinebant cathedram.

### 17 (125). De presbyteris et clericis, ut non appellent nisi ad Africana concilia.

(1) Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri in- 783
feriores clerici, in causis quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant et inter eos quidquid est finiant, adhibiti ab iis ex consensu episcoporum suorum. (2) Quodsi et ab iis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum suarum: ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

Codex canonum Eccl. Africanae. Hard. 1, 930 sqq. Msi 3, 811 sqq. Hf. 2, 118 sq. HL 2, 1, 193 sqq.

*Canones eiusdem concilii contra Pelagianos vide D 101 sqq.* 783a
*Zosimi (417—418) Rescriptum de primatu et infallibilitate Romani Pontificis ib. 109. Bonifatii I (418—422) de eadem re ib. 110.*

## PALLADIUS EP. HELENOPOLEOS scripsit ca 420.

### De regula Pachomii, coenobitarum Patriarchae (circa 292—346), ab angelo dictata.

[Historia Lausiaca 32 (38).]

(1) Ταβέννησίς ἐστιν τόπος ἐν τῇ Θηβαΐδι οὕτω καλούμενος, 784
ἐν ᾧ Παχώμιός τις γέγονεν, ἀνὴρ τῶν εἰς εὐθεῖαν βεβιωκότων, ὡς καταξιωθῆναι καὶ προρρήσεων καὶ ὀπτασιῶν ἀγγελικῶν. Οὗτος εἰς ἄγαν ἐγένετο φιλάνθρωπός τε καὶ φιλάδελφος. (2) Καθεζομένῳ οὖν αὐτῷ ἐν τῷ σπηλαίῳ ὤφθη ἄγγελος, καὶ λέγει αὐτῷ· [Παχώμιε],

---

(1) Tabennesis est locus sic appellatus in Thebaide, in quo 784
fuit Pachomius quidam, vir ex iis qui vixerunt in perfecto vitae instituto, adeo ut fuerit dignatus et futurorum praedictionibus et angelicis visionibus. Is fuit valde amans hominum, et magna caritate in fratres. (2) Ei ergo sedenti in hac spelunca visus est angelus, qui

τὰ κατὰ σαυτὸν κατώρθωσας περιττῶς οὖν καθέζῃ ἐν τῷ σπηλαίῳ. Δεῦρο καὶ ἐξελθὼν συνάγαγε πάντας τοὺς νέους μοναχοὺς καὶ οἴκησον μετ' αὐτῶν καὶ κατὰ τὸν τύπον ὃν δίδωμί σοι οὕτως αὐτοῖς νομοθέτησον. Καὶ ἐπέδωκεν αὐτῷ δέλτον χαλκῆν ἐν ᾗ ἐγέγραπτο ταῦτα·

785 (3) Συγχωρήσεις ἑκάστῳ κατὰ τὴν δύναμιν φαγεῖν καὶ πιεῖν· καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις τῶν ἐσθιόντων ἀνάλογα καὶ τὰ ἔργα αὐτοῖς ἐγχείρισον καὶ μήτε νηστεῦσαι κωλύσῃς μήτε φαγεῖν. Οὕτω μέντοι τὰ ἰσχυρὰ τοῖς ἰσχυροτέροις καὶ ἐσθίουσι, καὶ τὰ ἄτονα τοῖς ἀτονωτέροις καὶ ἀσκητικωτέροις ἐγχείριζε ἔργα. (4) Ποίησον δὲ κέλλας διαφόρους ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ τρεῖς κατὰ κέλλαν μενέτωσαν. Ἡ δὲ τροφὴ πάντων ὑπὸ ἕνα οἶκον ἐξεταζέσθω. (5) Καθευδέτωσαν δὲ μὴ ἀνακείμενοι, ἀλλὰ θρόνους οἰκοδομητοὺς ὑπτιωτέρους πεποιηκότες καὶ θέντες αὐτῶν ἐκεῖ τὰ στρώματα καθευδέτωσαν καθήμενοι. (6) Φορείτωσαν δὲ ἐν ταῖς νυξὶ λεβιτῶνας λινοῦς ἐζωσμένοι. Ἕκαστος αὐτῶν ἐχέτω μηλωτὴν αἰγείαν εἰργασμένην, ἧς ἄνευ μὴ ἐσθιέτωσαν. Ἀπιόντες δὲ εἰς τὴν κοινωνίαν κατὰ Σάββατον καὶ Κυριακὴν τὰς ζώνας λυέτωσαν, τὴν μηλωτὴν ἀποτιθέσθωσαν καὶ μετὰ κουκουλίου μόνου εἰσιέτωσαν. Κουκούλια δὲ αὐτοῖς ἐτύπωσεν ἄμαλλα ὡς παιδίοις, ἐν οἷς καὶ καυτῆρα τύπον σταυροῦ διὰ πορφυρίου ἐκέλευσεν ἐντίθεσθαι.

---

ei dicit: [Pachomi], ea quidem quae ad te pertinent, recte et ex virtute gessisti; supervacanee ergo sedes in spelunca. Age ergo, egredere et congrega omnes iuniores monachos et habita cum iis, et sequens formam quam dabo tibi, iis leges constitue. Eique dedit tabulam aeneam, in qua haec scripta fuerant:

785 (3) Concede unicuique ut comedat et bibat pro viribus, iis quoque manda opera quae comedentium proportione conveniant ac respondeant, et neque ieiunare prohibe nec comedere. Sic quidem fortibus fortia manda opera, imbecilla autem iis qui sunt imbecilliores et se magis exercent. (4) Fac autem diversas cellas in eadem aula, et terni in cellis habitent. Omnibus autem cibus in una domo paretur. (5) Dormiant autem non recumbentes, sed exstructis sibi sedibus paulo supinioribus, et illic suis impositis stragulis dormiant sedentes. (6) Noctu autem gestent lebitones lineos, succincti. Habeat unusquisque ex his pellem caprinam laboratam. Absque ea ne comedant. Ingredientes autem ad communionem Sabbato et Dominica, zonas solvant, pellem deponant et cum sola cuculla ingrediantur. Fecit autem iis cucullas sine villis tamquam pueris, in quibus etiam iussit imponi figuram crucis purpureae.

(7) Ἐκέλευσε δὲ εἰκοσιτέσσαρα τάγματα εἶναι, καὶ 786
ἑκάστῳ τάγματι ἐπέθηκε στοιχεῖον ἑλληνικόν, ἀπὸ ἄλφα καὶ βῆτα καὶ γάμμα καὶ δέλτα καὶ τῶν καθ' ἑξῆς. Ἐν τῷ οὖν αὐτὸν ἐρωτᾶν καὶ φιλοπραγμονεῖν εἰς τοσοῦτον πλῆθος ἠρώτα τὸν δεύτερον ὁ μειζότερος· πῶς ἔχει τὸ τάγμα τοῦ ἄλφα; ἢ πῶς ἔχει τὸ ζῆτα; πάλιν· ἄσπασαι τὸ ῥῶ, ἰδίῳ τινὶ σημείῳ γραμμάτων ἀκολουθοῦντος. Καὶ τοῖς μὲν ἁπλουστέροις καὶ ἀκεραιοτέροις ἐπιθήσεις τὸ ἰῶτα· τοῖς δὲ δυσχερεστέροις καὶ σκολιωτέροις προστάξεις τὸ ξῖ. Καὶ οὕτως κατ' ἀναλογίαν τῆς καταστάσεως τῶν προαιρέσεων καὶ τῶν τρόπων καὶ τῶν βίων ἑκάστῳ τάγματι τὸ στοιχεῖον ἐφήρμοσε, μόνων τῶν πνευματικῶν εἰδότων τὰ σημαινόμενα. (8) Ἐγέγραπτο δὲ ἐν τῇ δέλτῳ ὅτι ξένος ἄλλου μοναστηρίου ἄλλον ἔχοντος τύπον μὴ συμφάγῃ τούτοις, μὴ συμπίῃ, μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν μονήν, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐν ὁδῷ εὑρεθῇ. (9) Τὸν μέντοι εἰσελθόντα συμμεῖναι αὐτοῖς ἐπὶ τριετίαν εἴσω τῶν ἀδύτων οὐ δέχονται· ἀλλ' ἐργατικώτερα ἔργα ποιήσας, οὕτως εἰσβαίνει μετὰ τριετίαν.

(10) Ἐσθίοντες δὲ τὰς κεφαλὰς καλυπτέτωσαν τοῖς κου- 787
κουλίοις, ἵνα μὴ ἀδελφὸς ἀδελφὸν μασώμενον ἴδῃ. Οὐκ ἔστι λαλῆσαι ἐσθίοντα, οὐδὲ ἐκτὸς τοῦ πίνακος ἢ τῆς τραπέζης ἀλλαχοῦ προσέχειν τῷ ὀφθαλμῷ. (11) Ἐτύπωσε δὲ διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ποιεῖν αὐτοὺς εὐχὰς δώδεκα, καὶ ἐν

---

(7) Iussit autem esse viginti quattuor ordines et unicuique or- 786
dini imposuit elementum graecum, ab α et β et γ et δ et quae deinceps sequuntur. Cum igitur interrogat archimandrita in tanta multitudine et sciscitatur, interrogat eum qui est ab eo secundus: quomodo se habet ordo α, aut quomodo se habet ordo ζ? rursus: saluta ordinem ρ, sequendo quoddam proprium nomen litterarum. Et simplicioribus quidem et sincerioribus impones nomen ι; difficilioribus autem ξ: et sic convenienter institutis eorum et vita et moribus, unicuique ordini elementum litterae accommodavit; solis spiritualibus intellegentibus ea quae significabantur. (8) Scriptum autem erat in tabula: Si venerit hospes alterius monasterii quod habet aliam formam, cum iis nec comedat nec bibat, neque ingrediatur in monasterium, nisi fuerit inventus in via. (9) Porro eum qui ingreditur, per triennium ad interiora monasterii loca non admittunt; sed cum opera fecerit difficiliora, sic intrat triennium.

(10) Comedentes autem velent capita cucullis, ne frater 787
fratrem videat mandentem. Comedenti non licet loqui, nec extra quadram et mensam usquam alio oculos convertere. (11) Constituit autem ut per totum diem facerent duodecim

τῷ λυχνικῷ δώδεκα, καὶ ἐν ταῖς παννυχίσι δώδεκα, καὶ ἐνάτην ὥραν τρεῖς· ὅτε δὲ μέλλει τὸ πλῆθος ἐσθίειν, ἑκάστῃ εὐχῇ ψαλμὸν προᾴδεσθαι τυπώσας.

788 (12) Προσαντιλέγοντος δὲ τοῦ Παχωμίου τῷ ἀγγέλῳ ὅτι ὀλίγαι εἰσὶν αἱ εὐχαί, λέγει αὐτῷ ὁ ἄγγελος· «Ταῦτα διετύπωσα, ὡς φθάνειν καὶ τοὺς μικροὺς ἐπιτελεῖν τὸν κανόνα καὶ μὴ λυπεῖσθαι. Οἱ δὲ τέλειοι νομοθεσίας χρείαν οὐκ ἔχουσιν. Καθ' ἑαυτοὺς γὰρ ἐν ταῖς κέλλαις ὅλον ἑαυτῶν τὸ ζῆν τῇ τοῦ Θεοῦ θεωρίᾳ παρεχώρησαν. Τούτοις δὲ ἐνομοθέτησα ὅσοι οὐκ ἔχουσι νοῦν ἐπιγνώμονα, ἵνα κἂν ὡς οἰκέται τὴν σύνταξιν πληροῦντες τῆς πολιτείας διατεθῶσιν ἐν παρρησίᾳ.» [Ταῦτα διαταξάμενος ὁ ἄγγελος καὶ πληρώσας τὴν διακονίαν, ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ μεγάλου Παχωμίου.] (13) Ἔστιν οὖν ταῦτα τὰ μοναστήρια πλείονα κρατήσαντα τοῦτον τὸν τύπον, συντείνοντα εἰς ἑπτακισχιλίους ἄνδρας. Ἔστι δὲ τὸ πρῶτον καὶ μέγα μοναστήριον ἔνθα αὐτὸς ὁ Παχώμιος ᾤκει, τὸ καὶ τὰ ἄλλα ἀποκυῆσαν μοναστήρια, ἔχον ἄνδρας χιλίους τριακοσίους.

Ed. *D. C. Butler,* The Lausiac History of Palladius, II (Cambridge 1904) 87 sqq. MG 34, 1099 sqq. — Cf. eandem regulam apud *Sozomenum* 3, 14.

## PHILOSTORGIUS, Arianus, scripsit 425/33.

### De lapsu Liberii et Hosii.

[Hist. eccl. 4, 3.]

789 (1) Αὐτὸς[1] δὲ ἐν Σιρμίῳ παραγενόμενος διῆγεν· ἐν ᾧ καὶ τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον Λιβέριον, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπιζητούμενον σφόδρα, τῆς φυγῆς κατάγει καὶ ἀποδίδωσι

---

orationes, et cum ad vespertinum lumen venirent duodecim, et in nocturnis vigiliis duodecim, et hora nona tres. Quando autem comedendum esset multitudini, constituit ut in unaquaque oratione psalmus prius caneretur.

788 (12) Cum autem Pachomius contra angelum diceret esse paucas orationes, ei dicit angelus: «Haec constitui, ut parvi quoque possint procedere ad perficiendam regulam, nec iis sit molestum. Qui autem sunt perfecti, non opus habent ut leges iis ferantur. Nam cum per se sunt in cellis, totam suam vitam attribuunt contemplationi. His autem legem tuli, qui mentem minime habent intellegentem, ut sicut servi vitae institutum implentes secure et libere degant.» [Cum haec ordinasset angelus et implesset ministerium, recessit a magno Pachomio.] (13) Sunt autem haec monasteria plura quae formam hanc obtinuerunt, habentia virorum circiter septem milia. Est autem primum et magnum monasterium, in quo ipse habitabat Pachomius, quod alia peperit monasteria, continens numerum mille trecentorum virorum.

789 (1) Ipse[1] vero Sirmium profectus illic consedit; quo quidem tempore etiam Liberium, episcopum urbis Romae, quem Romani summo studio flagitabant, ab exsilio revo-

---

[1] i. e. Constantius imp.

τοῖς αἰτησαμένοις. (2) Τηνικαῦτα δὲ οὗτός φησι, καὶ Λιβέριον κατὰ τοῦ ὁμοουσίου καὶ μὴν καὶ κατά γε τοῦ Ἀθανασίου ὑπογράψαι· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἐπίσκοπον Ὅσιον, συνόδου τινὸς ἐνταῦθα συστάσης καὶ εἰς ὁμοφωνίαν αὐτοὺς ὑποσπασαμένης. (3) Ἐπεὶ δὲ ὑπέγραψαν, τὸν μὲν Ὅσιον εἰς τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν τὴν Κουδρούβην τῆς Ἱσπανίας ἐπανελθεῖν καὶ τοῦ θρόνου ἄρχειν, Λιβέριον δὲ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας. (4) Φίληξ δέ, ὁ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος καταστάς, εἰς ἑαυτὸν ἀπῄει, τὸ μὲν ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς φέρων, οὐ μήν γέ τινος Ἐκκλησίας προϊστάμενος.

CB Philostorgius (ed. *I. Bidez*) 59 sq. MG 65, 517 sqq.

## COELESTINUS PAPA I 422—432.

### Nestorium ep. Constantinopolitanum sub excommunicatione monet, ut errores deponat.

[Ex epistula «Aliquantis diebus» (10. Aug. 430) alinea ultima.]

(1) Aperte igitur hanc nostram scias esse sententiam: 790
ut nisi de Deo Christo nostro ea praedices, quae et Romana et Alexandrina et universalis Ecclesia catholica tenet, sicut et sacrosancta Constantinopolitanae urbis Ecclesia ad te usque optime tenuit, et hanc perfidam novitatem, quae hoc quod venerabilis Scriptura coniungit, nititur separare, intra decimum diem a primo innotescentis tibi huius conventionis die numerandum, aperta et scripta confessione damnaveris, noveris ab universalis te Ecclesiae catholicae communione deiectum. (2) Quam formam ad te nostri iudicii per memoratum filium meum Posidonium diaconum cum omnibus chartis ad sanctum consacerdotem meum memoratae Alexan-

---

catum civibus suis reddidit. (2) Tunc etiam eundem Liberium et una cum illo Osium episcopum contra consubstantialis vocabulum et contra Athanasium subscripsisse ait [Philostorgius], cum synodus quaedam illic collecta esset et supra memoratos in sententiam suam pertraxisset. (3) Postquam vero subscripsissent, Osium quidem ad sedem suam Cordubam scilicet Hispaniae, reversum Ecclesiam eius loci gubernasse, Liberium vero Romanae Ecclesiae praefuisse. (4) At Felix, qui absente Liberio episcopus fuerat ordinatus, ad sua se recepit, episcopi quidem dignitatem retinens, nulli tamen praesidens Ecclesiae.

drinae urbis antistitem, qui ad nos super hoc ipso plenius rettulit, destinavimus, ut agat vice nostra; quatenus statutum nostrum vel tibi vel universis fratribus innotescat: quia omnes debent nosse quod agitur quoties omnium causa tractatur. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. Data IV° Idus Augusti, Theodosio XIII et Valentiniano III Augg. Conss.

Acta Conc. oecumen. (ed. *E. Schwartz*) I, Conc. Ephes. 2 (1926/27) 12.

790 a *Coelestini rescriptum De reconciliatione in articulo mortis v. D 111, De auctoritate s. Augustini ib. 128, De gratia Dei indiculum ib. 129 sqq.*

## CYRILLUS EP. ALEXANDRINUS 412—444.

### De computo paschali Alexandriae faciendo et Romanae Ecclesiae quotannis intimando.

[E Prologo paschali.]

791 (1) Sanctum Paschae mysterium eiusque clara sollemnitas, si, sicut est a Salvatore nostro Apostolis tradita, observaretur, illibata mansisset, si eam quorundam perversitas inter cetera fidei sacramenta minime temerasset. (2) Illi etiam qui eorum pravitati respondere conati sunt et LXXXIV annorum Paschalem circulum instituerunt, perfectae rationis circulum tenuissent, si in supputatione mensium vel annorum humanam seu divinam traditionem sequi potuissent. (3) Unde tantae sunt ignorantiae tenebris involuti, ut in utrumque Paschalis ignorantiae periculum decidissent. Ita etiam a XIV. Luna, quam vulgus putat XVI., cum adhuc orbis sui circulum non implesset, ad vesperam Sabbati et ante mensem novorum Pascha celebrando, contra praeceptum Domini frequenter docentur errasse. (4) Quod alii praevidentes ac reprehendentes et quasi emendare cupientes, quia non divina revelatione illuminati sed humanae scientiae praesumptione elati sunt, peius aliud addiderunt; et sicut illi per sex quattuordecennitates ita et isti per septem sedecennitates et quasdam dimensionum pergulas duplicatos vel multiplicatos numeros ac monogrammos adnotando scribere niterentur. (5) Per quorum difficultates angustas et infinitas controversias, quibus se invicem impugnantes noti sunt, offensi nonnulli, ut relictis observationibus omnibus VIII. tantummodo Kalendarum Aprilium die, quotacumque Luna vel feria incidisset, iam non Pascha Domini, quod est in die sollemnitas Resurrectionis et in Luna plenitudo luminis ac societas sempiterni Solis, sed natale mundi tantummodo irrationabiliter celebrassent. (6) Superflue autem quis extendet humanum ingenium et linguam habebit expolitam, nisi ab eo, qui stultam fecit sapientiam huius mundi, ad veram sapientiam sensus condirigatur.

792 (7) Cum his igitur atque huiusmodi dissensionibus per universum orbem Paschalis regula turbaretur, sanctorum totius orbis synodi[1] consolatione decretum est, ut, quoniam apud Alexandriam talis esset reperta Ecclesia, quae

[1] Nicaenae.

in huius scientia clareret, quota Kalendarum vel Iduum, quota Luna Pascha debeat celebrari, per singulos annos Romanae Ecclesiae litteris intimaret. (8) Unde Apostolica auctoritate universalis Ecclesia per totum orbem diffinitam Paschae diem sine ulla disceptatione cognosceret.

Apud *Petavium,* De doctrina temporum I (Venetiis 1757) Append. p. 502. Cf. Hf. 1, 330.

*Anathematismos Cyrilli contra Nestorium v. D 113 sqq.* 792a

## De depositione Nestorii in concilio Ephesino (431).

[Epistula 24 (Ad Alexandrinos.]

Κύριλλος πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ λαῷ Ἀλεξανδρείας, 793*
ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

(1) Εἰ καὶ πλατύτερον ἔδει τὰ γεγενημένα τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ γνωρίσαι, ἀλλὰ διὰ τὸ κατεπείγεσθαι τοὺς τοῦ γράμματος ἀποκομιστὰς συντόμως ἐπέστειλα. (2) Ἴστε τοίνυν ὅτι κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ εἰκάδα τοῦ Παϋνὶ[1] μηνὸς ἡ ἁγία σύνοδος γέγονεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἥτις καλεῖται Μαρία Θεοτόκος. (3) Διατελέσαντες δὲ πᾶσαν τὴν ἡμέραν, τελευταῖον καταγνωσθέντα καὶ οὐδὲ τολμήσαντα παραβαλεῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν δύσφημον Νεστόριον καθαιρέσει ὑποβεβλήκαμεν καὶ ἐξεβάλομεν τῆς ἐπισκοπῆς.

(4) Ἦμεν δὲ οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι ὡσεὶ διακόσιοι 794
ἥττους ἢ πλείους. Ἐπέμεινε δὲ πᾶς ὁ λαὸς τῆς πόλεως ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας, περιμένων τὸ κρίμα τῆς ἁγίας

---

Cyrillus presbyteris et diaconis populoque Alexandriae, di- 793
lectis desideratissimisque, in Domino salutem.

(1) Etsi quae acta sunt, vestrae pietati latius explicari debebant, attamen quod tabellarii festinarent, brevitate in scribendo usus sum. (2) Scitote itaque sanctam synodum in magna civitatis Ephesi ecclesia, quae appellatur Deipara Maria, vicesima octava mensis Payni[1] fuisse factam. (3) Cum autem totus dies insumptus ibidem esset, tandem damnatum blasphemum Nestorium nec audentem ad sanctam synodum accedere depositionis sententiae subiecimus et ab episcopatus gradu amovimus.

(4) Episcopi autem qui convenimus, ducenti circiter eramus, 794
plus minus. Universus vero civitatis populus a primo diei ortu usque ad versperam sanctae synodi iudicium praestola-

---

[1] i. e. 22. Iunii.

συνόδου. (5) Ὡς δὲ ἤκουσαν, ὅτι καθῃρέθη ὁ δύστηνος, πάντες φωνῇ μιᾷ ἤρξαντο εὐφημεῖν τὴν ἁγίαν σύνοδον καὶ δοξάζειν τὸν Θεόν, ὅτι πέπτωκεν ὁ τῆς πίστεως ἐχθρός.

(6) Ἐξελθόντας δὲ ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐκκλησίας προέπεμψαν μετὰ λαμπάδων ἕως τοῦ καταγωγίου· λοιπὸν γὰρ ἦν ἑσπέρα· καὶ γέγονε πολλὴ θυμηδία καὶ λυχναψία ἐν τῇ πόλει· ὥστε καὶ γυναῖκας θυμιατήρια κατεχούσας προηγεῖσθαι ἡμῶν. (7) Καὶ ἔδειξεν ὁ Σωτὴρ τοῖς δυσφημοῦσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ὅτι πάντα δύναται.

795 (8) Μέλλομεν οὖν τοὺς χάρτας τελειώσαντες τοὺς γενομένους ἐν τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ, λοιπὸν ἐπιταχύνειν πρὸς ὑμᾶς σὺν Θεῷ. Πάντες ἐσμὲν ἐν εὐθυμίᾳ καὶ ὑγιείᾳ, διὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος χάριν. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ εὔχομαι, ἀγαπητοὶ καὶ ποθεινότατοι.

MG 77, 137 sq.

795a *Concilii Ephesini (431) Testimonium de Primatu Romani Pontificis v. D 112, De fide et traditione servanda ib. 125, Damnationem Pelagianorum (can. 1 et 4) ib. 126 sq.*

## NESTORIUS EP. CONSTANTINOPOLITANUS 428—431 obiit post 451.

### Anathematismi contra Cyrillum ep. Alexandrinum (430).

[Apud *Marium Mercatorem*, Translationes variorum opusculorum 2, 1.]

*796 **Nestorii blasphemiarum capitula, quibus litteris ad se missis a sanctis Coelestino Romanae urbis episcopo et Cyrillo Alexandrino contradicit et disputationibus brevissimis respondendo duodecim capitula fidei, quae ad se missa fuerant, refellit.**

---

batur. (5) Ut autem auditum est illum blasphemiarum auctorem sua dignitate privatum esse, omnes una voce sanctam synodum laudare Deumque glorificare coeperunt, quoniam fidei hostis concidisset.

(6) Nos quoque, ubi primum ex ecclesia egressi fuimus, cum facibus et taedis usque ad diversorium deduxerunt: erat enim vespera; multaque passim laetitia, multa etiam luminaria accensa, ita ut nonnullae quoque mulieres thuribula gestantes antecederent nos. (7) Atque ita Salvator his qui gloriam illius infamare studebant, omnia se posse ostendit.

795 (8) Nos igitur, cum primum commentarios rerum gestarum in depositione ipsius absolverimus, ad vos Deo dante festinabimus. Omnes per Salvatoris nostri gratiam laeti degimus bonaque valetudine utimur. Vos in Domino dilecti et desideratissimi valere opto.

1. Si quis eum, qui est Emmanuel, Deum Verbum [1] esse 797
dixerit et non potius «nobiscum Deum», hoc est, inhabitasse eam, quae secundum nos est, naturam per id, quod unitus est massae nostrae, quam de Maria Virgine suscepit; matrem etiam Dei Verbi et non potius eius, qui Emmanuel est, sanctam Virginem nuncupaverit; ipsumque Deum [2] Verbum in carnem versum esse, quam accepit ad ostentationem deitatis suae, ut *habitu inveniretur ut homo* [Phil 2, 7], anathema sit.

2. Si quis in Verbi Dei coniunctione, quae ad carnem 798
facta est, de loco in locum mutationem divinae essentiae dixerit esse factam eiusque divinae naturae carnem capacem dixerit ac partialiter [3] unitam carni ⟨divinitatem⟩ [4], aut iterum in infinitum incircumscriptae divinae naturae coextenderit carnem ad capiendum Deum, eandemque ipsam naturam et Deum dicat et hominem, anathema sit.

3. Si quis non secundum coniunctionem unum dixerit 799
Christum, qui est etiam Emmanuel, sed secundum naturam, ex utraque etiam substantia tam Dei Verbi quam etiam assumpti ab eo hominis unam Filii connexionem, quam etiam nunc inconfuse servant, minime confiteatur, anathema sit.

4. Si quis eas voces, quae tam in evangelicis quam in 800
apostolicis litteris de Christo, qui est ex utraque ⟨natura⟩ [5], conscriptae sunt, accipiat tamquam de una natura, ipsique Deo Verbo tribuere passiones tentaverit, tam carne quam etiam deitate, anathema sit.

5. Si quis post assumptionem hominis naturaliter Dei Filium 801
unum esse audet dicere, cum sit et Emmanuel, anathema sit.

6. Si quis post incarnationem Deum Verbum alterum quem- 802
piam praeter Christum nominaverit, servi sane formam cum Deo Verbo initium non habere et hanc increatam, ut ipse est, esse dicere tentaverit et non potius ab ipso creatam confiteatur tamquam a naturali Domino et creatore et Deo, quam et suscitare propria virtute promisit, *Solvite*, dicens ad Iudaeos, *templum hoc, et in triduo suscitabo illud* [Io 2, 19], anathema sit.

7. Si quis hominem, qui de Virgine ⟨et in Virgine⟩ [6] 803
creatus est, hunc esse dixerit Unigenitum, qui *ex utero* Patris *ante luciferum* [Ps 109, 3] natus est, et non magis propter unitionem ad eum, qui est naturaliter Unigenitus Patris, Unigeniti appellatione confiteatur eum participem factum, Iesum quoque alterum quempiam praeter Emmanuel dicat, anathema sit.

8. Si quis servi formam per se ipsam, hoc est secundum 804
propriae naturae rationem, colendam esse dixerit et omnium rerum dominam esse, et non potius propter societatem, qua

---

[1] *Alii:* verum. [2] *Alii:* Dei. [3] *Alii:* partiliter.
[4] Addidit *Loofs.* [5] Addidit *Garnier.*
[6] Addit *Cod. Vatic.* 1342.

beatae et ex se naturaliter dominicae [1] Unigeniti naturae coniuncta et connexa est, veneratur, anathema sit.

805 9. Si quis formam servi consubstantialem esse dixerit Spiritui Sancto et non potius per illius mediationem <eam> [2], quae est ad Deum Verbum, ex ipsa conceptione habuisse dixerit copulationem seu coniunctionem, per quam in homines communes simul nonnumquam mirandas curationes exercuit et ex hoc fugandorum spirituum eveniebat esse potestatem, anathema sit.

806 10. Si quis illud in principio Verbum *pontificem et apostolum confessionis nostrae* [Hebr 3, 1] factum esse seque ipsum obtulisse pro nobis dicat et non Emmanuelis esse apostolatum potius dixerit, oblationemque secundum eandem dividat rationem ei, qui univit, et illi, qui unitus est ad unam communitatem Filii, hoc est Deo, quae Dei sunt, et homini, quae sunt hominis, deputans, anathema sit.

807 11. Si quis unitam carnem Verbo Deo ex naturae propriae possibilitate vivificatricem esse dixerit, ipso Domino et Deo pronuntiante: *Spiritus est qui vivificat, caro nihil prodest* [Io 6, 63], anathema sit. *Spiritus est Deus* [Io 4, 24], a Domino pronuntiatum est. Si quis ergo Deum Verbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat, hoc autem modo et specialiter custodito [3] maxime Domino Christo post resurrectionem discipulis suis dicente: *Palpate et videte, quoniam spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere* [Lc 24, 39], anathema sit.

808 12. Si quis confitens passiones carnis has quoque

Verbo Dei et carni simul in qua factus est, sine discretione dignitatis naturarum tribuerit, anathema sit [ita codices manuscripti].

tamquam Verbo Dei tribuerit, quas etiam carni, in qua factus est, adhibuerit, non discernens dignitatem naturarum, anathema sit [ita libri editi].

ML 48 (ed. *I. Garnier*), 909 sqq. *Fr. Loofs*, Nestoriana (Halle a. S. 1905, Niemeyer) 211 sqq. Hard. 1, 1297 sqq. Msi 4, 1099 sqq.

## MARIUS MERCATOR obiit post 451.

### De erroribus Coelestii.

[Commonitorium super nomine Coelestii (latine editum 431) 1, 1—2.]

809 1. Coelestius quidam, eunuchus matris utero editus, discipulus et auditor Pelagii, ante viginti plus minus annos egressus ex urbe Romana Carthaginem, Africae

---

[1] Ita *Baluze; alii:* dominae. [2] Addidit *Garnier.*
[3] Ita *Loofs* loco «custodite» *(alii).*

totius metropolim, venit ibique de infra scriptis capitulis apud Aurelium episcopum memoratae urbis per libellum a quodam Paulino diacono sanctae memoriae Ambrosii Mediolanensis episcopi est accusatus, sicut gestorum confectio se habet, quibus idem libellus insertus est (quorum gestorum exemplaria habemus in manibus), tamquam hoc non solum ipse doceret, sed et per provincias conspirantes sibi diversos, qui haec per populos disseminarent, misisset, id est:

(1) Adam mortalem factum, qui sive peccaret sive 810
non peccaret, moriturus fuisset. (2) Quoniam peccatum Adae ipsum solum laesit et non genus humanum. (3) Quoniam parvuli qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo fuit Adam ante praevaricationem. (4) Quoniam neque per mortem vel praevaricationem Adae omne genus hominum moritur, neque per resurrectionem Christi omne hominum genus resurgit. (5) Quoniam lex sic mittit ad regnum coelorum quomodo et Evangelium. (6) Quoniam et ante adventum Domini fuerunt homines impeccabiles, id est sine peccato.

2. De quibus omnibus capitulis, ut constat ex supra- 811
dictis exemplaribus synodalium gestorum, patres et episcopi regionis illius restiterunt Coelestio et iusserunt, ut eadem condemnaret, quia essent haeretici sensus.

ML 48, 67 sqq.

## VINCENTIUS LERINENSIS scripsit 434.

### Sacram Scripturam ex traditione Ecclesiae catholicae interpretandam esse.

[Commonitorium 2.]

(1) Saepe igitur magno studio et summa attentione 812
perquirens a quam plurimis sanctitate et doctrina praestantibus viris, quonam modo possim certa quadam et quasi generali ac regulari via catholicae fidei veritatem ab haereticae pravitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus fere rettuli, quod, sive ego sive quis alius vellet exsurgentium haereticorum fraudes deprehendere laqueosque vitare et in fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem suam Domino adiuvante deberet, primum scilicet divinae

Legis auctoritate, tum deinde Ecclesiae catholicae traditione.

813 (2) Hic forsitan requirat aliquis: Cum sit perfectus Scripturarum canon sibique ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est, ut ei ecclesiasticae intellegentiae iungatur auctoritas? (3) Quia videlicet Scripturam Sacram pro ipsa sui altitudine non uno eodemque sensu universi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur, ut paene, quot homines sunt, tot illinc sententiae erui posse videantur. Aliter namque illam Novatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Iovinianus, Pelagius, Caelestius, aliter postremo Nestorius. (4) Atque idcirco multum necesse est propter tantos tam varii erroris anfractus, ut propheticae et apostolicae interpretationis linea secundum ecclesiastici et catholici sensus normam dirigatur.

814 (5) In ipsa item catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est; hoc est enim vere proprieque catholicum. Quod ipsa vis nominis ratioque declarat, quae omnia fere universaliter comprehendit. (6) Sed hoc ita demum fiet, si sequamur universitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem universitatem hoc modo, si hanc unam fidem veram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia; antiquitatem vero ita, si ab his sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestum est; consensionem quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium vel certe paene omnium sacerdotum [1] pariter et magistrorum definitiones sententiasque sectemur.

*G. Rauschen*, Vincentii Lerinensis Commonitoria (Bonnae 1906, Hanstein) 10 sqq. ML 50, 639 sq.

## Explanatur regula fidei: «Quod ubique, quod semper, quod ab omnibus.»

[Ib. 3.]

815 (1) Quid igitur tunc faciet Christianus catholicus, si se aliqua Ecclesiae particula ab universalis fidei communione

[1] i. e. episcoporum.

praeciderit? Quid utique, nisi ut pestifero corruptoque membro sanitatem universi corporis anteponat?

(2) Quid, si novella aliqua contagio non iam portiun- 816
culam tantum, sed totam pariter Ecclesiam commaculare conetur? Tunc item providebit, ut antiquitati inhaereat, quae prorsus iam non potest ab ulla novitatis fraude seduci.

(3) Quid, si in ipsa vetustate duorum aut trium homi- 817
num vel certe civitatis unius aut etiam provinciae alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit, ut paucorum temeritati vel inscitiae, si qua sunt, universaliter antiquitus universalis concilii decreta praeponat.

(4) Quid, si tale aliquid emergat, ubi nihil eiusmodi 818
reperiatur? Tunc operam dabit, ut collatas inter se maiorum consulat interrogetque sententias, eorum dumtaxat, qui diversis licet temporibus et locis, in unius tamen Ecclesiae catholicae communione et fide permanentes, magistri probabiles exstiterunt; et quidquid non unus aut duo tantum sed omnes pariter, uno eodemque consensu, aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse, docuisse cognoverit, id sibi quoque intellegat absque ulla dubitatione credendum.

*Rauschen* l. c. 12 sq. ML 50, 640 sq.

### De profectu fidei in Ecclesia Christi.

[Ib. 23 (28).]

(1) Sed forsitan dicit aliquis: Nullusne ergo in Ecclesia 819
Christi profectus habebitur religionis? Habeatur plane et maximus. Nam quis ille est tam invidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? (2) Sed ita tamen, ut vere profectus sit ille fidei, non permutatio. Siquidem ad profectum pertinet, ut in semetipsum unaquaeque res amplificetur, ad permutationem vero, ut aliquid ex alio in aliud transvertatur. (3) Crescat igitur oportet et multum vehementerque proficiat tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius Ecclesiae, aetatum et saeculorum gradibus, intellegentia, scientia, sapientia, sed in suo dumtaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu eademque sententia.

*Rauschen* l. c. 48 sq. ML 50, 667 sq.

### Quantum valeant veterum patrum sententiae.

[Ib. 28 (39), 5—8.]

819[1] (5) Itaque cum primum mali cuiusque erroris putredo erumpere coeperit et ad defensionem sui quaedam Sacrae Legis verba furari eaque fallaciter et fraudulenter exponere, statim interpretando canoni maiorum sententiae congregandae sunt, quibus illud, quodcunque exsurget, novicium ideoque profanum, et absque ulla ambage prodatur et sine ulla retractatione damnetur. (6) Sed eorum dumtaxat patrum sententiae conferendae sunt, qui, in fide et communione catholica sancte sapienter constanter viventes docentes et permanentes, vel mori in Christo fideliter vel occidi pro Christo feliciter meruerunt. (7) Quibus tamen hac lege credendum est, ut, quidquid vel omnes vel plures uno eodemque sensu manifeste frequenter perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo tenendo tradendo firmaverint, id pro indubitato certo ratoque habeatur. (8) Quidquid vero, quamvis ille sanctus et doctus, quamvis episcopus, quamvis confessor et martyr, praeter omnes aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias et occultas et privatas opiniunculas a communis et publicae ac generalis sententiae auctoritate secretum sit, ne cum summo aeternae salutis periculo, iuxta sacrilegam haereticorum et schismaticorum consuetudinem, universalis dogmatis antiqua veritate dimissa unius hominis novicium sectemur errorem.

*Rauschen* l. c. 60. ML 50, 675 sq.

## CODEX THEODOSIANUS editus 438.

### De transferendis causis privatis ad tribunal episcopi.

[1, 27, 1[1] (318? Iun. 23).]

*820 *Imperator Constantinus A.* Iudex pro sua sollicitudine observare debebit, ut, si ad episcopale iudicium provocetur, silentium accommodetur et, si quis ad legem Christianam negotium transferre voluerit et illud iudicium observare, audiatur, etiamsi negotium apud iudicem sit inchoatum, et pro sanctis habeatur, quidquid ab his fuerit iudicatum: ita tamen, ne usurpetur in eo, ut unus ex litigantibus pergat ad supra

[1] Lege: Liber 1, titulus 27, lex 1.

dictum auditorium et arbitrium suum enuntiet. Iudex enim praesentis causae integre habere debet arbitrium, ut omnibus accepto latis pronuntiet.

Data VIIII Kal. Iulias Constantinopoli . . . . A. et Crispo Caes. Conss.

Ed. *Th. Mommsen* (Berolini 1905, apud Weidmannos) 1, 62.

## De sanctificatione diei Dominicae.

[2, 8, 1 (321 Iul. 3).]

*Imp. Constant(inus) A. Helpidio.* Sicut indignissimum vide- 821
batur diem solis veneratione sui celebrem altercantibus iurgiis et noxiis partium contentionibus occupari, ita gratum ac iucundum est eo die quae sunt maxime votiva compleri. Atque ideo emancipandi et manumittendi die festo cuncti licentiam habeant et super his rebus acta non prohibeantur. P(ro)p(osita) V Non. Iul. Caralis Crispo II et Constantino II CC. Conss.

L. c. 1, 87. Cf. Codex Iustinianus 3, 12, 7.

## De manumissionibus in Ecclesia.

[4, 7, 1 (321 Apr. 18).]

*Imp. Constant(inus) A. Hosio Ep(iscop)o.* Qui religiosa 822
mente in Ecclesiae gremio servulis suis meritam concesserint libertatem, eandem eodem iure donasse videantur, quo civitas Romana sollemnitatibus decursis dari consuevit; sed hoc dumtaxat his, qui sub aspectu antistitum dederint, placuit relaxari. § 1 Clericis autem amplius concedimus, ut, cum suis famulis tribuunt libertatem, non solum in conspectu Ecclesiae ac religiosi populi plenum fructum libertatis concessisse dicantur, verum etiam, cum postremo iudicio libertates dederint seu quibuscumque verbis dari praeceperint, ita ut ex die publicatae voluntatis sine aliquo iuris teste vel interprete competat directa libertas. Dat. XIIII Kal. Mai. Crispo II et Constantino II CC. Conss.

*Interpretatio.* Qui manumittendi in sacrosancta Ecclesia habuerit voluntatem, tantum est, ut sub praesentia sacerdotum servos suos velit absolvere, noverit eos suscepta libertate cives esse Romanos: nam si clerici suis mancipiis dare voluerint libertates, etiamsi extra conspectum fecerint sacerdotum vel sine scriptura verbis fuerint absoluti, manebit sicut civibus Romanis integra et plena libertas.

L. c. 1, 179. Cf. C. I. 1, 13, 2.

## De infirmandis poenis caelibatus et orbitatis.

[8, 16, 1 (320 Ian. 31).]

*Imp. Constantinus A. ad populum.* Qui iure veteri caelibes 823
habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur atque ita vivant, ac si numero maritorum matrimonii foedere fulci-

rentur, sitque omnibus aequa condicio capessendi quod quisque mereatur. Nec vero quisquam orbus habeatur: proposita huic nomini damna non noceant. § 1 Quam rem et circa feminas aestimamus earumque cervicibus imposita iuris imperia velut quaedam iuga solvimus promiscue omnibus.

L. c. 1, 418 Cf. C. I. 8, 57, 1.

### Contra profanationem reliquiarum.

[9, 17, 7 (386 Febr. 26).]

824 *Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Cynegio P(raefecto) P(raetori)o.* Humatum corpus nemo ad alterum locum transferat; nemo martyrem distrahat, nemo mercetur. Habeant vero in potestate, si quolibet in loco sanctorum est aliquis conditus, pro eius veneratione quod martyrium vocandum sit addant quod voluerint fabricarum. Dat. IIII. Kal. Mart. Constant(ino)p(oli) Honorio N̄(ob.) P̄(uero) et Evodio Conss.

L. c. 1, 466. Cf. C. I. 1, 2, 3; 3, 44, 14.

### De iure asyli ecclesiarum.

[9, 45, 4 (431 Mart. 23).]

825 *Impp. Theod(osius) et Val(entini)anus AA. Antiocho P(raefecto) P(raetori)o.* Pateant summi Dei templa timentibus; nec sola altaria et oratorium templi circumiectum, qui ecclesias quadripertito intrinsecus parietum saeptu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita, sed usque ad extremas fores ecclesiae, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse praecipimus, ut inter templi quem parietum descripsimus cinctum et post loca publica ianuas primas ecclesiae quidquid fuerit interiacens sive in cellulis sive in domibus hortulis balneis areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere, ne qui hoc ausus sit, cum discrimen suum videat, ad expetendam opem ipse quoque confugiat. Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso Dei templo et sacrosanctis altaribus confugientium quemquam manere vel vescere, cubare vel pernoctare liceat: ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsis, qui confugiunt, pietatis ratione servantibus etc.

L. c. 1, 520.

### Contra excessus studiosae iuventutis.

[14, 9, 1 (370 Mart. 12).]

826 *Imppp. Val(entini)anus, Valens et Gr(ati)anus AAA. ad Olybrium P(raefectum) U(rbi).* (1) Quicumque ad urbem di-

scendi cupiditate veniunt, primitus ad magistrum census provincialium iudicum, a quibus copia est danda veniendi, eiusmodi litteras perferant, ut oppida hominum et natales et merita expressa teneantur; deinde ut in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studiis operam navare proponant; tertio ut hospitia eorum sollicite censualium norit officium, quo ei rei impertiant curam, quam se asseruerint expetisse. (2) Idem immineant censuales, ut singuli eorum tales se in conventibus praebeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamque famam et consociationes, quas proximas putamus esse criminibus, aestiment fugiendas neve spectacula frequentius adeant aut appetant vulgo intempestiva convivia. Quin etiam tribuimus potestatem, ut, si quis de his non ita in urbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscat, publice verberibus affectus statimque navigio superpositus abiciatur urbe domumque redeat. (3) His sane, qui sedulo operam professionibus navant, usque ad vicesimum aetatis suae annum Romae liceat commorari. Post id vero tempus qui neglexerit sponte remeare, sollicitudine praefecturae etiam impurius ad patriam revertatur. (4) Verum ne haec perfunctorie fortasse curentur, praecelsa sinceritas tua officium censuale commoneat, ut per singulos menses, qui vel unde veniant quive sint pro ratione temporis ad Africam vel ad ceteras provincias remittendi, brevibus comprehendat, his dumtaxat exceptis, qui corporatorum sunt oneribus adiuncti. Similes autem breves etiam ad scrinia mansuetudinis nostrae annis singulis dirigantur, quo meritis singulorum institutionibusque compertis utrum quandoque nobis sint necessarii, iudicemus. Dat. IIII Id. Mart. Trev(iris) Valentiniano et Valente III AA. Conss.

L. c. 1, 786.

## Contra pugnas gladiatorum.

[15, 12, 1 (325 Oct. 1).]

*Imp. Constantinus A. Maximo P(raefecto) P(raetori)o.* Cruenta spectacula in otio civili et domestica quiete non placent. 827
Quapropter, qui omnino gladiatores esse prohibemus eos, qui forte delictorum causa hanc condicionem atque sententiam mereri consueverant, metallo magis facies inservire, ut sine sanguine suorum scelerum poenas agnoscant. P(ro)p(osita) Beryto Kal. Octob. Paulino et Iuliano Conss.

L. c. 1, 827. Cf. C. I. 11, 44, 1.

## Edictum de fide catholica.

[16, 1, 2 (380 Febr. 27).]

*Imppp. Gr(ati)anus, Val(entini)anus et The(o)d(osius) AAA.* 828
*edictum ad populum urb(is) Constantinop(olitanae).* Cunctos

populos, quos clementiae nostrae regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum apostolum tradidisse Romanis religio usque ad nunc ab ipso insinuata declarat quamque pontificem Damasum sequi claret et Petrum Alexandriae episcopum virum apostolicae sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam Patris et Filii et Spiritus Sancti unam Deitatem sub parili maiestate et sub pia Trinitate credamus. § 1 Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque iudicantes haeretici dogmatis infamiam sustinere nec conciliabula eorum ecclesiarum nomen accipere, divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex caelesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. Dat. III Kal. Mar. Thessal(onicae) Gr(ati)ano A. V et Theod(osio) A. I Conss.

L. c. 1, 833. Cf. C. I. 1, 1, 1.

## De immunitate clericorum.

[16, 2, 2 (319 Oct. 21).]

829 *Imp. Constantinus A. Octaviano Correctori Lucaniae et Brittiorum.* Qui divino cultui ministeria religionis impendunt, id est hi, qui clerici appellantur, ab omnibus omnino muneribus excusentur, ne sacrilego livore quorundam a divinis obsequiis avocentur. Dat. XII Kal. Nov. Constantino A. V. et Licinio Caes. Conss.

L. c. 1, 835.

## Quibusnam ingressus in statum clericalem interdictus sit.

[16, 2, 3 (320 Iul. 18).]

830 *Imp. Constantinus A. ad Bassum P(raefectum) P(raetori)o.* Cum constitutio emissa praecipiat nullum deinceps decurionem vel ex decurione progenitum vel etiam instructum idoneis facultatibus atque obeundis publicis muneribus opportunum ad clericorum nomen obsequiumque confugere, sed eos de cetero in defunctorum dumtaxat clericorum loca subrogari, qui fortuna tenues neque muneribus civilibus teneantur obstricti, cognovimus illos etiam inquietari, qui ante legis promulgationem clericorum se consortio sociaverint. Ideoque praecipimus his ab omni molestia liberatis illos, qui post legem latam obsequia publica declinantes ad clericorum numerum confugerunt, procul ab eo corpore segregatos curiae ordinibusque restitui et civilibus obsequiis inservire. P(ro)p(osita) XV Kal. Aug. Constantino A. VI et Constantino Caes. Conss.

L. c. 1, 835 sq.

## Episcopi ab episcopis iudicentur.

[16, 2, 12 (355 Sept. 23).]

*Impp. Constantius et Constans AA. Severo suo salutem.* 831
Mansuetudinis nostrae lege prohibemus in iudiciis episcopos accusari, ne, dum affutura ipsorum beneficio impunitas aestimatur, libera sit ad arguendos eos animis furialibus copia. Si quid est igitur querelarum, quod quispiam defert, apud alios potissimum episcopos convenit explorari, ut opportuna atque commoda cunctorum quaestionibus audientia commodetur. Data Epistula VIIII Kal. Octob., Acc(epta) Non. Octob. Arbitione et Lolliano Conss.

L. c. 1, 888.

## Contra ecclesiasticos captatores testamentorum.

[16, 2, 20 (370 Iul. 30).]

*Imppp. Val(entini)anus, Valens et Gr(ati)anus AAA. ad* 832
*Damasum episc(opum) urbis Rom(ae).* Ecclesiastici aut ex ecclesiasticis vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur iudiciis, si posthac eos affines earum vel propinqui putaverint deferendos. Censemus etiam, ut memorati nihil de eius mulieris, cui se privatim sub praetextu religionis adiunxerint, liberalitate quacumque vel extremo iudicio possint adipisci et omne in tantum inefficax sit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, ut nec per subiectam personam valeant aliquid vel donatione vel testamento percipere. Qui etiam, si forte post admonitionem legis nostrae aliquid iisdem eae feminae vel donatione vel extremo iudicio putaverint relinquendum, id fiscus usurpet. Ceterum si earum quid voluntate percipiunt, ad quarum successionem vel bona iure civili vel edicti beneficiis adiuvantur, capiant ut propinqui. Lecta in Ecclesiis Rom(ae) III Kal. Aug. Val(entini)ano et Valente III AA. Conss.

L. c. 1, 841.

## Haeretici a privilegiis prohibentur.

[16, 5, 1 (326 Sept. 1).]

*Imp. Constantinus A. ad Dracilianum.* Privilegia, quae 833
contemplatione religionis indulta sunt, catholicae tantum legis observatoribus prodesse oportet. Haereticos autem atque schismaticos non solum ab his privilegiis alienos esse volumus, sed etiam diversis muneribus constringi et subici. P(ro)p(osita) Kal. Sept. Gerasto Constantino A. VII et Constantio C. Conss.

L. c. 855. Cf. C. I. 1, 5, 1.

## Contra haereticos universim.

[16, 5, 6 (381 Ian. 10).]

834 *Imppp. Gratianus, Val(entini)anus et Theod(osius) AAA. Eutropio P(raefecto) P(raetori)o.* Nullus haereticis mysteriorum locus, nulla ad exercendam animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes etiam si quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere impetratum est, non valere. § 1 Arceantur cunctorum haereticorum ab illicitis congregationibus turbae. Unius et summi Dei nomen ubique celebretur; Nicaenae fidei dudum a maioribus traditae et divinae religionis testimonio atque assertione firmatae observantia semper mansura teneatur; Fotinianae labis contaminatio, Ariani sacrilegii venenum, Eunomianae perfidiae crimen et nefanda monstruosis nominibus auctorum prodigia sectarum ab ipso etiam aboleantur auditu.

835 § 2 Is autem Nicaenae assertor fidei, catholicae religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum et Christum Filium Dei uno nomine confitetur, Deum de Deo, lumen ex lumine: qui Spiritum Sanctum, quem ex summo rerum parente speramus et accipimus, negando non violat: apud quem intemeratae fidei sensu viget incorruptae Trinitatis indivisa substantia, quae Graeci assertione verbi οὐσία recte credentibus dicitur. Haec profecto nobis magis probata, haec veneranda sunt.

836 § 3 Qui vero iisdem non inserviunt, desinant affectatis dolis alienum verae religionis nomen assumere et suis apertis criminibus denotentur. Ab omnium submoti ecclesiarum limine penitus arceantur, cum omnes haereticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus ac, si quid eruptio factiosa temptaverit, ab ipsis etiam urbium moenibus exterminato furore propelli iubeamus, ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicaenam fidem tenent, catholicae ecclesiae toto orbe reddantur. Dat. IIII Id. Ian. Const(antino)p(o)li Eucherio et Syagrio Conss.

L. c. 856 sq. Cf. C. I. 1, 1, 2.

## Contra Donatistas.

[16, 5, 39 (405 Dec. 8).]

837 *Imppp. Arcad(ius), Honor(ius) et Theod(osius) AAA. Diotimo suo sal(utem).* Donatistae superstitionis haereticos quocumque loci vel fatentes vel convictos legis tenore servato poenam debitam absque dilatione persolvere decernimus. Dat. VI Id. Decemb. Rav(ennae) Stilichone II et Anthemio Conss.

L. c. 867.

## Ne s. baptisma iteretur.

a. [16, 6, 1 (373 Febr. 20).]

*Impp. Val(entini)anus et Valens AA. ad Iulianum Procon-* 838
*s(ulem) Africae.* Antistitem, qui sanctitatem baptismi illicita usurpatione geminaverit et contra instituta omnium eam gratiam iterando contaminaverit, sacerdotio indignum esse censemus. Dat. X Kal. Mart. Trev(iris) Val(entini)ano et Valente IIII AA. Conss.

L. c. 1, 880. Cf. C. I. 1, 6, 1.

b. [16, 6, 5 (405 Febr. 12).]

*Imppp. Arcad(ius), Honor(ius) et Theod(osius) AAA. Hadri-* 839
*ano P(raefecto) P(raetori)o.* Ne divinam gratiam sub repetito baptismate polluta Donatistarum vel Montanistarum secta violaret, fallendi occasionem severitate huius praeceptionis abolemus statuentes, ut certa huiusmodi homines poena sequatur legisque censuram experiantur ultricem, qui in catholicam religionem perverso dogmate commisissent. Iubemus igitur, ut, si quis posthac fuerit rebaptizare detectus, iudici, qui provinciae praesidet offeratur, ut facultatum omnium publicatione multatus inopiae poenam expendat. Et cetera. Dat. Prid. Id. Febr. Rav(ennae) Stilichone II et Anthemio Conss.

L. c. 1, 882 sq.

## De apostatis.

[16, 7, 1 (381 Mai. 2).]

*Imppp. Gr(ati)anus, Val(entini)anus et Theod(osius) AAA.* 840
*ad Eutropium P(raefectum) P(raetori)o.* His qui ex Christianis pagani facti sunt, eripiatur facultas iusque testandi et omne defuncti, si quod est, testamentum submota condicione rescindatur. Dat. VI Non. Mai. Const(antino)p(o)l(i), Syagrio et Eucherio Conss.

L. c. 1, 884.

## Ne christianum mancipium Iudaeus habeat seu circumcidat.

[16, 9, 2 (339 Aug. 13).]

*Imp. Constantius A. ad Evagrium.* Si aliquis Iudaeorum 841
mancipium sectae alterius seu nationis crediderit comparandum, mancipium fisco protinus vindicetur: si vero emptum circumciderit, non solum mancipii damno multetur, verum etiam capitali sententia puniatur. Quodsi venerandae fidei conscia mancipia Iudaeus mercari non dubitet, omnia, quae apud eum reperiuntur, protinus auferantur nec interponatur quidquam

morae, quin eorum hominum qui Christiani sunt possessione careat. Et cetera. Dat. Id. Aug. Constantio A. II et Constante A. Conss.

L. c. 1, 896. Cf. C. I. 1, 10, 1.

### De conservandis templorum aedificiis.

[16, 10, 18 (399 Aug. 20).]

842 *Impp. Arcad(ius) et Honorius AA. Apollodoro Proc(onsuli) Afric(ae).* Aedes illicitis rebus vacuas nostrarum beneficio sanctionum ne quis conetur evertere. Decernimus enim, ut aedificiorum quidem sit integer status, si quis vero in sacrificio fuerit deprehensus, in eum legibus vindicetur, depositis sub officio idolis disceptatione habita, quibus etiam nunc patuerit cultum vanae superstitionis impendi. Dat. XIII Kal. Sept. Patavi Theodoro V. C. Cons.

L. c. 1, 902.

## SOCRATES, SCHOLASTICUS CONSTANTINOPOLITANUS,

continuator Eusebii pro annis 305—439, scripsit circa 440.

### De visione Constantini M.

[Historia ecclesiastica 1, 2, 5—10.]

*843 (5) Μαξέντιος δὲ κακῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐπέτριβε, τυραννικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ τρόπῳ χρώμενος κατ' αὐτῶν· μοιχεύων ἀναίδην τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν καὶ ποιῶν τὰ τούτοις ἀκόλουθα. (6) Τοῦτο γνοὺς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ῥύσασθαι Ῥωμαίους τῆς ὑπ' αὐτοῦ δουλείας ἐσπούδαζεν· εὐθύς τε φροντίδας ἐτίθει, τίνα τρόπον καθέλοι τὸν τύραννον. (7) Καὶ ὡς ἦν ἐν τηλικαύτῃ φροντίδι, ἐπενόει τίνα θεὸν ἐπίκουρον πρὸς τὴν μάχην καλέσειε. Κατὰ νοῦν δὲ ἐλάμβανεν, ὡς οὐδὲν ὤναντο οἱ περὶ Διοκλητιανόν, περὶ τοὺς Ἑλλήνων θεοὺς διακεί-

---

843 (5) Interea Maxentius Romanos gravissime oppressit, tyrannum se potius erga illos quam imperatorem gerens. Nam et ingenuorum hominum uxores impudentissime constuprabat et plurimos civium indicta causa perimebat aliaque id genus facinora perpetrabat. (6) Quibus compertis, imperator Constantinus Romanos iugo tyrannicae servitutis liberare studuit; statimque sollicite coepit inquirere qua ratione tyrannum oppressurus esset. (7) Huiusmodi sollicitudine districtus perpendebat animo, quemnam sibi deum ad hoc bellum adiutorem vocaret. Venitque illi in mentem, Diocletianum quidem,

μενοι· ηὕρισκέν τε ὡς ὁ αὐτοῦ πατὴρ Κωνστάντιος ἀποστραφεὶς τὰς Ἑλλήνων θρησκείας, εὐδαιμονέστερον τὸν βίον διήγαγεν. (8) Ἐν τοιαύτῃ τοίνυν ἀμφισβητήσει τυγχάνοντι καί που ἅμα τοῖς στρατιώταις ὁδεύοντι, συνέβη θαυμάσιόν τι καὶ λόγου κρεῖττον θεάσασθαι. Περὶ γὰρ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον φωτὸς σταυροειδῆ ἐν ᾧ γράμματα ἦν λέγοντα· «Ἐν τούτῳ νίκα.»

(9) Τοῦτο φανὲν τὸ σημεῖον τὸν βασιλέα ἐξέπληττεν. 844
Αὐτός τε τοῖς οἰκείοις σχεδὸν ἀπιστῶν ὀφθαλμοῖς, ἠρώτα καὶ τοὺς παρόντας, εἰ καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ἀπολαύουσιν ὄψεως. Τῶν δὲ συμφωνησάντων, ἀνερρώννυτο μὲν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῇ θείᾳ καὶ θαυμαστῇ φαντασίᾳ. (10) Νυκτὸς δὲ ἐπιλαβούσης, κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾷ τὸν Χριστὸν λέγοντα αὐτῷ κατασκευάσαι κατὰ τὸν τύπον τοῦ ὀφθέντος σημείου καὶ τούτῳ κατὰ τῶν πολεμίων ὡς ἑτοίμῳ κεχρῆσθαι τροπαίῳ.

MG 67, 35 sqq.

## De inventione salutiferae crucis et sacrorum clavorum.

[Ib. 1, 17.][1]

(1) Ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ Ἑλένη, ἧς ἐπ' ὀνόματι τήν 845
ποτε κώμην Δρεπάνην πόλιν ποιήσας ὁ βασιλεὺς Ἑλενού-

---

qui gentilium deos impense coluisset, nullum ex eo fructum percepisse; Constantium vero patrem suum, qui a Graecorum superstitione alienus fuisset, vitam longe feliciorem traduxisse. (8) Porro dum in tam ancipiti deliberatione versatur, forte illi cum militibus iter facienti admirabilis quaedam, et quae omnem dicendi vim superat, visio oblata est. Horis enim meridianis, cum iam dies vergeret in vesperum, lucis columnam instar crucis in caelo videt, cui inscripta erant haec verba: «In hoc vince.»

(9) Huiusmodi signo statim obstupefactus est imperator. 844
Nec iam suis ipse oculis satis fidens, interrogavit eos qui aderant, num et ipsi idem signum vidissent. Quibus idem sibi quoque visum esse testantibus, imperator quidem confirmatus est divina illa ac mirabili visione. (10) Nocte vero superveniente Christum in somnis vidit, iubentem ut signum instar eius quod viderat fabricaretur eoque tamquam certissimo adversus hostes tropaeo uteretur.

(1) Mater imperatoris Helena, cuius gratia imperator 845
Drepanum, quam ex vico civitatem effecerat, Heleno-

---

[1] Praeterea de inventione crucis agunt: Chrysostomus, In Ioann. hom. 85. Sozom. 2, 1. Theodoret. 1, 18. Ambrosius, De obitu Theodosii 43 sqq. Rufin. 1, 7 sq. Paulinus Nol. ep. 81. Sulp. Severus 2, 35.

πολιν ἐπωνόμασε, δι' ὀνείρων χρηματισθεῖσα εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παρεγένετο. Καὶ τήν ποτε Ἱερουσαλὴμ ἔρημον ὡς ὀπωροφυλάκιον κατὰ τὸν Προφήτην [cf. Ps 78, 1] εὑροῦσα τὸ τοῦ Χριστοῦ μνῆμα, ἔνθα ταφεὶς ἀνέστη, σπουδαίως ἐζήτει. Καὶ δυσχερῶς μέν, σὺν Θεῷ δὲ εὑρίσκει. Τίς δὲ ἡ αἰτία τῆς δυσχερείας, διὰ βραχέων ἐρῶ. (2) Ὅτι οἱ μὲν τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονοῦντες μετὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἐτίμων τὸ μνῆμα. Οἱ δὲ φεύγοντες τὰ τοῦ Χριστοῦ, χώσαντες τὸν τόπον Ἀφροδίτης κατ' αὐτοῦ ναὸν κατασκευάσαντες ἐπέστησαν ἄγαλμα, μὴ ποιοῦντες μνήμην τοῦ τόπου. Τοῦτο μὲν οὖν πάλαι προὐχώρει. Τῇ δὲ μητρὶ τοῦ βασιλέως φανερὸν τοῦτο ἐγένετο. (3) Καθελοῦσα οὖν τὸ ξόανον καὶ τὸν τόπον ἐκχώσασα καὶ καθαρὸν ἐργασαμένη, τρεῖς εὑρίσκει σταυροὺς ἐν τῷ μνήματι· ἕνα μὲν τὸν μακαριστόν, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐξετανύσθη· τοὺς δὲ ἑτέρους, ἐν οἷς οἱ συσταυρωθέντες δύο λῃσταὶ τεθνήκεσαν. Σὺν αὐτοῖς δὲ εὕρητο καὶ ἡ τοῦ Πιλάτου σανίς, ἐν ᾗ βασιλέα τῶν Ἰουδαίων τὸν σταυρωθέντα Χριστὸν προσγράφων ἐν διαφόροις γράμμασιν ἐκήρυττεν.

846 (4) Ἐπεὶ δὲ ἀμφίβολος ἦν ὁ σταυρὸς ὁ ζητούμενος, οὐχ ἡ τυχοῦσα λύπη κατεῖχε τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα. Οὐκ

---

polim voluit appellari, a Deo in somnis admonita venit Hierosolyma. Et cum veterem illam Hierusalem iuxta Prophetae vaticinium desertam sicut pomorum custodiam offendisset, Christi monumentum, in quo ille sepultus resurrexit, studiose coepit perquirere. Ac difficile quidem illud, sed tamen opitulante Deo tandem reperit. Quae vero causa fuerit huius difficultatis, paucis aperiam. (2) Qui Christi fidem sequebantur, post mortem eius monumentum istud magnopere coluerunt. Hi vero qui a religione Christi abhorrebant, locum aggere opplentes templum Veneris in eo exstruxerunt, et simulacro superposito memoriam loci penitus abolere studuerunt. Et hoc quidem olim eis successerat. Verum imperatoris matri ea res innotuit. (3) Deturbato igitur simulacro egestaque humo et loco undique repurgato, tres cruces in monumento reperit: unam quidem beatam, in qua Christus pependerat; duas vero alias, in quibus duo latrones qui una cum illo crucifixi sunt, mortem obierant. Cum his inventa etiam est tabella, in qua Pilatus Christum crucifixum regem esse Iudaeorum variis linguis ac litteris pronuntiaverat.

846 (4) Sed quoniam ambiguum erat quaenam esset crux illa quae quaerebatur, mater imperatoris non mediocri dolore

εἰς μακρὰν δὲ παύει τὰ τῆς λύπης ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ᾧ ὄνομα ἦν Μακάριος. Λύει δὲ πίστει τὸ ἀμφίβολον. Σημεῖον γὰρ ᾔτει παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ ἐλάμβανεν. (5) Τὸ δὲ σημεῖον ἦν τοιοῦτο· γυνή τις τῶν ἐγχωρίων, νόσῳ χρονίᾳ ληφθεῖσα, πρὸς αὐτῷ λοιπὸν τῷ θανάτῳ ἐγένετο. Προσάγεσθαι οὖν τῇ ἀποθνησκούσῃ τῶν σταυρῶν ἕκαστον ὁ ἐπίσκοπος παρεσκεύασε, πιστεύσας ἀναρρωσθῆναι τὴν γυναῖκα ἀψαμένην τοῦ τιμίου σταυροῦ. (6) Καὶ τῆς ἐλπίδος οὐχ ἥμαρτε. Προσενεχθέντων γὰρ τῶν μὴ κυρίων δύο σταυρῶν, ἔμενεν οὐδὲν ἧττον ἡ γυνὴ ἀποθνήσκουσα. Ὡς δὲ ὁ τρίτος ὁ γνήσιος προσηνέχθη, ἡ ἀποθνήσκουσα εὐθὺς ἀνερρώσθη καὶ ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἦν. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον τὸ τοῦ σταυροῦ ξύλον ηὕρηται.

(7) Ἡ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ οἶκον μὲν εὐκτήριον ἐν 847
τῷ τοῦ μνήματος τόπῳ πολυτελῆ κατεσκεύασεν, Ἱερουσαλὴμ τε Νέαν ἐπωνόμασεν, ἀντιπρόσωπον τῇ παλαιᾷ ἐκείνῃ καὶ καταλελειμμένῃ ποιήσασα. (8) Τοῦ δὲ σταυροῦ μέρος μέν τι θήκῃ ἀργυρᾷ περικλείσασα, μνημόσυνον τοῖς ἱστορεῖν βουλομένοις, αὐτόθι κατέλιπε· τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἀποστέλλει τῷ βασιλεῖ. (9) Ὅπερ δεξάμενος καὶ πιστεύσας τελείως σωθήσεσθαι τὴν πόλιν ἔνθα ἂν ἐκεῖνο φυλάττηται,

---

affecta est. Quem quidem brevi post tempore Hierosolymorum episcopus, nomine Macarius, sedavit et ambiguitatem omnem fidei virtute dissolvit. Signum enim a Deo petiit et impetravit. (5) Signum vero fuit huiusmodi. Mulier quaedam illius loci, diuturno confecta morbo, iam in ipso mortis articulo erat constituta. Huic ergo animam agenti episcopus singulas cruces apponi iubet, certissime sibi persuadens fore ut mulier pristinae valetudini restitueretur, si pretiosam Domini crucem attigisset. (6) Nec vero spes eum fefellit. Admotis enim duabus crucibus quae genuinae non erant, mulier nihilominus in summo vitae discrimine remansit. Adhibita vero tertia, quae vera Domini crux erat, illa in vitae mortisque confinio posita statim convaluit et pristinum vigorem recuperavit. Hoc igitur modo repertum est crucis lignum.

(7) Imperatoris autem mater in ipso quidem sepulcri loco 847
templum magnificum exstruxit et Novam Hierusalem cognominavit, quam ex adverso veteris illius ac desertae condiderat. (8) Crucis vero portionem unam argentea inclusam theca, iis qui visere eam vellent, ad perpetuam memoriam illic reliquit; alteram vero ad imperatorem misit. (9) Quam ille cum accepisset, pro certo habens civitatem illam perpetuo incolumem

τῷ ἑαυτοῦ ἀνδριάντι κατέκρυψεν, ὃς ἐν τῇ κατὰ Κωνσταντινούπολιν [ἐν τῇ] ἐπιλεγομένῃ ἀγορᾷ Κωνσταντίνου ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ καὶ μεγάλου κίονος ἵδρυται. Τοῦτο μὲν ἀκοῇ γράψας ἔχω. Πάντες δὲ σχεδὸν οἱ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν οἰκοῦντες ἀληθὲς εἶναί φασι.

848 (10) Καὶ τοὺς ἥλους δέ, οἳ ταῖς χερσὶν τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν ἐνεπάγησαν, ὁ Κωνσταντῖνος λαβὼν (καὶ γὰρ καὶ τούτους ἡ μήτηρ ἐν τῷ μνήματι εὑροῦσα ἀπέστειλεν), χαλινούς τε καὶ περικεφαλαίαν ποιήσας, ἐν τοῖς πολέμοις ἐκέχρητο. (11) Ἐχορήγει μὲν οὖν πάσας τὰς ὕλας ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν κατασκευὴν τῶν ἐκκλησιῶν. Ἔγραφε δὲ καὶ Μακαρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἐπισπεύδειν τὰς οἰκοδομάς.

849 (12) Ἡ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ, ποιήσασα τὴν Νέαν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐν τῷ ἄντρῳ τῆς Βηθλεέμ, ἔνθα ἡ κατὰ σάρκα γέννησις τοῦ Χριστοῦ, ἑτέραν ἐκκλησίαν οὐχ ἧττον κατεσκεύαζεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὄρει τῆς ἀναλήψεως. (13) Οὕτω δὲ εἶχεν εὐλαβῶς περὶ ταῦτα, ὡς καὶ συνεύχεσθαι ἐν τῷ τῶν γυναικῶν τάγματι. Καὶ τὰς παρθένους τὰς ἀναγεγραμμένας ἐν τῷ τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι, ἐπὶ ἑστίασιν προτρεπομένη, δι' ἑαυτῆς λειτουργοῦσα, τὰ ὄψα ταῖς τραπέζαις προσέφερεν. Πολλὰ δὲ καὶ ἐδωρεῖτο

---

fore in qua hoc pignus servaretur, in statua sua recondidit, quae Constantinopoli in foro quod Constantini dicitur, super ingenti columna purpurea posita est. Atque hoc quidem auditione acceptum huic historiae inserui. Omnes autem ferme qui Constantinopolim incolunt, id verum esse affirmant.

848 (10) Clavos praeterea quibus Christi manus cruci fuerant affixae, cum idem imperator accepisset (nam et hos in monumento repertos mater ad ipsum miserat), frena ex illis et galeam fabricari iussit; iisque usus est in bello. (11) Caeterum imperator quidem materiam omnem ad constructionem ecclesiarum affatim subministravit. Scripsit etiam ad Macarium episcopum ut opus ipsum acceleraret.

849 (12) Mater vero imperatoris, postea quam aedificasset Novam Hierusalem, apud Bethlehem quoque in spelunca in qua Christus secundum carnem natus est, alteram ecclesiam priore illa haudquaquam inferiorem exstruxit. Sed et tertiam aedificavit, in eo monte ex quo Dominus conscendit in coelum. (13) Porro tam pie ac religiose erga haec erat affecta, ut in ordine mulierum una cum caeteris Deum oraret. Virgines quoque in matricula ecclesiarum ascriptas ad convivium vocabat eisque ipsa per se ministrans, mensae apponebat fercula. Multa praeterea ecclesiis et pauperibus erogabat.

ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τοῖς πένησιν. (14) Εὐσεβῶς τε διανύσασα τὴν ζωὴν ἐτελεύτησε περὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος· καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς εἰς τὴν βασιλεύουσαν Νέαν Ῥώμην διακομισθὲν ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνήμασιν ἀπετέθη.

MG 67, 117 sqq.

## De Paphnutio episcopo et lege caelibatus.

[Ib. 1, 11.]

(1) Ἐπεὶ δὲ Παφνουτίου καὶ Σπυρίδωνος ποιήσασθαι 850
μνήμην ἀνωτέρω ἐπηγγειλάμεθα, εὔκαιρον ἐνταῦθα περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. (2) Παφνούτιος γὰρ μιᾶς πόλεως τῶν ἄνω Θηβῶν ἐπίσκοπος ἦν· οὕτω δὲ ἦν ἀνὴρ θεοφιλής, ὡς καὶ σημεῖα θαυμαστὰ γίνεσθαι ὑπ' αὐτοῦ. Οὗτος ἐν καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τὸν ὀφθαλμὸν ἐξεκόπη. Σφόδρα δὲ ὁ βασιλεὺς ἐτίμα τὸν ἄνδρα, καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ βασίλεια μετεπέμπετο καὶ τὸν ἐξορωρυγμένον ὀφθαλμὸν κατεφίλει. Τοσαύτη προσῆν τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ εὐλάβεια. (3) Ἓν μὲν οὖν τοῦτο περὶ Παφνουτίου εἰρήσθω. Ὃ δὲ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς Ἐκκλησίας καὶ κόσμον τῶν ἱερωμένων διὰ τὴν αὐτοῦ συμβουλὴν γέγονε, τοῦτο διηγήσομαι.

(4) Ἐδόκει τοῖς ἐπισκόποις νόμον νεαρὸν εἰς τὴν Ἐκ- 851
κλησίαν εἰσφέρειν, ὥστε τοὺς ἱερωμένους, λέγω δὲ ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, μὴ συγκαθεύδειν

---

(14) Deinque cum in summa pietate vitam egisset, mortem obiit anno aetatis circiter octogesimo; corpusque eius Novam Romam deportatum, in regalibus monumentis depositum est.

(1) Sed quoniam superius polliciti sumus, nos mentionem 850
Paphnutii Spyridonisque esse facturos, opportunum hic fuerit de illis pauca dicere. (2) Paphnutius igitur cuiusdam urbis in superiori Thebaide fuit episcopus: vir adeo pius Deoque carus, ut admiranda ab eo signa ederentur. Huic persecutionis tempore oculus fuerat effossus. Imperator vero hominem magnopere observabat, et frequenter in palatium accersebat effossumque eius oculum deosculabatur. Tanta in principe Constantino inerat pietas ac reverentia. (3) Atque hoc de Paphnutio a nobis primo loco dictum sit. Illud vero quod ad ultilitatem Ecclesiae et ad honestatem clericorum eius consilio gestum est, deinceps exponam.

(4) Visum erat episcopis novam legem in Ecclesiam in- 851
ducere, ut quicumque in sacrum ordinem allecti essent, id est episcopi, presbyteri et diaconi, ab uxorum quas, cum laici

ταῖς γαμεταῖς, ἃς ἔτι λαϊκοὶ ὄντες ἠγάγοντο. (5) Καὶ ἐπεὶ περὶ τούτου βουλεύεσθαι προὔκειτο, διαναστὰς ἐν μέσῳ τοῦ συλλόγου τῶν ἐπισκόπων ὁ Παφνούτιος, ἐβόα μακρά, μὴ βαρὺν ζυγὸν ἐπιθεῖναι τοῖς ἱερωμένοις ἀνδράσι· τίμιον εἶναι καὶ τὴν κοίτην καὶ αὐτὸν ἀμίαντον τὸν γάμον λέγων, μὴ τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀκριβείας μᾶλλον τὴν Ἐκκλησίαν προσβλάψωσιν· οὐ γὰρ πάντας δύνασθαι φέρειν τῆς ἀπαθείας τὴν ἄσκησιν, οὐδὲ ἴσως φυλαχθήσεσθαι τὴν σωφροσύνην τῆς ἑκάστου γαμετῆς. (6) Σωφροσύνην δὲ ἐκάλει καὶ τῆς νομίμου γυναικὸς τὴν συνέλευσιν. Ἀρκεῖσθαί τε τὸν φθάσαντα κλήρου τυχεῖν, μηκέτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, κατὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀρχαίαν παράδοσιν· μήτε μὴν ἀποζεύγνυσθαι ταύτης, ἣν ἅπαξ ἤδη πρότερον λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο. (7) Καὶ ταῦτ' ἔλεγεν ἄπειρος ὢν γάμου, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, γυναικός· ἐκ παιδὸς γὰρ ἐν ἀσκητηρίῳ ἀνετέθραπτο, καὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ, εἴ καί τις ἄλλος, περιβόητος ὤν. (8) Πείθεται πᾶς ὁ τῶν ἱερωμένων σύλλογος τοῖς Παφνουτίου λόγοις. Διὸ καὶ τὴν περὶ τούτου ζήτησιν ἀπεσίγησαν, τῇ γνώμῃ τῶν βουλομένων ἀπέχεσθαι τῆς ὁμιλίας τῶν γαμετῶν καταλείψαντες. Καὶ τοσαῦτα μὲν περὶ Παφνουτίου.

MG 67, 101 sqq.

---

essent, matrimonii iure sibi sociaverant, concubitu abstinerent. (5) Cumque hac re in medium proposita singulorum sententiae rogarentur, surgens in medio episcoporum consessu Paphnutius vehementer vociferatus est, non esse imponendum clericis et sacerdotibus grave hoc iugum: honorabiles nuptias et torum immaculatum esse dicens, ne ex nimia severitate damnum potius inferrent Ecclesiae: neque enim omnes ferre posse tam districtae continentiae disciplinam, ac forsitan inde eventurum esse ut cuiusque uxoris castitas minime custodiretur. (6) Castitatem autem vocabat congressum viri cum uxore legitima. Satis esse, ut, qui in clerum fuissent ascripti, iuxta veterem Ecclesiae traditionem, iam non amplius uxores ducerent: non tamen quemquam seiungendum esse ab ea quam antehac, tunc cum esset laicus, legitime duxisset. (7) Atque haec dixit, ipse non modo coniugii, sed muliebris congressus penitus expers; quippe qui a puero in monasterio educatus fuisset, et ob singularem castimoniam ab omnibus celebratus. (8) Ceterum universus sacerdotum coetus Paphnutii sermonibus assensus est. Proinde omissa eius rei disceptatione, singulorum arbitrio permiserunt, ut ab uxorum consuetudine abstinerent si vellent. Et haec quidem de Paphnutio.

## Iulii P. I (337—352) dictum de auctoritate episcopi Romani.

[Ib. 2, 17, 5.]

Οὕτως ἐναντίων πεμπομένων τῶν γραμμάτων, ὁ Ἰούλιος τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ συναχθεῖσιν ἀντιγράφων ἐπεμέμψατο, πρῶτον μὲν τὸ ἐπαχθὲς τῆς αὐτῶν ἐπιστολῆς, ἔπειτα παρὰ κανόνας ποιοῦντας, διότι εἰς τὴν σύνοδον αὐτὸν οὐκ ἐκάλεσαν, τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος, «μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης κανονίζειν τὰς Ἐκκλησίας», καὶ ὅτι τὴν πίστιν λεληθότως παραχαράττουσιν. 852

MG 67, 219 sq.

## De exsilio et reditu Liberii.

[Ib. 2, 37 sub finem.]

(1) Ὁ βασιλεὺς δὲ . . . τοῖς μὲν περὶ Οὐρσάκιον, ὅσα αὐτοῖς ἐδόκει σὺν παρρησίᾳ κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν πράττειν ἐπέτρεψε. (2) Τὴν δὲ ἔκδοσιν τῆς ἀναγνωσθείσης ἐν Ἀριμίνῳ πίστεως ἐκέλευσεν εἰς τὰς περὶ Ἰταλίαν Ἐκκλησίας ἐκπέμπεσθαι, προστάξας τοὺς μὴ βουλομένους ὑπογράφειν αὐτῇ ἐξεῶσθαι τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν ἑτέρους ἀντικαθίστασθαι. (3) Καὶ πρῶτος μὲν Λιβέριος ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος παραιτησάμενος ἐκείνῃ τῇ πίστει συνθέσθαι, ἐξόριστος γίνεται, τῶν περὶ Οὐρσάκιον εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ καταστησάντων Φίληκα. Ὃς διάκονος 853

---

Iulius itaque contrariis inter se litteris ad ipsum missis, rescribens episcopis qui Antiochiae convenerant, graviter conquestus est: primum quidem de acerbitate ipsorum epistulae, deinde quod contra canones ipsum ad synodum non vocassent, cum ecclesiastica regula interdictum sit «ne praeter sententiam Romani Pontificis quidquam ab Ecclesiis decernatur»; questus est item regulam fidei clanculo ab ipsis adulterari. 852

(1) At imperator... Ursacio <ac Valenti> eorumque asseclis quidvis contra Ecclesias agendi liberam potestatem dedit. (2) Expositionem autem fidei, quae lecta fuerat Arimini, ad Ecclesias Italiae mitti iussit mandans, ut, quicumque subscribere ei nollent, pellerentur Ecclesiis, et in eorum locum alii substituerentur. (3) Et primus quidem Liberius, Romanae urbis episcopus, cum fidei illi consensum accommodare renuisset, in exsilium mittitur Felice in eius locum ab Ursacianis suffecto. Qui cum esset Romanae Ecclesiae diaconus, 853

ὢν τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας καὶ τῇ Ἀρειανῇ δόξῃ προστεθεὶς εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προεβλήθη. Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὅτι οὐ προσέθετο μὲν τῇ Ἀρειανῇ δόξῃ, βίᾳ δὲ καὶ ἀνάγκῃ κεχειροτόνητο.

854 (4) Πάντα μὲν οὖν τότε τὰ κατὰ τὴν δύσιν καινοτομούμενα ταραχὴν εἶχε, τῶν μὲν ἐξωθουμένων καὶ ἀποστελλομένων εἰς ἐξορίαν, τῶν δὲ εἰς τόπον τῶν αὐτῶν ἀντικαθισταμένων. Καὶ ταῦτα ἐγίνετο βίᾳ καὶ ⟨ἐκ⟩ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων, ἅπερ καὶ εἰς τὰ ἑῷα μέρη ἀπέσταλτο. (5) Ὁ Λιβέριος μὲν οὖν μικρὸν ὕστερον τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀπέλαβε, τοῦ ἐν Ῥώμῃ λαοῦ στασιάσαντος καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλοντος τὸν Φίληκα· ὅ τε βασιλεὺς καὶ παρὰ γνώμην τούτοις ἐγένετο σύμψηφος. (6) Οἱ δὲ περὶ Οὐρσάκιον τῆς Ἰταλίας ἀναχωρήσαντες καὶ ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ διαβαίνοντες μέρη, πόλιν τῆς Θρᾴκης, ὄνομα Νίκην, καταλαμβάνουσιν.

MG 67, 319 sqq.

## Liberius Papa multos Macedonianos (Homoeusianos) in Ecclesiam recipit (366).

[Ib. 4, 12.]

855 1. (1) Τῶν δὲ φρονούντων τὸ ὁμοούσιον σφοδρῶς τότε συνελαθέντων, αὖθις οἱ διώκοντες κατὰ τῶν Μακεδονιανῶν ἐχώρουν. (2) Οἱ δέ, φόβῳ μᾶλλον καὶ βίᾳ στενοχωρούμενοι, κατὰ πόλεις διεπρεσβεύοντο πρὸς ἀλλήλους δηλοῦντες

---

Arianam tunc amplexus perfidiam ad episcopatus honorem promotus est. Nonnulli tamen affirmant illum opinionem Arianam minime amplexum esse, sed vi ac necessitate compulsum ordinationem suscepisse.

854 (4) Tunc igitur in Occidentis partibus rebus novis ac tumultu plena erant omnia, cum alii quidem extruderentur et in exsilium mitterentur, alii vero in eorum subrogarentur locum. Atque haec gerebantur vi et auctoritate imperialium edictorum, quae ad partes etiam Orientis transmissa sunt. (5) Ceterum Liberius haud multo post ab exsilio revocatus sedem suam recepit, cum populus Romanus seditione facta Felicem Ecclesia expulisset, et imperator licet invitus assensum illis praebuisset. (6) Ursaciani vero relicta Italia ad Orientis partes transgressi Nicen venere, quod est oppidum Thraciae.

855 1. (1) Ceterum cum Homousiani tunc temporis gravissime vexati fugatique essent, denuo persecutores adversus Macedonianos grassari coepere. (2) Qui metu magis quam violentia constricti per singulas civitates ultro citroque legatos

δεῖν ἐξ ἀνάγκης καταφεύγειν ἐπί τε τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως καὶ ἐπὶ Λιβέριον τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον, ἀσπάζεσθαί τε τὴν ἐκείνων πίστιν μᾶλλον, ἢ κοινωνεῖν τοῖς περὶ Εὐδόξιον. (3) Πέμπουσιν οὖν Εὐστάθιον τὸν ἐκ Σεβαστείας, ὃς πολλάκις καθῄρητο, Σιλβανὸν Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας καὶ Θεόφιλον Κασταβάλων· Κιλικίας δὲ καὶ ἥδε πόλις· ἐντειλάμενοι μὴ διακριθῆναι πρὸς Λιβέριον περὶ πίστεως, ἀλλὰ κοινωνῆσαι τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ καὶ κυρῶσαι τὴν τοῦ ὁμοουσίου πίστιν. (4) Οὗτοι γράμματα τῶν ἐν Σελευκείᾳ διακριθέντων ἐπικομιζόμενοι τὴν παλαιὰν Ῥώμην κατέλαβον. Καὶ τῷ βασιλεῖ μὲν οὐκ ἐντυγχάνουσι· περὶ τὰς Γαλλίας γὰρ ἠσχολεῖτο, Σαυρομάτας ἐκεῖ πολεμῶν. Λιβερίῳ δὲ τὰς ἐπιστολὰς ἐγχειρίζουσιν. (5) Ὁ δὲ αὐτοὺς προσδέξασθαι οὐδαμῶς ἐβούλετο. Τῆς γὰρ Ἀρειανῶν μοίρας εἶναι καὶ μὴ δύνασθαι δεχθῆναι ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἔλεγεν, ὡς τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἀθετήσαντας. (6) Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο ἐκ μεταμελείας ἐπεγνωκέναι τὴν ἀλήθειαν καὶ ἠρνῆσθαι μὲν ἤδη πρότερον τὴν τῶν ἀνομοίων πίστιν, ὅμοιόν τε ὡμολογηκέναι κατὰ πάντα τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί· μηδέν τε διαφέρειν τοῦ ὁμοουσίου τὸ ὅμοιον. (7) Ταῦτα λέγοντας Λιβέριος ἔγγραφον τὴν ὁμολογίαν τῆς γνώμης ἀπῄτησεν. Οἱ δὲ αὐτῷ βιβλίον ὤρεξαν, ἐν ᾧ

---

inter se miserunt significantes necessario confugiendum esse tum ad fratrem imperatoris, tum ad Liberium, Romanae urbis episcopum, eorumque fidem amplectendam potius, quam ut cum Eudoxio communicarent. (3) Mittunt igitur Eustathium Sebastiae episcopum, qui iam saepius depositus fuerat, Silvanum Tarsi Ciliciae et Theophilum Castabalorum, quae etiam Ciliciae urbs est, mandantque, ne in fide dissentiant a Liberio, sed cum Ecclesia Romana communionem ineant fidemque consubstantialis consensu suo confirment. (4) Hi ergo cum litteris eorum, qui Seleucia [ab Eudoxio] dissenserant, Romam venerunt. Et imperatorem quidem ipsum adire iis non licuit, quippe qui bello contra Sarmatas districtus in Galliis teneretur. Liberio vero litteras suas porrexerunt. (5) Ille initio quidem eos admittere recusabat, Arianarum partium illos esse dicens nec ab Ecclesia suscipi posse, utpote qui Nicaenam fidem abrogassent. (6) At illi se dudum resipuisse et veritatem agnovisse responderunt et Anomoeorum quidem doctrinam eiurasse iam pridem, Filium vero Patri per omnia similem confessos esse nec ullatenus differre consubstantialem a simili. (7) Quae cum dixissent, sententiae suae professionem scripto comprehensam Liberius ab iis exegit.

καὶ τὰ ῥήματα τῆς κατὰ Νίκαιαν ἐκδοθείσης πίστεως προσεγέγραπτο. [Sequitur libellus.]

856 2. . . . Τούτῳ δὴ τῷ βιβλίῳ τοὺς πρέσβεις ἀσφαλισάμενος ὁ Λιβέριος εἰς κοινωνίαν τε ἐδέξατο καὶ τάδε τὰ γράμματα δοὺς ἀπέλυσεν. [Sequitur epistula «Τὴν εὐκταιοτάτην», in qua Liberius inter alia:]

857 3. (3) «Καὶ ταύτην εἶναι γινώσκομεν τὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν πίστιν, ἥτις μέχρι τῆς κατὰ Νίκαιαν συνόδου ἀκεραία καὶ ἀσάλευτος διέμεινε. Ταύτην τε αὐτοῖς [*pro:* αὐτοὶ] ἔχειν ὡμολόγησαν καὶ χαρᾶς ἀναπλησθέντες πᾶν ἴχνος καὶ ζώπυρον ἀτόπου ὑπονοίας ἐκβαλόντες, οὐ μόνον διὰ λόγου, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως ταύτην ἐξέθεντο. . . . (7) Ἥτις πίστις ἐν τῇ ὑποστάσει καὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ὁμοουσίου περιεχομένη, ὥσπερ ἔρυμα ὀχυρὸν καὶ ἄμαχον, πάσας τὰς προσβολὰς καὶ τὰς κακομηχανίας τῆς Ἀρείου κενοδοξίας καθαιρεῖ τε καὶ ἀποτρέπεται. . . .

858 (9) Καὶ γὰρ σχεδὸν πάντες ἐκεῖνοι οἱ ἐν τῇ Ἀριμήνῳ γενόμενοι καί, δελεασθέντες ἢ ὑπαχθέντες τότε, νῦν ἀναφρονήσαντες καὶ ἀναθεματίσαντες τὴν ἔκθεσιν τῶν ἐν Ἀριμήνῳ συνελθόντων καὶ ὑπογράψαντες τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ πίστει τῇ κατὰ Νίκαιαν θεσπισθείσῃ· οἳ καὶ ἡμῖν κοινωνήσαντες ἐκθυμότερον κατὰ τοῦ Ἀρείου δόγματος καὶ κατὰ

---

Illi ergo libellum ei obtulerunt, in quo verba etiam fidei Nicaenae erant ascripta. [Sequitur libellus.]

856 2. . . . Hoc libello cum legatos quasi cautione quadam Liberius obligavisset, eos in communionem suscepit datisque huiusmodi litteris dimisit. [Sequuntur litterae, in quibus Liberius inter alia:]

857 3. (3) «Hanc autem catholicam et apostolicam fidem esse agnoscimus, quae usque ad concilium Nicaenum integra et inconcussa permansit. Et hanc legati vestri se habere professi sunt, et cum incredibili gaudio omne vestigium ac fomitem absurdae suspicionis abolentes non verbis solum, verum etiam scripto eam exposuerunt. . . . (7) Quae quidem fides in hypostasi et in consubstantialis vocabulo comprehensa, tamquam firmum et inexpugnabile monumentum, impetus omnes et machinas Arianae dementiae reprimit ac repellit. . . .

858 (9) Etenim omnes propemodum illi, qui tunc apud Ariminum collecti partim illecebris, partim dolo decepti fuerant, nunc ad sanam mentem reversi formulam fidei ab Ariminensi concilio editam anathemate damnarunt et catholicae atque apostolicae fidei olim apud Nicaeam promulgatae subscripserunt. Et nobiscum inita communione adversus Arii

τῶν αὐτοῦ μαθητῶν χαλεπαίνουσιν. (10) Οὕτινος πράγματος τὸν ἔλεγχον καὶ αὐτοὶ οἱ πρέσβεις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἐπιγνόντες ὑμᾶς αὐτοὺς τῇ οἰκείᾳ ὑπογραφῇ συνέζευξαν· καὶ ἀναθεματίζοντες Ἄρειον καὶ τὰ ἐν Ἀριμήνῳ πραχθέντα κατὰ τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ θεσπισθείσης· οἷς καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ δελεασθέντες δι' ὁρκωμοσιῶν ὑπεγράψατε.

(11) Ὅθεν ἀκόλουθον ἡμῖν ἐφάνη γράψαι πρὸς τὴν 859
ὑμετέραν ἀγάπην καὶ βοηθῆσαι τοῖς δίκαια αἰτουμένοις· μάλιστα δέ, ὅτι διὰ τῆς ὁμολογίας τῶν ὑμετέρων πρεσβειῶν ἀναφρονήσαντας τοὺς ἀνατολικοὺς συμφωνεῖν πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους τῶν δυτικῶν ἐπέγνωμεν. (12) Καὶ δηλοῦμεν, ὅπως εἰδέναι ἔχοιτε τὰς ἐν τῇ Ἀριμήνῳ βλασφημίας καὶ ὑπὸ τῶν δοξασάντων τότε κατὰ συναρπαγὴν παραβεβλάφθαι νῦν ἀναθεματισθείσας καὶ πάντας πρὸς τὴν κατὰ Νίκαιαν πίστιν συμπεπνευκέναι. (13) Καὶ χρὴ δι' ὑμῶν τοῦτο πᾶσι γνωσθῆναι ὅπως δυνηθεῖεν καὶ οἱ κατ' ἐπήρειαν παραβλαφθέντες ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ αἱρετικοῦ σκότους πρὸς τὸ θεῖον φῶς τῆς καθολικῆς ἐλευθερίας ἀνακάμψαι· οἵτινες μετὰ ταύτην τὴν σύνοδον, εἰ μὴ θελήσειαν ἀποπτύσαι τὸν τῆς κακοδοξίας ἰὸν καὶ τὰς βλασφημίας Ἀρείου πάσας ἀνελεῖν ταύτας τε ἀναθεματίσαι, γινωσκέτωσαν ἑαυτοὺς μετὰ τοῦ

---

doctrinam eiusque discipulos graviori indignatione commoventur. (10) Cuius rei argumentum legati caritatis vestrae cum viderent, vos quoque ipsos in subscriptione sua adiunxerunt: Arium anathemate damnantes et ea, quae contra Nicaenam fidem Arimini gesta sunt, quibus etiam vos periurio in fraudem inducti subscripsistis.

(11) Quam ob rem congruum nobis visum est ad caritatem 859
vestram litteras scribere et iusta petentibus subvenire, praesertim cum ex professione legatorum vestrorum cognoverimus Orientales ad sanam mentem reversos cum orthodoxis Occidentis episcopis consentire. (12) Significamus autem vobis, ne sitis nescii, omnes Ariminensis concilii blasphemias ab illis ipsis, qui tunc per fraudem decepti fuisse videntur, anathemate damnatas esse et universos in Nicaenam fidem conspirantibus animis consensisse. (13) Sed et vos id omnibus indicare debetis, ut, qui per vim ac fraudem detrimentum aliquod fidei suae passi sunt, nunc tandem ex haeretica caligine ad divinam catholicae libertatis lucem possint emergere; qui quidem, si post hoc concilium perversae doctrinae virus evomere et omnes Arii blasphemias reicere easque anathemate damnare noluerint, sciant se pariter cum Ario eiusque disci-

Ἀρείου καὶ τῶν τούτου μαθητῶν καὶ τῶν λοιπῶν ὄφεων, ἤτοι Σαβελλιανῶν ἢ Πατροπασσιανῶν ἢ οἱασδήποτε ἄλλης αἱρέσεως, ἐκσπόνδους εἶναι καὶ ἀκοινωνήτους τῶν ἐκκλησιαστικῶν συνάξεων, ἥτις τοὺς ἐκ μοιχείας υἱοὺς οὐ προσίεται. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς ἐρρωμένους διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.»

MG 67, 483 sqq.

### De sacerdote paenitentiario Constantinopolitano.

[Ib. 5, 19.]

860 (1) Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἔδοξε καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς μετανοίας περιελεῖν πρεσβυτέρους τῶν ἐκκλησιῶν, δι' αἰτίαν τοιαύτην. (2) Ἀφ' οὗ Ναυατιανοὶ τῆς Ἐκκλησίας διεκρίθησαν, τοῖς ἐπταικόσιν ἐν τῷ ἐπὶ Δεκίου διωγμῷ κοινωνῆσαι μὴ θελήσαντες, οἱ ἐπίσκοποι τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι τὸν πρεσβύτερον τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας προσέθεσαν, ὅπως ἂν οἱ μετὰ τὸ βάπτισμα πταίσαντες ἐπὶ τοῦ προβληθέντος τούτου πρεσβυτέρου ἐξομολογῶνται τὰ ἁμαρτήματα. (3) Οὗτος ὁ κανὼν κρατεῖ μέχρι νῦν ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι. Μόνοι δὲ οἱ τοῦ ὁμοουσίου φρονήματος καὶ οἱ τούτοις κατὰ τὴν πίστιν ὁμόφρονες Ναυατιανοὶ τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον παρῃτήσαντο. (4) Ναυατιανοὶ μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τὴν προσθήκην ταύτην ἐδέξαντο. Οἱ δὲ νῦν τῶν ἐκκλησιῶν κρατοῦντες, ἕως πολλοῦ φυλά-

---

pulis et reliquis serpentibus, Sabellianis scilicet, Patropassianis, aut aliis quibuslibet haereticis, extraneos esse et alienos a communione Ecclesiae, quae adulterinos filios non admittit. Incolumes vos Deus servet, fratres carissimi!»

860 (1) Sub idem tempus presbyteros ecclesiarum qui paenitentiae praeerant, placuit aboleri, idque ob huiusmodi causam. (2) Postquam Novatiani se ab Ecclesia seiunxissent, eo quod cum illis qui persecutione Deciana lapsi fuerant, communicare noluissent, ex illo tempore episcopi paenitentiarium presbyterum albo ecclesiastico adiecerunt, ut qui post baptismum lapsi essent, coram presbytero ad eam rem constituto delicta sua confiterentur. (3) Et apud alias quidem sectas haec regula etiamnum perseverat. Soli vero Homoousiani et qui cum illis in fide consentiunt Novatiani presbyterum paenitentiae reiecerunt. (4) Nam Novatiani ne initio quidem supplementum hoc admiserunt. Sed qui nunc ecclesias obtinent, cum hoc institutum diu retinuissent, tandem Nectarii epi-

ξαντες, ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ ἐπισκόπου μετέθεσαν, τοιούτου τινὸς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν συμβάντος.

(5) Γυνή τις τῶν εὐγενῶν προσῆλθεν τῷ ἐπὶ τῆς μετα- 861
νοίας πρεσβυτέρῳ καὶ κατὰ μέρος ἐξομολογεῖται· τὰς ἁμαρτίας, ἃς ἐπεπράγει μετὰ τὸ βάπτισμα. (6) Ὁ δὲ πρεσβύτερος παρήγγειλε τῇ γυναικὶ νηστεύειν καὶ συνεχῶς εὔχεσθαι, ἵνα σὺν τῇ ὁμολογίᾳ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἔχῃ τῆς μετανοίας ἄξιον. (7) Ἡ δὲ γυνὴ προβαίνουσα καὶ ἄλλο πταῖσμα ἑαυτῆς κατηγόρει. Ἔλεγεν γάρ, ὡς εἴη συγκαθευδήσας αὐτῇ τῆς ἐκκλησίας διάκονος. (8) Τοῦτο λεχθὲν τὸν μὲν διάκονον τῆς Ἐκκλησίας ἐκπεσεῖν παρεσκεύασεν, ταραχὴ δὲ κατέσχε τὰ πλήθη· ἠγανάκτουν γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ τῷ γενομένῳ, ἀλλ' ὅτι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ βλασφημίαν ἡ πρᾶξις καὶ ὕβριν προὐξένησεν. (9) Διασυρομένων δὲ ἐκ τούτου τῶν ἱερωμένων ἀνδρῶν, Εὐδαίμων τις τῆς Ἐκκλησίας πρεσβύτερος, Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος, γνώμην τῷ ἐπισκόπῳ δίδωσι Νεκταρίῳ, περιελεῖν μὲν τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον· συγχωρῆσαι δὲ ἕκαστον, τῷ ἰδίῳ συνειδότι τῶν μυστηρίων μετέχειν· οὕτω γὰρ μόνως ἔχειν τὴν Ἐκκλησίαν τὸ ἀβλασφήμητον.

---

scopi temporibus abrogarunt, ob facinus quoddam quod in ecclesia commissum fuerat.

(5) Mulier quaedam nobilis ad paenitentiarium presbyterum 861
accedens delicta post baptismum a se perpetrata singillatim confessa erat. (6) Presbyter vero praecipit mulieri, ut ieiuniis et orationibus continuis vacaret, quo scilicet una cum delictorum confessione opus etiam paenitentiae conveniens ostenderet. (7) Progressu temporis mulier aliud facinus confessa est, ecclesiae videlicet diaconum cum ipsa stupri consuetudinem habuisse. (8) Id cum dixisset, diaconus quidem Ecclesia eiectus est: populus vero graviter commoveri coepit. Neque enim solum ob scelus quod patratum fuerat indignabantur, verum etiam eo quod labes haud mediocris atque infamia hoc facto aspersa videbatur Ecclesiae. (9) Cum igitur eam ob causam ecclesiastici homines dicteriis appeterentur, Eudaemon quidam Ecclesiae presbyter, Alexandria oriundus, episcopo Nectario suasit ut paenitentiarium quidem presbyterum expungeret, unumquemque vero pro arbitrio et pro animi sui conscientia ad sacramentorum communionem sineret accedere. Neque enim aliter fieri posse ut Ecclesia ab omni probro libera esset.

862 (10) Ταῦτα παρὰ τοῦ Εὐδαίμονος ἀκούσας ἐγὼ τῇ γραφῇ τῇδε παραδοῦναι ἐθάρρησα. Ὡς γὰρ πολλάκις ἔφην, πᾶσαν σπουδὴν παρ' ἑκάστου τῶν εἰδότων ἐθέμην μανθάνειν τὰ πράγματα καὶ ἀκριβῶς ἐρευνᾶν, ἵνα μὴ ἔξω τῆς ἀληθείας τι γράφοιμι. (11) Ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν Εὐδαίμονα πρότερον [?] ἔφην· Ἡ συμβουλή σου, ὦ πρεσβύτερε, εἰ συνήνεγκε τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἢ εἰ μή, Θεὸς ἂν εἰδείη· ὁρῶ δὲ ὅτι πρόφασιν παρέσχε τοῦ μὴ ἐλέγχειν ἀλλήλων τὰ ἁμαρτήματα μηδὲ φυλάττειν τὸ τοῦ Ἀποστόλου παράγγελμα τὸ λέγον· «Μηδὲ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε» [Eph 5, 11]. Περὶ μὲν οὖν τούτων αὐτάρκως εἰρήσθω.

MG 67, 613 sqq. Cf. Sozomenus 7, 16: l. c. 1457 sqq.

## De errore Nestorii.

[Ib. 7, 32.]

863 (1) Συνῆν αὐτῷ Ἀναστάσιος πρεσβύτερος ἅμα αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας σταλείς. Τοῦτον διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς καὶ ἐν τοῖς πράγμασι συμβούλῳ ἐχρῆτο. (2) Καί ποτε ἐπ' ἐκκλησίας ὁ Ἀναστάσιος διδάσκων ἔφη· «Θεοτόκον τὴν Μαρίαν καλείτω μηδείς. Μαρία γὰρ ἄνθρωπος ἦν· ὑπὸ ἀνθρώπου δὲ Θεὸν τεχθῆναι ἀδύνατον.» (3) Τοῦτο ἀκουσθὲν πολλοὺς κληρικούς τε καὶ λαϊκοὺς ἐν ταὐτῷ πάντας ἐτάραξεν.

---

862 (10) Haec ego cum ab ipso Eudaemone acceperim, historiae huic inserere minime dubitavi. Etenim, ut saepius dixi, omnem curam ac diligentiam eo contuli, ut res gestas ex iis qui eas optime norant condiscerem, easque accurate perscrutarer, ne quid a veritate alienum scriptis mandarem. (11) Et initio [?] quidem Eudaemoni ista dixi: Consilium tuum, o presbyter, utrum Ecclesiae profuerit an non, Deus viderit. Ceterum ansam ex eo singulis datam esse video, ut delicta sua invicem amplius non coarguant nec observent praeceptum illud Apostoli, quod ita se habet: *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, sed potius redarguite.* Verum de his satis.

863 (1) Erat familiaris Nestorii Anastasius presbyter, qui una cum illo profectus fuerat Antiochia. Hunc Nestorius magno in honore habebat eiusque consilio in rebus gerendis utebatur. (2) Hic igitur Anastasius quodam die cum in ecclesia doceret, dixit haec verba: «Nemo Mariam vocet Deiparam. Maria enim homo fuit. Ex homine autem Deus nasci non potest.» (3) Id ubi auditum est, multos tam ex

Ἦσαν γὰρ πάλαι διδαχθέντες θεολογεῖν τὸν Χριστὸν καὶ μηδαμῶς αὐτὸν τῆς οἰκονομίας ὡς ἄνθρωπον χωρίζειν ἐκ τῆς θεότητος, πειθόμενοι τῇ τοῦ Ἀποστόλου φωνῇ λεγούσῃ· «Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν» [2 Cor 5, 16]· καὶ· «Διὸ ἀφέντες τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα» [Hebr 6, 1].

(4) Ταραχῆς οὖν, ὡς ἔφην, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ γενομένης, 864
ὁ Νεστόριος τὸν τοῦ Ἀναστασίου λόγον κυρώσασθαι σπεύδων (οὐ γὰρ ἐξελέγχεσθαι ὡς βλάσφημον τὸν παρ' αὐτοῦ τιμώμενον ἤθελε), συνεχῶς περὶ τούτου ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἐδίδασκε, φιλονεικότερόν τε περὶ αὐτοῦ τὰς ζητήσεις ποιούμενος καὶ πανταχοῦ τὴν λέξιν τοῦ Θεοτόκος ἐκβάλλων. (5) Διὸ τῆς περὶ τούτου ζητήσεως παρ' ἄλλοις ἄλλως ἐκδεχθείσης, διαίρεσις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐγένετο. Καὶ ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ καθεστῶτες νῦν μὲν ταῦτα ἔλεγον, νῦν δὲ τὰ ἕτερα· συγκατετίθεντό τε ἐν ταὐτῷ καὶ ἠρνοῦντο. (6) Νεστόριος δὲ δόξαν παρὰ τοῖς πολλοῖς εἶχεν, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον λέγων τὸν Κύριον καὶ ὡς Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καὶ Φωτεινοῦ τὸ δόγμα εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἄγων. (7) Ἀλλὰ περὶ τούτου τοσαύτη ἐκινήθη ζήτησις καὶ ταραχή, ὡς καὶ συνόδου οἰκουμενικῆς δεηθῆναι.

---

clero quam ex plebe pariter conturbavit. Olim enim didicerant Christum confiteri Deum nec ullatenus ob susceptam humanae salutis dispensationem eum tamquam hominem a divinitate seiungere, sequentes doctrinam Apostoli ita dicentis: *Etsi Christum cognovimus secundum carnem, nunc tamen non cognoscimus amplius,* et iterum: *Quapropter sermonem de Christo relinquentes ad perfectionem contendamus.*

(4) Cum ergo hac de re tumultus, uti dixi, in Ecclesia ortus 864
esset, Nestorius dictum Anastasii confirmare studens (nolebat enim eum quem ipse tanti faceret, ut impie loquentem coargui), ipse de hac controversia subinde in ecclesia disseruit, quaestiones ea de re pervicaciter proponens et vocem Deiparae perpetuo reiciens. (5) Proinde cum haec quaestio ab aliis aliter excepta esset, dissidium ortum est in Ecclesia. Ac veluti in nocturna quadam pugna temere dimicantes modo haec, modo illa dicebant, idem affirmantes pariter et negantes. (6) Nestorium vero plerique in ea sententia esse existimabant, ut Dominum nudum esse hominem assereret et Pauli Samosatensis ac Photini dogma in Ecclesiam inveheret. (7) Verum hac de re tanta altercatio tantusque tumultus est excitatus, ut opus fuerit generali concilio.

865 (8) Ἐγὼ δὲ ἐντυχὼν τοῖς παρὰ Νεστορίου λόγοις ⟨ἐκ⟩δοθεῖσιν, ἀγνοοῦντα ἐφευρίσκω τὸν ἄνδρα καὶ μετ' ἀληθείας ἐρῶ. Οὐδὲ γὰρ οὔτε ἀπεχθανόμενος πρὸς αὐτόν, ὧν εἶχεν ἐλαττωμάτων ἐμνήσθην, οὔτε χαριζόμενός τισιν, ἐλαττονοῦντα ὧν ἐφεῦρον ἐκθήσομαι. (9) Οὔ μοι δοκεῖ ὁ Νεστόριος οὔτε τὸν Σαμοσατέα Παῦλον ζηλῶν, οὔτε μὴν Φωτεινόν, μηδ' ὅλως ψιλὸν ἄνθρωπον λέγειν τὸν Κύριον. Ἀλλὰ τὴν λέξιν μόνην ὡς τὰ μορμολύκια πεφόβηται. (10) Καὶ τοῦτο πέπονθεν ὑπὸ ἀμαθίας πολλῆς. Φυσικὸς [*lege:* φυσικῶς] γὰρ εὔλαλος ὢν πεπαιδεῦσθαι μὲν ἐνομίζετο· τῇ δὲ ἀληθείᾳ ἀνάγωγος ἦν (11) Καὶ τὰς τῶν παλαιῶν ἑρμηνέων βίβλους ἀπηξίου μανθάνειν. Τυφούμενος γὰρ ὑπὸ τῆς εὐγλωττίας οὐκ ἀκριβῶς προσεῖχε τοῖς παλαιοῖς· ἀλλὰ πάντων κρείττονα ἐνόμιζεν ἑαυτόν.

866 (12) Αὐτίκα γοῦν ἠγνόησεν, ὅτι ἐν τῇ Καθολικῇ Ἰωάννου γέγραπτο ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις, ὅτι «Πᾶν πνεῦμα ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι» [cf. 1 Io 4, 3]. Ταύτην γὰρ τὴν διάνοιαν ἐκ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων περιεῖλον οἱ χωρίζειν ἀπὸ τοῦ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου βουλόμενοι τὴν θεότητα. (13) Διὸ καὶ οἱ παλαιοὶ ἑρμηνεῖς αὐτὸ τοῦτο ἐπεσημήναντο, ὥς τινες εἶεν ῥᾳδιουργήσαντες τὴν ἐπιστολήν, λύειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον θέλοντες.

---

865 (8) Ego vero cum libros a Nestorio editos legissem, hominem imperitum esse deprehendi prorsusque dicam ut se res habet. Nam neque odio et inimicitia adductus vitia illius antea commemoravi: nec ut quibusdam gratificer, bona quae in illo deprehendi, oratione mea extenuabo. (9) Mihi quidem videtur Nestorius nec Paulum Samosatensem, nec Photinum imitatus: neque omnino nudum hominem Christum dicere. Sed solam [Deiparae] vocem velut larvam quandam reformidat. (10) Idque illi ex gravissima contigit imperitia. Cum enim naturali facundia esset praeditus, eruditus quidem videbatur, revera tamen erat indoctus. (11) Libros etiam veterum interpretum haudquaquam legere dignabatur. Arrogantia enim elatus ob dicendi facultatem non satis accurate vetustioribus legendis operam dabat, sed se ipsum reliquis omnibus praestare arbitrabatur.

866 (12) Primum igitur ignoravit, in catholica Ioannis Epistula ita scriptum esse in antiquis exemplaribus: *Omnis spiritus qui solvit Iesum, non est ex Deo.* Hanc enim sententiam e vetustis exemplaribus sustulerunt ii, qui ab hominis dispensatione divinitatem separare studebant. (13) Quamobrem et prisci interpretes id ipsum observaverunt, fuisse nimirum quos-

(14) Συνανείληπται δὲ ἡ ἀνθρωπότης τῇ θεότητι· καὶ οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ ἕν. Τοῦτο θαρροῦντες οἱ παλαιοὶ Θεοτόκον τὴν Μαρίαν λέγειν οὐκ ὤκνησαν. (15) Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῷ εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου κατὰ λέξιν ταῦτα φησί· «Καὶ γὰρ καὶ γέννησιν ὑπομένειν ὁ μεθ' ἡμῶν Θεὸς δι' ἡμᾶς ἠνέσχετο· καὶ τόπος αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως ὀνομαστὶ παρ' Ἑβραίοις ἡ Βηθλεὲμ ἐκηρύττετο» [3, 43]. (16) Διὸ δὴ καὶ ἡ βασίλισσα Ἑλένη ἡ θεοφιλεστάτη τῆς Θεοτόκου τὴν κύησιν μνήμασι θαυμασίοις κατεκόσμει, παντοίως τὸ τῇδε ἱερὸν ἄντρον φαιδρύνουσα. (17) Καὶ Ὠριγένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους τοῦ Ἀποστόλου ἐπιστολὴν ἑρμηνεύων πῶς Θεοτόκος λέγεται, πλατέως ἐξήτασε.

(18) Φαίνεται τοίνυν ὁ Νεστόριος ἀγνοήσας τὰς 867
πραγματείας τῶν παλαιῶν. Διό, καθὼς ἔφην, τὴν λέξιν μόνην περιίσταται. (19) Ἐπεὶ ὅτι ψιλὸν οὐ λέγει ἄνθρωπον τὸν Χριστόν, ὡς Φωτεινὸς ἢ Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς, καὶ αἱ ἐκδοθεῖσαι αὐτοῦ προσομιλίαι διδάσκουσιν, ὡς οὐδαμοῦ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ πανταχοῦ ἐνυπόστατον αὐτὸν ὁμολογεῖ καὶ ἐνούσιον· οὐ μὴν ὡς Φωτεινὸς καὶ ὁ Σαμοσατεὺς ἀναιρεῖ αὐτοῦ τὴν

---

dam, qui hanc Epistulam depravarint, hominem a Deo seiungere cupientes. (14) Est quippe humanitas copulata divinitati: nec iam duo sunt, sed unum. Hoc testimonio freti veteres Mariam Dei genitricem dicere non dubitarunt. (15) Nam et Eusebius Pamphili in tertio libro de vita Constantini ad verbum ita scribit: «Nam et Emmanuel, quod est Nobiscum Deus, pro nobis nasci sustinuit, et locus nativitatis eius Bethlehem ab Hebraeis est appellatus.» (16) Idcirco Deo carissima Helena Augusta Deiparae Virginis partum eximiis monumentis ornavit, sacram illam speluncam omni cultus genere illustrans. (17) Sed et Origenes in primo tomo commentariorum in Epistulam Pauli ad Romanos, exponens qua ratione dicatur Deipara, eam quaestionem latissime pertractavit.

(18) Apparet igitur Nestorium scripta veterum penitus 867
ignorasse. Et ob eam causam, ut iam dixi, solam [Deiparae] vocem impugnat. (19) Christum enim nudum hominem ab illo non dici, sicuti Photinus et Paulus Samosatensis dixerunt, homiliae ab illo editae satis docent. In quibus nusquam Verbi Dei hypostasim tollit, sed personam illud habere, ac substantivum esse ubique profitetur: nec quemadmodum Photinus et Paulus Samosatensis subsistentiam ei

ὕπαρξιν. Τοῦτο γὰρ καὶ Μανιχαῖοι καὶ οἱ ἀπὸ Μοντανοῦ δογματίζειν ἐτόλμησαν. (20) Οὕτω μὲν οὖν τὸν Νεστόριον φρονοῦντα εὑρίσκω ἐγώ, ἔκ τε ὧν ἀνέγνων αὐτοῦ λόγων καὶ ἀφ' οὗ οἱ ἐρασταὶ αὐτοῦ λέγουσιν. Οὐ μικρὰν μέντοι ταραχὴν τῇ οἰκουμένῃ ἡ ψυχρολογία Νεστορίου ἐκίνησεν.

MG 67, 807 sqq.

## CONCILIUM ARAUSICANUM[1] I 441.

### CANONES.

**5. Qui ad ecclesiam confugiunt, tradi non debent.**

868 Eos qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportere, sed loci reverentia et intercessione defendi.

**6. De iis qui Ecclesiae mancipia occupant pro suis.**

869 Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes Ecclesias districtissima damnatione feriatur.

**7. De manumissis in Ecclesia vel Ecclesiae per testamentum commendatis.**

870 In Ecclesia manumissos, vel per testamentum Ecclesiae commendatos, si quis in servitutem vel obsequium vel ad colonariam conditionem imprimere tentaverit, animadversione ecclesiastica coërceatur.

**8. Clericum alibi consistentem ne quis ordinet inconsulto istius loci episcopo.**

870[1] (1) Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habitet. (2) Sic quoque non sine consultatione eius episcopi, cum quo ante habitavit, eum, qui fortasse non sine causa diu ab alio ordinatus non est, ordinare praesumat.

---

adimit: quod quidem et Manichaei et Montani sectatores asserere non dubitarunt. (20) Et hanc fuisse Nestorii sententiam, partim ex libris eius, quos quidem perlegi, partim ex fautorum illius sermonibus deprehendi. Ceterum frigida illa loquendi ratio Nestorii orbem terrarum non mediocriter perturbavit.

---

[1] *Orange,* Galliae.

22. **Qua conditione diaconi coniugati ordinari possint.**

Sedit praeterea, ut deinceps non ordinentur diacones 871
coniugati, nisi qui prius conversionis proposito professi fuerint castitatem.

23. **Ut diaconus incontinens removeatur.**

Si quis autem post acceptam benedictionem leviticam 872
cum uxore sua incontinens invenitur, ab officio abiciatur.

24. **Qui prius ordinati incontinentes fuerunt ulterius ne promoveantur.**

De his autem qui prius ordinati hoc ipsum inciderunt, 873
Taurinatis synodi sequendam esse sententiam, qua iubentur non ulterius promoveri.

28. **Professae castitatis praevaricatoribus paenitentia consulendum.**

In utroque sexu desertores professae castitatis prae- 874
varicatores habendi, et his omnibus per paenitentiam legitimam consulendum.

29. **Ut nullus conventus (nulla synodus) sine alterius conventus denuntiatione solvatur.**

(1) Haec quae subscripsimus, cum eorum quoque con- 875
cordia, qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus et habenda sancimus: non ita praetereuntes eos, qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sui per legatos destinandos adesse detrectant, ut sibi supra nos illi placeant, qui patrum statuta despiciunt: quibus bis in anno, quod nobis pro temporum qualitate difficile est, sanctum est conveniri. (2) Adicientes, quod, si similibus deinceps paginis pro salubritate ac remediis ecclesiasticis congregare conventus voluerimus, constituamus, ut nullus conventus sine alterius conventus denuntiatione solvatur. (3) Itaque sequenti anno, si Domino ac Deo nostro Iesu Christo permittente conceditur, die decimoquinto Kalendas Novembres, Luciano[1] in Arausico territorio conventum habebimus. Qui ideo tanto prius per conventum ipsum denuntiantur, ut tam excusationis libertas quam in-

[1] *Ms. Paris.:* Iustiniano.

vitationis necessitas non sit. De die enim ac loco per nos ipsos commonebimur, singuli nobiscum in exemplaribus ea quae per nos sunt constituta referentes: reliquos qui defuerunt, beatissimi fratris nostri Hilarii[1] sollicitudini relinquimus, datis ad ipsos horum exemplaribus commonendos.

Hard. 1, 1783 sq. Msi 6, 434 sq. Hf. 2, 292 sqq. HL 2, 1, 430 sqq.

## CONCILIUM ARELATENSE[2] II 443 (452?).

### CANONES.

#### 3. Quae mulieres in domibus habitent clericorum.

876 Si quis clericus a gradu diaconatus in solatio suo mulierem, praeter aviam, matrem, filiam, neptem, vel conversam secum uxorem, habere praesumpserit, a communione alienus habeatur. Par quoque et mulierem, si se separare noluerit, poena percellat.

#### 14. Ut clericus pecuniam ad usuram non det nec conductor alienae rei vel negotiator exsistat.

877 Si quis clericus pecuniam dederit ad usuram, aut conductor alienae rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod negotiationis exercuerit, depositus a clero a communione alienus fiat.

#### 16. De Photiniacis vel Paulianistis baptizandis.

878 Photiniacos, sive Paulianistas, secundum patrum statuta baptizari oportere.

#### 22. Si coniugati paenitentiam sibi dari petierint.

879 Paenitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam.

Hard. 2, 771 sqq. Msi 7, 876 sqq. Hf. 2, 299 sq. HL 2, 1, 462 sqq.

879 a *Symbolum cum primo «filioque» et canones contra Priscillianistas, antea concilio cuidam Toletano anni 447 adscripta, vide D 19 sqq.*

---

[1] Arelatensis. [2] *Arles*, Galliae.

## VALENTINIANUS III imp. 425—455.

### De Primatu Romani Pontificis.

[Valentiniani III Novella 17 (ed. Haenel 16). (445 Iul. 8).]

*DD. NN. Impp. Theod(osius) et Valent(inianus) AA.* 880
*Aetio Viro Ill(ustri) Com(iti) et Mag(istro) utriusque militiae et Patricio.* Certum est et nobis et imperio nostro unicum esse praesidium in supernae Divinitatis favore, ad quem promerendum praecipue Christiana fides et veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur Sedis Apostolicae primatum sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronae, et Romanae dignitas civitatis, sacrae etiam synodi firmasset auctoritas, ne quid praeter auctoritatem Sedis istius illicita praesumptio attemptare nitatur (tunc enim Ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agnoscat universitas), et haec cum hactenus inviolabiliter fuerint custodita, Hilarius Arelatensis, sicut venerabilis viri Leonis Romani Papae fideli relatione comperimus, contumaci ausu illicita quaedam praesumenda temptavit et ideo transalpinas Ecclesias abominabilis tumultus invasit: quod recens maxime testatur exemplum. . . .

§ 2. His talibus et contra imperii maiestatem et contra 881
reverentiam Apostolicae Sedis admissis, per ordinem religiosi viri urbis Papae cognitione decursa certa in eum et de his, quos male ordinaverat, lata sententia est. Et erat quidem ipsa sententia per Gallias etiam sine imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti pontificis auctoritati in Ecclesias non liceret? Sed nostram quoque praeceptionem haec ratio provocavit, ne ulterius nec Hilario, quem adhuc episcopum nuncupari sola mansueti praesulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri liceat ecclesiasticis rebus arma miscere aut praeceptis Romani antistitis obviare. Ausibus enim talibus fides et reverentia nostri violatur imperii.

§ 3. Nec hoc solum, quod est maximi criminis, sub- 882
movemus, verum ne levis saltem inter Ecclesias turba nascatur vel in aliquo minui religionis disciplina videatur, hac perenni sanctione censemus, ne quid tam episcopis Gallicanis quam aliarum provinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papae urbis aeternae

auctoritate temptare. Sed hoc illis omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit vel sanxerit Apostolicae Sedis auctoritas, ita ut, quisquis episcoporum ad iudicium Romani antistitis evocatus venire neglexerit, per moderatorem eiusdem provinciae adesse cogatur, per omnia servatis quae divi parentes nostri Romanae Ecclesiae detulerunt, Aeti p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime). . . .

Ed. *P. M. Meyer* in editione Codicis Theodosiani Mommseniana 2, 101 sqq. ML 54, 637 sqq.

### De ambitu episcopalis iudicii.

[Valentiniani III Novella 35 (H 34). (452 April. 15).]

883 *Imp. Valent(inianus) A. Firmino P(raefecto) P(raetori)o et Patricio.* De episcopali iudicio diversorum saepe causatio est: ne ulterius querela procedat, necesse est praesenti lege sanciri. Itaque cum inter clericos iurgium vertitur et ipsis litigatoribus convenit, habeat episcopus licentiam iudicandi, praeeunte tamen vinculo compromissi. Quod et de laicis, si consentiant, auctoritas nostra permittit: aliter eos iudices esse non patimur, nisi voluntas iurgantium interposita, sicut dictum est, condicione praecedat, quoniam constat episcopos [et presbyteros] forum legibus non habere nec de aliis causis secundum Arcadii et Honorii divalia constituta, quae Theodosianum corpus ostendit, praeter religionem posse cognoscere. Si ambo eiusdem officii litigatores nolint vel alteruter, agant publicis legibus et iure communi: sin vero petitor laicus, seu in civili seu in criminali causa, cuiuslibet loci clericum adversarium suum, si id magis eligat, per auctoritatem legitimam in publico iudicio respondere compellat.

884 § 1. Quam formam etiam circa episcoporum personam observari oportere censemus, ut, si in huiusce ordinis homines actionem pervasionis et atrocium iniuriarum dirigi necesse fuerit, per procuratorem sollemniter ordinatum apud iudicem publicum inter leges et iura confligant, iudicati exitu ad mandatores sine dubio reversuro. Quod his religionis et sacerdotii veneratione permittimus. Nam notum est procurationem in criminalibus negotiis non posse concedi. Sed ut sit illa discretio meritorum, episcopis [et presbyteris] tantum id oportet impendi; in reliquis negotiis criminalibus iuxta legum ordinem per

se iudicium subire cogantur. Si ab exsecutore conventi parere detrectent, servato iuris ordine sententia teneat contumaces.

L. c. 2, 142 sq.

## FLAVIANUS EP. CONSTANTINOPOLITANUS
obiit 449/50.

### Appellatio ad Leonem Papam I contra latrocinium Ephesinum (449).
[E codice bibliothecae Capituli Novarensis n. 30.]

*Religiosissimo et Beatissimo Patri et Archiepiscopo* 885
*Leoni Flavianus in Domino salutem.*

(1) Oportunum[1] quidem ad praesens tempus mediocriter referre et uti apostolica appellatione ad Vestram Sanctitatem, ut progrediens ad Orientem auxilium ferret[2] periclitanti piae sanctorum Patrum fidei, quam sudore ultionis tradiderunt. (2) Ecce enim confusa sunt omnia: solutae sunt ecclesiasticae ordinationes, perierunt ea quae sunt fidei, dissensione retinentur piae animae. Iam non Patrum nominatur fides, sed conculcata ⟨ista iubetur⟩[3] ab Alexandrinae Ecclesiae episcopo Dioscoro et eorum, qui haec sapiunt una cum ipso Eutychinam iam praedicari et nominari fidem. (3) Hanc enim firmavit sententia propria et eorum, qui per violentiam coacti sunt consentire episcopi. Et ea quidem singula nunc non est concessum nobis referre ad Vestram Beatitudinem, breviter autem, quae subsecuta sunt, docebimus.

886 (4) Apprehendimus quidem Ephesiensem civitatem secundum pium imperiale rescriptum, quod ad universos aequaliter emanavit. Occurrerunt nihilominus et qui a Vestra Sanctitate destinati sunt, Deo amantissimus episcopus Iulius et religiosissimus filius noster Hilarus diaconus et carissimus filius noster Dulcitius notarius. (5) Consumpsimus in Ephesorum civitate dies decem; habuimus universos paene qui convenerunt episcopos consentientes in omnibus nobis, praeter Alexandrinum et qui cum ipso affuerunt. (6) Qui ex quo die ordinatus sum episcopus implacabiles adversum me inimi-

---

[1] Ita *Schwartz, Cod.* oportunae. [2] *Cod.:* ferre
[3] Ita *Schwartz* explet lacunam Codicis.

citias vehementer exercet nulla exsistente causa. Qui numquam me suis litteris dignum iudicavit neque eam quae secundum Dominum nostrum caritas praedicatur erga me habuit, me ei in omnibus obtemperante nunc usque ad hanc diem.

887 (7) Qui nobis ⟨nihil suspicantibus⟩[1] repente secunda feria, hoc est VIII. die Aug., non ex communi consensu vel tractatu praecedente, convocat quidem concilium diluculo ⟨in ecclesia⟩ maiore, quo ⟨vocari quo⟩que me facit[2]. (8) Deinde cum sedissemus in ecclesia, legi quidem pium rescriptum praecepit religiosissimorum imperatorum. Universis autem episcopis interfatis, post lectionem oportere prius de pia fide haberi [deberi] tractatum proponique et legi trecentorum decem et octo fidem et ea quae apud Ephesum iam dudum habita est, ipse memoratus venerabilis episcopus Dioscorus hoc quidem fieri prohibuit: (9) praecipiens autem mihi et his, qui una mecum iudicaverunt episcopis et meis pariter clericis nihil penitus audire permitti, de nullo defensionis vocem emittere, interminatus etiam quibusdam depositionem, quibusdam carceris habitationem, aliis varia atque diversa supplicia, dat facultatem mox de his gestis, quae ab[3] Eutychete olim confecta sunt, nobis praesentibus recenseri. (10) Et post hoc praecepit dare praedictum Eutychen libellos adversum me. Quibus lectis nullius me penitus dignum habitum rationis vel interrogationis iudicavit, sed continuo exsurgens pronuntiavit illum quidem catholicum esse, reddens ei etiam presbyterium. (11) Compellit quoque invitos aliquos episcopos statim hoc ipsum pronuntiare et his uti sermonibus apud sanctam synodum: «Bene credit Eutyches.» «Catholicus est.» «Credimus sicut credit Eutyches.» «Teneamus, o fratres, Eutychetis fidem» et «qui hoc non consenserit, anathema sit» et «qui non dixerit duas naturas ante unitionem Christi, unam autem post unitionem, anathema sit» et «qui aliud quam de homousion nobis habuisse Dominum carnem vel scrutans vel dicens, anathema sit».

888 (12) Et his dictis interloquitur ipse sic ut voluit: compellit autem quosdam, ut dixi, lacrimantes eadem facere.

[1] Ita *Schwartz* explet lacunam Codicis.
[2] *Cod.:* ammaiori quoque me facit. *Mommsen* coniecerat: ammoneri quoque me facit.
[3] *Schwartz:* de.

Post paulum vero permisit legi canones, qui habiti sunt ante hoc Ephesi: quibus hoc continetur, ut, si qui concutere quae ibi sunt statuta temptaverit[1] Patrum, si quidem episcopus fuerit, eum oportere deponi et reliqua, et[2] super Eutychen hanc talem sententiam praevalere, qui ita palam aperteque Apollinaris dogma introducendum putavit. (13) Et quidem hoc non fecit, sed pronuntiat meam et Eusebii[3] damnationem, omnibus lacrimantibus. Episcopis dilationem vel unius diei postulantibus non tribuit, et haec interlocutus[4] cogit quosdam reliquos episcopos abominandae consentire damnationi, evaginatis gladiis adversum eos qui hoc putabant esse differendum. (14) Ubi neque litteras Sanctitatis Vestrae, cum sufficiat ad confirmationem Patrum fidei, legi permittit, [sed illa] quae possunt etiam ipsis immitibus et ferocibus et caecis viam veritatis ostendere, ⟨sed illa⟩ irrationabilia et caecitate plena suscipi ac legi praecipiens, ne sermone quidem ullo dignos habuit qui a Vobis sunt destinati. (15) Sed impetu quodam solo abutente illo convenerunt repente in unum diem, ut ita dicam, omnia mala: perturbatio, restitutio damnati, damnatio innocentis, qui in nullo sanctionem Patrum credidi praetergrediendam. (16) Et cum velut ex condicto quodam omnia adversum me iniqua procederent, post illam iniustam vocem, quam contra me emisit, sicut ipsi placuit, me appellante thronum Apostolicae Sedis principis apostolorum Petri et universam beatam, quae sub Vestra Sanctitate est, synodum, statim me circumvallat multitudo militaris, et volentem me ad sanctum altare confugere, non concessit, sed nitebatur de ecclesia eruere[5]. (17) Tunc tumultu plurimo facto vix potui ad quendam locum ecclesiae confugere et ibi cum his, qui mecum erant, latere, non tamen sine custodia, ne valeam universa mala quae erga me commissa sunt ad Vos referre.

(18) Oro itaque Vestram Sanctitatem, ne obdormire 889
patiamini super his, quae insipienti et furioso consilio circa me gesta sunt, cum nullae praecedant causae, quae me in reatum aliquem adducant, sed insurgere primum

---

[1] Hoc loco *Schwartz* lacunam Codicis ita explet: ⟨vel alia proferre praeter fidem⟩ [2] Ita *Codex, Schwartz* legit: ⟨appar⟩et

[3] episcopi Dorylaeensis.

[4] *Schwartz:* interlocutos. [5] *Schwartz:* trahere.

quidem in causa rectae fidei nostrae, quae quadam libidine deperiit: (19) deinde propter eversionem ecclesiasticarum constitutionum curam facere et simpliciter per omnia narrare tam plebi, quae numero praecellit, quam amatorem Christi imperatorem nostrum litteris quae competunt edocere; scribere etiam clero sanctae Constantinopolitanae Ecclesiae et religiosissimis monachis nec non et Iuvenali Hierosolymorum episcopo et Thalassio Caesariae Cappadociae, Stephano quoque Ephesiensi et Eusebio Ancyritano et Cyro Afrodisiensi et reliquis sanctis episcopis, qui consensum super pravo consilio adversum me praebuerunt Dioscoro, qui velut[1] principatum sanctae synodi apud Ephesum tenuit: (20) dare etiam formam quam Deus Vestrae menti inspirabit, ut tam Occidentali quam etiam Orientali in unum facta Patrum synodo, similis ubique praedicetur fides, ut praevaleant sanctiones Patrum, in irritum vero deduci valeant atque dissolvi omnia, quae male et umbratili[2] non sine lusu quodammodo gesta sunt: afferre medicinam horribili huic vulneri, quod per totum iam paene orbem serpendo pervenit. (21) Qui autem subscripserunt et consenserunt iniustae sententiae magna vi coacti, paucissimi sunt. Qui vero non consenserunt huic iniquitati, multo plures sunt episcopi, sicut etiam lectio[3] suprascriptae[4] ad Beatitudinem Vestram relationis poterit perdocere.

Acta concil. oecumen., ed. *E. Schwartz*, II. Concil. Chalced., 2, 1 (1932), 77 sqq.

## LEO PAPA I 440—461.

### De ieiunio Quattuor Temporum.

[Sermo 19 (De ieiunio decimi mensis VIII) 2, 1—2.]

890 (1) Huius observantiae utilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis praecipue est constituta ieiuniis, quae ex doctrina Sancti Spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiae omnibus sit ascripta temporibus. (2) Siquidem ieiunium vernum in Quadragesima, aestivum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hiemale autem in hoc qui est decimus celebramus, intellegentes divinis nihil vacuum esse praeceptis, et verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa servire; dum per

[1] *Cod.:* vel qui ut. [2] *Cod.:* umbrati ut.
[3] *Cod.:* lectiones. [4] *Cod..* scāe.

ipsius mundi cardines, quasi per quattuor Evangelia, incessabiliter discimus quod et praedicemus et agamus.

ML 54, 186.

## De Primatu Romani Pontificis.

a. [Epistula 10 (ad episcopos provinciae Viennensis 445) 1.]

(1) Divinae cultum religionis, quem in omnes gentes 891
omnesque nationes Dei voluit gratia coruscare, ita Dominus noster Iesus Christus humani generis Salvator instituit, ut veritas, quae antea legis et prophetarum praeconio continebatur, per apostolicam tubam in salutem universitatis exiret, sicut scriptum est: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum* [Ps 18, 5]. (2) Sed huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro, apostolorum omnium summo, principaliter collocarit; et ab ipso quasi quodam capite dona sua velit in corpus omne manare, ut exsortem se mysterii intellegeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. (3) Hunc enim in consortium individuae unitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam* [Mt 16, 18]; ut aeterni templi aedificatio, mirabili munere gratiae Dei, in Petri soliditate consisteret; hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portae contra illam inferi praevalerent. (4) Verum hanc petrae istius sacratissimam firmitatem, Deo, ut diximus, aedificante constructam, nimis impia vult praesumptione violare quisquis eius potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, et id, quod accepit a veteribus, non sequendo: cum nulli se subditum legi, nullis institutionis Dominicae credit regulis contineri, a vestro nostroque per novae usurpationis ambitum more desciscens, praesumendo illicita, et quae custodire debuit neglegendo.

ML 54, 628 sq.

b. [Epistula 12 (ad episcopos Africanos, 10. Aug. 446) 9 et 13.]

9. (1) Cum itaque de omnibus fere quae fratris nostri 892
Potentii relatio continebat, plenissime dilectionem vestram per David fratrem et coepiscopum nostrum, qui et sacerdotii merito nobis est probatus et moribus, videatis in-

structam, superest, fratres, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, et nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis et apostolicis constitutionibus pareatis, et in nullo patiamini providentissima canonum decreta violari. (2) Quae enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta posthac ultione plectamus, in eos specialius et propensius commovendi, qui in episcopis ordinandis sanctorum Patrum statuta neglexerint, et quos refutare debuerant consecrarint. (3) Unde si qui episcopi talem consecraverint sacerdotem qualem esse non liceat, etiamsi aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen ius ulterius non habebunt, nec umquam ei sacramento intererunt, quod neglecto divino iudicio immerito praestiterunt.

893 13. Si quae vero aliae emerserint causae quae ad statum ecclesiasticum et ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore Domini volumus ventilentur, et de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea quae iuxta ecclesiasticum morem iuste et rationabiliter fuerint definita, nostra quoque sententia roborentur.

ML 54, 653 sq. et 656.

## De Hierarchia ecclesiastica et Primatu Romano.

[Epistula 14 (ad Anastasium ep. Thessalonicensem 446) 11.]

894 (1) Si autem in eo quod cum fratribus tractandum definiendumve credideris diversa eorum fuerit a tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut remotis ambiguitatibus quod Deo placeat decernatur. (2) Ad hunc enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut, quod ad unitatem concordiae et quod ad custodiam pertinet disciplinae, nulla dissensione violetur, nulla desidia neglegatur.

895 (3) Et te igitur, frater dilectissime, et eos fratres nostros qui de tuis offenduntur excessibus, cum tamen non similis sit omnibus materia querelarum, hortor et moneo, ut, quae pie sunt ordinata salubriterque disposita nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius [cf. Phil. 2, 4], sicut Apostolus ait: *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad aedificationem*

[Rom 15, 2]. (4) Nec enim poterit unitatis nostrae firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum caritatis astrinxerit: quia *sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra* [1 Cor 12, 12; Rom 12, 5]. (5) Connexio totius corporis unam sanitatem, unam pulchritudinem facit: et haec connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, sed praecipue exigit concordiam sacerdotum.

(6) Quibus cum dignitas sit communis, non est tamen 896
ordo generalis: quoniam et inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est ut ceteris praeemineret. (7) De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio, et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, et rursus quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis Ecclesiae cura confflueret, et nihil usquam a suo capite dissideret.

(8) Qui ergo scit se quibusdam esse praepositum, non 897
moleste ferat aliquem sibi esse praelatum, sed oboedientiam quam exigit, etiam ipse dependat: et sicut non vult gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere [cf. Mt 23, 4]. (9) Discipuli enim sumus humilis et mitis magistri, dicentis: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, et onus meum leve* [Mt 11, 29]. (10) Quod quomodo experiemur, nisi et illud in observantiam veniat, quod idem Dominus ait: *Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur* [Mt 20, 26; Mc 10, 43; Lc 22, 26; 14, 11].

ML 54, 675 sqq.

### Contra canonem 28 Concilii Chalcedonensis.

[Epistula 104 (ad Marcianum Augustum, 22 Maii 452) 3—4.]

3. (1) Habeat, sicut optamus, Constantinopolitana 898*
civitas gloriam suam, ac protegente dextera Dei diuturno Clementiae Vestrae fruatur imperio. (2) Alia tamen ratio

est rerum saecularium, alia divinarum, nec praeter illam petram quam Dominus in fundamento posuit [cf. Mt 16, 18], stabilis erit ulla constructio. (3) Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit praedicto quod Vestrae Pietatis auxilio et mei favoris assensu episcopatum tantae urbis obtinuit. Non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam non potest facere sedem, nec ullo speret modo quod per aliorum possit offensiones augeri.

899 (4) Privilegia enim Ecclesiarum, sanctorum Patrum canonibus instituta et venerabilis Nicaenae synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari. (5) In quo opere auxiliante Christo fideliter exsequendo, necesse est me perseverantem exhibere famulatum: quoniam dispensatio mihi credita est et ad meum tendit reatum, si paternarum regulae sanctionum, quae in synodo Nicaena ad totius Ecclesiae regimen, Spiritu Dei instruente, sunt conditae, me, quod absit, connivente violentur; et maior sit apud me unius fratris voluntas, quam universae domus Domini communis utilitas.

900 4. (1) Et ideo sciens gloriosam Clementiam Vestram ecclesiasticae studere concordiae, et his quae pacificae congruunt unitati, piissimum praestare consensum, precor et sedula suggestione Vos obsecro, ut ausus improbos unitati christianae pacique contrarios ab omni Pietatis Vestrae abdicetis assensu, et fratris mei Anatolii nocituram ipsi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis: ne ea quae Vestrae gloriae atque temporibus inimica sunt cupiens, maior suis velit esse prioribus; liberumque illi sit quantis potuerit splendere virtutibus quarum non aliter particeps erit, nisi caritate magis voluerit ornari quam ambitione distendi.

901 (2) Hanc autem improbi desiderii conceptionem numquam quidem debuit intra cordis sui recipere secretum, sed cum illi fratres et coepiscopi mei, qui vice mea aderant, obviarent, ab illicito appetitu ex eorum saltem salubri contradictione cessasset. (3) Nam et Vestrae Pietatis apices et ipsius scripta declarant, legatos Sedis Apostolicae, sicut oportuit, contradictione iustissima restitisse: ut inexcusabilior esset praesumptio quae se nec increpata cohiberet.

ML 54, 993 sqq.

*901a De Incarnatione contra Eutychen v. D 143 sq; De confessione secreta ib. 145; De Sacramento Paenitentiae ib. 146 sq.*

# PETRUS CHRYSOLOGUS EP. RAVENNAS
circa 433—450.

## De auctoritate Romani Pontificis in rebus fidei.

[Ex epistula ad Eutychen presbyterum 449
(inter Leonis I ep. 25, 2, 3—5)]

(3) Ἐπὶ πᾶσι δὲ προτρεπόμεθά σε, ἀδελφὲ τιμιώτατε, 902
ὥστε τοῖς παρὰ τοῦ μακαριωτάτου Πάπα τῆς πόλεως Ῥώμης γραφομένοις πειθαρχούντως προσέχειν· ἐπειδὴ ὁ μακάριος Πέτρος, ὃς ἐν τῇ ἰδίᾳ καθέδρᾳ καὶ ζῇ καὶ προκάθηται, δίδωσι τοῖς ζητοῦσι τῆς πίστεως τὴν ἀλήθειαν. (4) Ἡμεῖς γὰρ σπουδῇ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πίστεως ἐκτὸς συναινέσεως τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου πίστεως αἰτίας διαγνῶναι οὐ δυνάμεθα. (5) Ὑγιαίνουσαν τὴν ἀγάπην τὴν σὴν ὁ Δεσπότης χρόνῳ μακροτάτῳ διαφυλάξαι καταξιώσοι, ποθεινότατε καὶ ἀξιοτίμητε υἱέ.

ML 54, 743 sq.

# SALVIANUS PRESBYTER MASSILIENSIS
circa 400—480.

## De nequitia temporum.

[De gubernatione Dei sive De praesenti iudicio
(scriptus 438/40) 6, 2.]

(1) Et quae tandem, rogo, spes emendationis in nobis 903
est, qui non errore opinionis ad malum ducimur, sed studio malae voluntatis adnitimur, ut semper peiores esse videamur. (2) Et hinc est, quod dudum questus sum deteriores nos multo esse quam barbaros, quia illos ignorantia legis excusat, nos scientia accusat. Illi per imperitiam veritatis, quia quae sint bona nesciunt, mala pro

---

(3) In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut 902
his, quae a beatissimo Papa Romanae civitatis scripta sunt, oboedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria sede et vivit et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem. (4) Nos enim pro studio pacis et fidei extra consensum Romanae civitatis episcopi causas fidei audire non possumus. (5) Incolumem tuam dilectionem Dominus tempore longissimo conservare dignetur, carissime et honorantissime fili.

bonis diligunt: nos cum scientiam veritatis habeamus, quae sint bona optime novimus . . .[1] modis.

904 (3) Primum, quod nihil ferme vel criminum vel flagitiorum est, quod in spectaculis non sit: ubi summum deliciarum genus est mori homines aut, quod est morte gravius acerbiusque, lacerari, expleri ferarum alvos humanis carnibus, comedi homines cum circumstantium laetitia, conspicientium voluptate, hoc est non minus paene hominum aspectibus quam bestiarum dentibus devorari. (4) Atque ut hoc fiat, orbis impendium est; magna enim cura id agitur et elaboratur. Adeuntur etiam loca abdita, lustrantur invii saltus, peragrantur silvae inexplicabiles, conscenduntur nubiferae Alpes, penetrantur inferae valles, et ut devorari possint a feris viscera hominum, non licet naturam rerum aliquid habere secretum.

905 (5) Sed haec, inquis, non semper fiunt. Certum est. Et praeclara erroris est excusatio, quia non semper fiunt: quasi vero umquam fieri debeant quae Deum laedant, aut ideo quae mala sunt bene fiant, quia non iugiter fiant. Nam et homicidae homines non semper occidunt et homicidae tamen sunt, etiam quando non occidunt, quia interdum polluuntur homicidio. Et latrones omnes non semper latrocinantur sed latrones tamen esse non desinunt, quia etiam cum rebus ipsis latrocinia non agunt, animis tamen a latrocinio non recedunt. Sic utique omnes hi, qui spectaculis istiusmodi delectantur, etiam quando non spectant, innoxii tamen a spectaculorum piaculis mente non sunt, quia semper velint spectare, si possint.

906 (6) Nec solum hoc, sed sunt alia maiora. Quid enim? Numquid non consulibus et pulli adhuc gentilium sacrilegiorum more pascuntur et volantis pinnae auguria quaeruntur ac paene omnia fiunt, quae etiam illi quondam pagani veteres frivula atque irridenda duxerunt? Et cum haec omnia ipsi agant, qui annis nomina tribuunt et a quibus anni ipsi exordium sumunt, credimus nobis bene annos posse procedere, qui a rebus talibus ordiuntur? Atque utinam sicut haec propter consules tantum fiunt, ita illos tantum incestarent, propter quos fiunt. (7) Illud est feralissimum et gravissimum, quod dum consensu

---

[1] Lacuna, quam *Pauly* ita explet: «malis autem postponimus multis modis» CV 8, 126, 12.

publico aguntur, honor paucissimorum fit crimen omnium; ac sic, cum singulis annis bini inaugurentur, prope est ut in omni mundo nullus evadat.

CV 8 (ed. *F. Pauly*), 126 sq. ML 53, 109 sq.

**De praevaricationibus et superstitionibus Christianorum.**

[Ib. 6, 11.]

(1) Quaeritur forsitan quorsum ista pertineant? Quor- 907
sum absque dubio nisi ut nihil leve existimetur, quo Deus laeditur? (2) De ludis enim publicis dicimus, ludibriis scilicet spei nostrae, ludibriis vitae nostrae. Nam dum in theatris et circis ludimus, deperimus secundum illud utique dictum sermonis sacri: *Stultus per risum operatur scelus* [Prov 10, 23]. Et nos itaque, dum inter turpia et dedecorosa ridemus, scelera committimus, et quidem scelera non minima, sed hoc ipso poenaliora, quia cum videantur specie esse parva, rebus sunt exitiosis pestilentissima.

(3) Nam cum duo sint maxima mala, id est, si homo 908
aut se ipsum perimat aut Deum laedat, hoc utrumque in ludis publicis agitur: nam per turpitudines criminosas aeterna illic salus christianae plebis exstinguitur et per sacrilegas superstitiones maiestas divina violatur. (4) Dubium enim non est quod laedunt Deum, utpote idolis consecratae. Colitur namque et honoratur Minerva in gymnasiis, Venus in theatris, Neptunus in circis, Mars in harenis, Mercurius in palaestris, et ideo pro qualitate auctorum cultus est superstitionum. (5) Quidquid immunditiarum est hoc exercetur in theatris, quidquid luxuriarum in palaestris, quidquid immoderationis in circis, quidquid furoris in caveis. (6) Alibi est impudicitia, alibi lascivia, alibi intemperantia, alibi insania, ubique daemon, immo per singula ludicrorum loca universa daemonum monstra; praesident enim sedibus suo cultui dedicatis.

(7) Ac per hoc in spectaculis istiusmodi non sola est 909
illecebra nec sola vitiositas. Admisceri enim huic christianum hominem superstitioni genus est sacrilegii, quia eorum cultibus communicat, quorum festivitatibus delectatur. (8) Quod quidem licet semper admodum grave sit, tunc tamen magis intolerabile, cum praeter consuetudinarium

vitae usum hoc vel adversa nostra faciunt criminosius vel secunda, quia et magis placandus est in adversis Deus et minus laedendus in prosperis: placari quippe debet, cum irascitur, laedi non debet, cum propitiatur. (9) Adversa enim nobis per iracundiam Dei veniunt, secunda per gratiam. Nos autem e diverso omnia agimus. Dicis, quomodo? Accipe. (10) Ac primum, si quando exoratus sua ipsa misericordia Deus (neque enim umquam nos ita vivimus ut exorare mereamur), sed si quando, ut dixi, a se ipso exoratus pacificos nobis dies, proventus uberes, divitem bonis omnibus tranquillitatem et abundantiam dederit super vota crescentem, tanta secundarum rerum prosperitate corrumpimur, tanta morum insolescentium pravitate vitiamur, ut et Dei penitus obliviscamur et nostri. (11) Et cum omnem fructum datae a Deo pacis in hoc consistere Apostolus dicat, *ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate* [1 Tim 2, 2], ad hoc tantum data a Deo quiete utimur, ut in ebrietate, ut in luxuria, ut in flagitiis, ut in rapinis, ut ir omni scelere atque improbitate vivamus. (12) Quasi vero beneficium datae pacis vacatio sit probrositatis et ad hoc inducias tranquillitatis Deo donante capiamus, ut licentius securiusque peccemus.

910 (13) Indigni itaque caelestibus donis sumus qui beneficiis Dei non bene utimur et facimus rem operum bonorum materiam tantum esse vitiorum: quo fit ut ipsa pax contra nos sit, quae sic agitur a nobis, nec expediat rem accipere, qua deteriores sumus. (14) Quis hoc credere queat? Mutamus naturam rerum iniquitatibus nostris, et quae Deus bona fecit munere pietatis suae, ea nos nobis facimus mala esse moribus malis.

CV 8, 141 sqq. ML 53, 120 sq.

### Invasiones barbarorum poenas esse propter pravos mores Christianorum.

[Ib. 7, 12, 1—13, 2.]

911 12. (1) Iudicamur itaque etiam praesente iudicio a Deo, et ideo excitata est in perniciem ac dedecus nostrum gens ignavissima, quae de loco ad locum pergens, de urbe in urbem transiens universa vastaret. (2) Ac primum a solo patrio effusa est in Germaniam proximam,

nomine barbaram, dicione Romanam: post cuius primum exitium arsit regio Belgarum, deinde opes Aquitanorum luxuriantium et post haec corpus omnium Galliarum, sed paulatim id ipsum tamen, ut, dum pars clade caeditur, pars exemplo emendaretur. (3) Sed ubi apud nos emendatio aut quae pars Romani orbis quamvis afflicta corrigitur? *Omnes enim,* ut legimus, *declinaverunt, simul inutiles facti sunt* [Ps 13, 2; 52, 4]. Et ideo Propheta ad Deum clamat et dicit: *Percussisti eos et non doluerunt, attrivisti eos et renuerunt accipere disciplinam: induraverunt facies suas super petram et noluerunt reverti* [Ier 5, 3]. (4) Quam vere autem etiam hoc in nos cadat res ipsa indicat. Vastata est diu Gallia: ergo emendata est, cum in vicino esset, Hispania? Nec immerito, quia nullus erat omnino timor, nulla correctio, flammis, quibus arserant Galli, Hispani ardere coeperunt. In quo illud est, ut supra dixi, sceleratissimum et gravissimum, quod cum arserint, ut ita dicam membra hominum peccatorum, curata non sunt vitia peccantium.

(5) Et ideo compulsus est criminibus nostris Deus, ut 912
hostiles plagas de loco in locum, de urbe in urbem spargeret et excitas paene ab ultimis terrae finibus gentes etiam trans mare mitteret, quae Afrorum scelera punirent. (6) Quid enim? Numquid abductae a solo patrio degere intra Gallias non potuerant? Aut ut non degerent, quem timebant, quae inlaesae a nobis usque ad tempus illud cuncta vastaverant? Sed esto, intra Gallias formidabant. Quid in Hispania, ubi etiam exercitus nostros bellando contriverant, numquid consistere aut permanere metuebant iam victores, iam triumphantes, quibus usque ad hunc fortitudinis fastum contigerat ascendere, ut post experimenta belli diu parati intellegerent sibi Romanae rei publicae vires etiam cum barbarorum auxiliis pares esse non posse?

13. (1) Potuerunt ergo illic degere nec timebant. Sed 913
illa utique caelestis manus, quae eos ad punienda Hispanorum flagitia illuc traxerat, etiam ad vastandam Africam transire cogebat. (2) Ipsi denique fatebantur non suum esse quod facerent: agi enim se divino iussu et perurgeri.

CV 8, 171 sq. ML 53, 139 sq.

## Barbarorum mores meliores esse moribus Christianorum.

[Ib. 7, 15.]

914 (1) Non patiatur hoc autem pro affectu suae misericordiae Deus. Nam quantum ad meritum nostrorum criminum pertinet, ita se res habet, ut pati posse videatur. Quid enim piaculorum est non illic semper admissum? (2) Nec de omnibus dico, quia et enormia fere sunt et sciri ac dici tanta non possunt. De sola vel maxime obscoenitate impuritatum loquor et, quod est gravius, sacrilegiorum. (3) Praetermitto in aliquo rabiem cupiditatis, vitium totius generis humani; praetereo avaritiae inhumanitatem, proprium est Romanorum paene omnium malum. (4) Relinquatur ebrietas, nobilibus ignobilibusque communis. Taceatur superbia et tumor: tam peculiare hoc divitum regnum est, ut aliquid forsitan de iure se putent perdere, si hinc sibi alius quicquam voluerit vindicare. (5) Transeatur denique prope omne fraudium, falsitatum, periuriorum nefas: nulla umquam his malis Romana civitas caruit. (6) Etsi specialius hoc scelus Afrorum omnium fuit. Nam sicut in sentinam profundae navis colluviones omnium sordium, sic in mores eorum quasi de omni mundo vitia fluxerunt. (7) Nullam enim improbitatem scio, quae illic non redundaverit, cum utique etiam paganae ac ferae gentes, etsi habent specialiter mala propria, non sint tamen in his omnia exsecratione digna. (8) Gothorum gens perfida sed pudica est, Alanorum impudica sed minus perfida, Franci mendaces sed hospitales, Saxones crudelitate efferi sed castitate mirandi: omnes denique gentes habent sicut peculiaria mala ita etiam quaedam bona. (9) In Afris paene omnibus nescio quid non malum. Si accusanda est inhumanitas inhumani sunt, si ebrietas ebriosi, si falsitas fallacissimi, si dolus fraudulentissimi, si cupiditas cupidissimi, si perfidia perfidissimi. Impuritas eorum atque blasphemia his omnibus admiscenda non sunt, quia illis quae supra diximus malis aliarum gentium vitia, his autem etiam sua ipsa vicerunt.

CV 8, 175 sq. ML 53, 142.

# SOZOMENUS,
# SCHOLASTICUS CONSTANTINOPOLITANUS
continuator Eusebii pro annis 324—425, scripsit circa 450.

## De visione Constantini M.
[Hist. eccl. 1, 3.]

(1) Τούτῳ γὰρ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα συγκυρῆσαι παρειλήφαμεν, οἷς ἐπείσθη τὸ τῶν Χριστιανῶν δόγμα πρεσβεύειν· μάλιστα δὲ τὴν φανεῖσαν αὐτῷ θεοσημείαν. (2) Ἡνίκα γὰρ ἐπιστρατεῦσαι Μαξεντίῳ ἐβεβούλευτο, οἷά γε εἰκὸς ἠπόρει καθ' ἑαυτόν, ὅπως ἄρα τὰ τῆς μάχης ἀποβήσεται καὶ τίς αὐτῷ βοηθὸς ἔσται. (3) Ἐν τοιαύταις δὲ φροντίσι γενόμενος, ὄναρ εἶδε τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ σελαγίζον. Τεθηπότι δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ὄψιν, παραστάντες θεῖοι ἄγγελοι «Ὦ Κωνσταντῖνε», ἔφησαν, «ἐν τούτῳ νίκα.» (4) Λέγεται δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐπιφανέντα αὐτῷ δεῖξαι τὸ τοῦ σταυροῦ σύμβολον καὶ παρακελεύσασθαι ἐοικὸς τούτῳ ποιῆσαι καὶ ἐν τοῖς πολέμοις ἔχειν ἐπίκουρον καὶ νίκης ποριστικόν. 915

(5) Εὐσέβιός γε μὴν ὁ Παμφίλου αὐτοῦ φήσαντος ἐνωμότως τοῦ βασιλέως ἀκηκοέναι ἰσχυρίζεται, ὡς ἀμφὶ μεσημβρίαν, ἤδη τοῦ ἡλίου ἀποκλίναντος, σταυροῦ τρόπαιον ἐκ φωτὸς συνεστὼς καὶ γραφὴν συνημμένην αὐτῷ, «Τούτῳ νίκα» λέγουσαν, ἐν τῷ οὐρανῷ ἐθεάσατο αὐτὸς καὶ οἱ σὺν 916

---

(1) Huic enim viro, cum alia multa obtigisse comperimus, quibus permotus christianam religionem colere instituit, tum imprimis signum divinitus ipsi ostensum. (2) Nam cum bellum Maxentio inferre constituisset, secum, ut credibile est, dubitare coepit quisnam belli exitus futurus esset et quem sibi auxiliatorem pararet. (3) Huiusmodi curis districtus vidit in somnis signum crucis in coelo resplendens. Quo viso cum esset obstupefactus, divini angeli ipsi astantes dixerunt: «Constantine, in hoc vince.» (4) Ipsum quoque Christum ei apparuisse memorant, et vexillum crucis ei ostendisse iussisseque ut ad eius similitudinem alterum fabricaret, cuius auxilio in proeliis uteretur et victoriam sibi compararet. 915

(5) Eusebius quidem Pamphili affirmat ipsum se imperatorem audisse cum iureiurando narrantem, quomodo circa meridiem inclinante iam sole, crucis tropaeum ex purissima luce compositum vidisset eique additam hanc inscriptionem «Hoc vince» in coelo tum ipse, tum milites qui cum ipso 916

αὐτῷ στρατιῶται· πορευομένῳ γάρ πη σὺν τῷ στρατεύματι κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν τόδε τὸ θαῦμα ἐπεγένετο. (6) Λογιζομένῳ δὲ αὐτῷ ὅ τι εἴη, νὺξ ἐπῆλθε. Καθεύδοντί τε τον Χριστὸν ὀφθῆναι σὺν τῷ φανέντι ἐν οὐρανῷ σημείῳ καὶ παρακελεύσασθαι μίμημα ποιήσασθαι τούτου καὶ ἀλεξήματι κεχρῆσθαι ἐν ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους μάχαις. (7) Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἑρμηνέως οὐδὲν ἔδει, ἀλλὰ περιφανῶς ἐδείχθη τῷ βασιλεῖ, ᾗ χρὴ περὶ Θεοῦ νομίζειν, ἅμα ἡμέρᾳ συγκαλέσας τοὺς ἱερέας τοῦ Χριστοῦ περὶ τοῦ δόγματος ἐπυνθάνετο.

MG 67, 868 sqq.

**Constantinus M. christianam religionem promovet.**

[Ib. 1, 8, 1—25.]

917 Κατάλογος τῶν χρηστῶν, ὅσα Κωνσταντῖνος διεπράξατο ἔν τε ἐλευθερίᾳ Χριστιανῶν καὶ ναῶν οἰκοδομαῖς, καὶ ἄλλων κοινωφελῶν πραγμάτων.

(1) Κωνσταντῖνος δέ, εἰς μόνον αὐτὸν πάσης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς περιστάσης, γράμματι δημοσίῳ προηγόρευσε τοῖς ἀνὰ τὴν Ἕω ὑπηκόοις, τὴν Χριστιανῶν σέβειν θρησκείαν καὶ τὸ Θεῖον ἐπιμελῶς θεραπεύειν· Θεῖον δὲ νοεῖν μόνον, ὃ καὶ ὄντως ἐστί, καὶ διαρκῆ κατὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν δύναμιν ἔχει. . . .

---

erant, aspexissent. Nam dum nescio quo proficisceretur una cum exercitu, hoc miraculum in itinere contigit. (6) Cumque consideraret animo, quid hoc sibi vellet, nox supervenit. Dormienti vero Christus cum signo quod in coelo visum fuerat apparuit, praecepitque ut alterum ad similitudinem illius exprimeret eoque in proeliis contra hostes praesidio uteretur. (7) Et quoniam imperator nullo amplius egebat interprete, quippe cui perspicue ostensum fuerat quid de Deo sentire deberet, simul atque dies illuxit, convocatis Christi sacerdotibus de doctrina fidei eos consuluit.

917 Enumeratio eorum quae Constantinus praeclare gessit, tum Christianos liberando, tum ecclesias construendo, tum alia quaedam ad utilitatem reipublicae disponendo.

(1) Constantinus vero, cum iam solus Romano imperio potiretur, subditis per Orientem degentibus publico edicto praecepit, ut christianam religionem colerent Deumque studiose venerarentur, solum vero eum existimarent Deum, qui et revera est et perpetuo omni aevo habet potestatem. . . .

(4) Τοιαῦτα ἀναγορεύσας καὶ ἄλλα μυρία διεξελθών, δι' 918
ὧν ᾤετο τὸ ὑπήκοον πρὸς τὴν θρησκείαν ἐπάγεσθαι, ἄκυρα εἶναι ἐψηφίσατο τὰ κατὰ τῆς θρησκείας δόξαντα ἢ πεπραγμένα ἐπὶ τῶν διωξάντων τὴν Ἐκκλησίαν· ἄφεσίν τε ἔχειν πάντας ἐνομοθέτησεν; ὅσοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν κατεδικάσθησαν μετοικεῖν, ἢ ἐν νήσοις, ἢ ἀλλαχόσε παρὰ γνώμην διατρίβειν, ἢ μετάλλοις ἐμπονεῖν, ἢ δημοσίοις ἔργοις, ἢ γυναικείοις, ἢ λινυφίοις ὑπηρετεῖν, ἢ βουλευτηρίοις ἐναριθμεῖσθαι, μὴ βουλευταὶ ὄντες πρότερον. Ἀτίμοις δὲ γενομένοις τὴν ἀτιμίαν ἔλυσε. (5) Τοῖς δὲ στρατείας τινὸς ἀφαιρεθεῖσιν ἐν γνώμῃ εἴασεν, ἢ ἐφ' οὗπερ ἦσαν σχήματος εἶναι, ἢ μετὰ ἀφέσεως ἐντίμου ἐλευθέραν ἄγειν σχολήν.
(6) Ἐπεὶ δὲ πάντας εἰς τὴν προτέραν ἐλευθερίαν καὶ τὰς 919
συνήθεις τιμὰς ἀνεκαλέσατο, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀπέδωκεν. (7) Εἰ δέ τινες θάνατον καταδικασθέντες τῶν ὄντων ἀφῃρέθησαν, προσέταξε τοῖς ἐγγυτέρω γένους διαφέρειν τοὺς κλήρους· μηδενὸς δὲ τούτων ὄντος, τὴν καθέκαστον ἐπιχώριον Ἐκκλησίαν κληρονομεῖν· εἴτε δὲ ἰδιώτης, εἴτε τὸ δημόσιον ἐκ τοιαύτης οὐσίας ἔχοι τι, ἀποδιδόναι. Τῶν δὲ παρὰ τοῦ ταμείου πριαμένων ἢ δωρεὰν λαβόντων, εἰς τὸν δυνατὸν καὶ πρέποντα τρόπον προνοεῖν ὑπέσχετο. (8) Τάδε μέν, ὡς εἴρηται,

---

(4) Postquam ista praedicavit aliaque plurima exposuit, 918
quibus putabat subditos ad christianam religionem allici posse, irrita esse decernit, quaecumque temporibus eorum, qui Ecclesiam persecuti fuerant, contra religionem statuta gestave fuissent: praecipitque ut libertate potiantur, quotquot ob confessionem Christi damnati essent exsilio, aut in insulis aliisve locis contra voluntatem suam degere iussi; quotquot item aut in metallum dati, aut ad opus publicum condemnati, aut gynaeceis aut textrinis ministrare coacti, aut curiis mancipati, cum antea curiales non essent. Eos praeterea qui infamia notati fuerant, infamia liberavit. (5) Quibus vero ordo cuiuspiam militiae ademptus fuerat, liberum iis reliquit, ut vel pristinum locum recuperarent, vel cum honesta missione otio liberali fruerentur.
(6) Cumque omnes ad priorem libertatem et consuetos 919
honores revocasset, facultates etiam suas iis reddidit. (7) Quod si qui morte damnati bonis spoliati fuissent, praecepit ut genere proximis haereditas eorum deferretur: sin nemo ex proximis superesset, singulae cuiusque loci Ecclesiae heredes essent: et ut sive privatus quispiam, sive respublica aliquid ex eiusmodi bonis possideret, statim restitueret. His vero qui aut a fisco ea emissent aut dono accepissent, quoad fieri posset competenti ratione prospecturum se promisit. (8) Haec, ut

τῷ βασιλεῖ ἔδοξε καὶ νόμῳ ἐκυρώθη ἀμελητί τε τοῦ προσήκοντος τέλους ἐτύγχανε. Χριστιανοὶ δὲ ὡς ἐπίπαν τὰς Ῥωμαίων ἀρχὰς ἐπετρόπευον· καὶ τοῦ λοιποῦ θύειν ἀπείρητο πᾶσιν, ἢ μαντείαις καὶ τελεταῖς κεχρῆσθαι, ἢ ξόανα ἀνατιθέναι, ἢ Ἑλληνικὰς ἄγειν ἑορτάς. . . . (10) Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τότε πρῶτον ἡ τῶν μονομάχων ἐκωλύθη θέα. . . . (12) Τῶν δὲ εὐκτηρίων οἴκων οἱ μὲν ἀρκούντως μεγέθους ἔχοντες ἐπανωρθοῦντο· οἱ δὲ εἰς ἐπίδοσιν ὕψους καὶ πλάτους λαμπρῶς ἐπεσκευάζοντο. Ἑτέρωθι δὲ τὴν ἀρχὴν μὴ ὄντες, ἐκ θεμελίου ἐδημιουργοῦντο. (13) Τὰ δὲ χρήματα ἐκ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ἐχορήγει ὁ βασιλεύς, γράψας τοῖς κατὰ πόλιν ἐπισκόποις καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν ἐθνῶν· τοῖς μὲν ἐπιτάττειν ὅ τι βούλοιντο· τοὺς δὲ πειθαρχεῖν καὶ σπουδαίως ὑπηρετεῖσθαι τοῖς ἱερεῦσιν. . . . (17) Ἐκ δὲ τῆς οὔσης ὑποφόρου γῆς καθ' ἑκάστην πόλιν ἐξελὼν τοῦ δημοσίου ῥητὸν τέλος, ταῖς κατὰ τόπον Ἐκκλησίαις καὶ κλήροις ἀπένειμε· καὶ τὴν δωρεὰν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον κυρίαν εἶναι ἐνομοθέτησε.

920 (18) Προσεθίζων δὲ τοὺς στρατιώτας ὁμοίως αὐτῷ τὸν Θεὸν σέβειν, τὰ τούτων ὅπλα τῷ συμβόλῳ τοῦ σταυροῦ κατεσήμαινε καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις εὐκτήριον οἶκον κατε-

---

dixi, ab imperatore constituta et lege confirmata sunt ac sine ulla mora exsecutioni mandata. Iam vero cunctos magistratus imperii Romani fere Christiani administrabant: vetitumque erat universis, ne in posterum sacrificarent, neve vates consulerent, aut mysteriis initiarentur, aut simulacra dedicarent, aut festos gentilium dies celebrarent. . . . (10) Apud Romanos vero tunc primum interdicta fuerunt gladiatorum spectacula. . . . (12) Ad haec ecclesiae, eae quidem quae satis amplae erant, reficiebantur: aliae vero incremento latitudinis et altitudinis accepto splendidiores fiebant. Alibi vero novae a fundamentis exstruebantur, ubi antea non fuissent. (13) Pecunias autem ex regalibus thesauris imperator suppeditabat, scriptis litteris, partim ad episcopos, partim ad rectores provinciarum: ad illos quidem, ut quod ipsis libitum esset imperarent; ad hos vero, ut obtemperarent episcopis iisque studiose obsequerentur. . . . (17) Quinetiam ex tributaria terra certam pensionem eximens fisco, Ecclesiis et clero cuiusque loci distribui iussit: eamque donationem omni in posterum aevo ratam firmamque esse, lege sanxit.

920 (18) Porro ut milites ad Deum pari cum ipso ratione colendum assuefaceret, eorum arma crucis effigie insignivit et in palatio Ecclesiam aedificavit: et quoties ad bellum pro-

σκεύασε· καὶ σκηνὴν εἰς ἐκκλησίαν εἰκασμένην περιέφερεν, ἡνίκα πολεμίοις ἐπεστράτευεν· ὥστε μηδὲ ἐν ἐρημίᾳ διάγοντα αὐτὸν ἢ τὴν στρατιὰν ἱεροῦ οἴκου ἀμοιρεῖν, ἐν ᾧ δέοι τὸν Θεὸν ὑμνεῖν καὶ προσεύχεσθαι καὶ μυστηρίων μετέχειν. (19) Συνείποντο γὰρ καὶ ἱερεῖς καὶ διάκονοι τῇ σκηνῇ προσεδρεύοντες, οἳ κατὰ τὸν νόμον τῆς Ἐκκλησίας τὴν περὶ ταῦτα τάξιν ἐπλήρουν. (20) Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὰ Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν, ἕκαστον ἰδίαν σκηνὴν κατεσκευάσατο καὶ ἱερέας καὶ διακόνους ἀπονενεμημένους ἔχειν. (21) Τὴν δὲ Κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν, ἣν Ἑβραῖοι πρώτην τῆς ἑβδομάδος ὀνομάζουσιν, Ἕλληνες δὲ ἡλίῳ ἀνατιθέασι, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης ἐνομοθέτησε δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων σχολὴν ἄγειν πάντας καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ Θεῖον θεραπεύειν. (22) Ἐτίμα δὲ τὴν Κυριακήν, ὡς ἐν ταύτῃ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν· τὴν δὲ ἑτέραν, ὡς ἐν αὐτῇ σταυρωθέντος. (23) Πάνυ γὰρ πολὺ σέβας εἶχε τοῦ θείου σταυροῦ, ἔκ τε τῶν ὑπαρξάντων αὐτῷ τῇ ἐνθένδε ῥοπῇ ἐν ταῖς κατὰ τῶν ἐναντίων μάχαις καὶ ἐκ τῆς συμβάσης αὐτῷ περὶ τούτου θεοσημείας. (24) Ἀμέλει τοι πρότερον νενομισμένην Ῥωμαίοις τὴν τοῦ σταυροῦ τιμωρίαν νόμῳ ἀνεῖλε τῆς χρήσεως τῶν δικαστηρίων. (25) Πλαττο-

---

ficisceretur, tabernaculum ad ecclesiae similitudinem fabricatum circumferre consueverat: ita ut ne in solitudine quidem constitutus, tam ipse quam exercitus eius sacra aede careret, in qua Deum laudare ac preces fundere et sacra mysteria percipere possent. (19) Sequebantur enim sacerdotes et diaconi tabernaculo assidentes, qui iuxta Ecclesiae ritum eiusmodi officia obirent. (20) Atque ex eo tempore, Romanorum legiones, quae nunc numeri vocantur, singulae proprium sibi tabernaculum facere coeperunt et sacerdotes ac diaconos proprios ac peculiares habere. (21) Praeterea die Dominico, quem Hebraei quidem primum septimanae appellant, gentiles vero soli consecraverunt, et eo, qui diem septimum antecedit, cunctos a iudiciis aliisque negotiis feriari praecepit, precibusque ac supplicationibus Deum colere. (22) Ac Dominicum quidem diem ideo honoravit, quod Christus eo die a mortuis surrexisset: diem vero, qui Sabbatum antecedit, eo quod Christus crucifixus tum fuisset. (23) Crucem vero divinam maximo cultu veneratus est, tum ob victorias quas eius ope retulerat in praeliis adversus hostes, tum ob signum quod de illa ostensum ipsi divinitus fuerat. (24) Proinde supplicium crucis, quod apud Romanos antea erat usitatum, lege lata sustulit. (25) Quin-

μένῳ τε ἐν νομίσμασι καὶ εἰκόσι γραφομένῳ ἐκέλευσεν ἀεὶ συγγράφεσθαι καὶ συντυποῦσθαι τοῦτο τὸ θεῖον σύμβολον. Καὶ μαρτυροῦσιν εἰς ἔτι νῦν εἰκόνες αὐτοῦ, ἐπὶ τούτου οὖσαι τοῦ σχήματος.

MG 67, 875 sqq.

## De privilegiis clericorum.

[Ib. 1, 9, 1—7.]

921 (1) Νόμος ἦν Ῥωμαίοις παλαιός, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι κωλύων τοὺς ἀγάμους τοῖς μὴ τοιούτοις, περὶ ἄλλα τε πολλὰ καὶ τὸ μηδὲν κερδαίνειν ἐκ διαθήκης τοὺς μὴ γένει ἐγγυτάτω προσήκοντας· τοὺς δὲ ἄπαιδας ζημιῶν τὸ ἥμισυ τῶν καταλελειμμένων. (2) Ἔθεντο δὲ τοῦτον οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, πολυάνθρωπον ἔσεσθαι τὴν Ῥώμην καὶ τὴν ὑπήκοον οἰόμενοι, καθότι οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ νόμου ἔτυχον ἀποβαλόντες τὰ σώματα ἐν ἐμφυλίοις πολέμοις. (3) Ὁρῶν οὖν ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦτο χεῖρον πράττοντας τοὺς παρθενίαν καὶ ἀπαιδίαν διὰ Θεὸν ἀσκοῦντας, εὔηθες ἐνόμισεν ⟨εἶναι, νομίζειν⟩ ἐξ ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς ἀνθρώπων δύνασθαι τὸ τούτων γένος αὔξειν, τῆς φύσεως ἀεὶ κατὰ τὴν ἄνωθεν ἐπιμέτρησιν καὶ φθορὰν καὶ αὔξησιν δεχομένης. Καὶ νόμον τῷ δήμῳ προσεφώνησεν, ὥστε ἐπίσης πάντων τῶν ὁμοίων ἀπολαύειν τοὺς

---

etiam quotiescumque aut in nummis imago eius insculperetur aut in tabulis pingeretur, semper divinum hoc signum una cum ipso sculpi ac depingi praecepit. Idque etiamnum testantur imagines illius in hunc modum expressae.

921 (1) Vetus lex fuit apud Romanos, quae vetabat ne caelibes ab anno aetatis quinto ac vicesimo pares essent cum maritis, tum in aliis plurimis rebus, tum in eo, ut nihil ex testamento caperent, qui non essent genere proximi. Orbos vero multabat dimidia parte bonorum, quae ipsis relicta erant. (2) Tulerant hanc legem veteres Romani, cum sperarent futurum hac ratione, ut urbs Roma et reliquae provinciae imperii Romani hominum multitudine abundarent. Etenim paulo ante hanc legem quamplurimos homines amiserant bellis civilibus absumptos. (3) Cum igitur animadverteret imperator, eos qui virginitatem et orbitatem propter amorem Dei consectarentur, ob id peiore loco esse; stultum esse existimavit, credere humanum genus humana posse cura ac diligentia amplificari: cum natura iuxta Dei dispensationem semper aut detrimentum accipiat, aut incrementum. Itaque legem dedit ad populum, ut caelibes et orbi

ἀγάμους καὶ ἄπαιδας. (4) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλέον ἔχειν ἐνομοθέτησε τοὺς ἐν ἐγκρατείᾳ καὶ παρθενίᾳ βιοῦντας, ἄδειαν αὐτοῖς δοὺς ἄρρεσί τε καὶ θηλείαις, καὶ ἀνήβοις οὖσι, διατίθεσθαι παρὰ τὸ κοινῇ κρατοῦν ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ. Περὶ πάντων γὰρ εὖ βούλεσθαι ᾠήθη, οἷς ἔργον ἀεὶ τὸ Θεῖον θεραπεύειν καὶ φιλοσοφίαν ἀσκεῖν. Ἐπεὶ τούτου χάριν καὶ οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι ἀδεῶς διατίθεσθαι τὰς ἑστιακὰς παρθένους καὶ ἑξαετεῖς οὔσας ἐνομοθέτησαν.

(5) Τεκμήριον δὲ κἀκεῖνο μέγιστον τῆς τοῦ βασιλέως 922
περὶ τὴν θρησκείαν αἰδοῦς. Τοὺς μὲν γὰρ πανταχῇ κληρικοὺς θέσει νόμου ἀτελεῖς ἀνῆκε· τῶν δὲ ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν ἐπέτρεψε τοῖς δικαζομένοις, ἣν βούλωνται τοὺς πολιτικοὺς ἄρχοντας παραιτεῖσθαι· κυρίαν δὲ εἶναι τὴν αὐτῶν ψῆφον καὶ κρείττω τῆς τῶν ἄλλων δικαστῶν, ὡσανεὶ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐξενεχθεῖσαν· εἰς ἔργον δὲ τὰ κρινόμενα ἄγειν τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς διακονουμένους αὐτοῖς στρατιώτας· ἀμετατρέπτους τε εἶναι τῶν συνόδων τοὺς ὅρους.

(6) Εἰς τοῦτο δέ με προελθόντα γραφῆς ἄξιον μὴ παρα- 923
λιπεῖν τὰ νενομοθετημένα ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλη-

---

pari iure quo reliqui omnes fruerentur. (4) Quinetiam lege sanxit, ut qui in virginitate et continentia vitam agerent, privilegio aliquo potirentur: liberam ipsis facultatem largitus tam masculis quam feminis, licet adhuc impuberes essent, testamentum faciendi, contra morem qui ubique in imperio Romano observatur. De omnibus enim rebus recte consulere ac disponere censuit eos, quibus id unum opus studiumque esset, ut Deum assidue colerent et philosophiae vacarent. Nam et ob eandem causam veteres Romani legem tulerunt, ut virgines Vestae sexto etiam aetatis anno testamentum facere possent.

(5) Fuit hoc etiam argumentum vel maximum reverentiae 922
quam pius princeps erga religionem gerebat. Nam et omnes ubique clericos immunitate donavit, lege hac de re specialiter data; et litigantibus permisit, ut ad episcoporum iudicium provocarent, si magistratus civiles evitare vellent: eorum autem sententia rata esset aliorumque iudicum sententiis praevaleret, perinde ac si ab imperatore ipso data fuisset; utque res ab episcopis iudicatas rectores provinciarum eorumque officiales exsecutioni mandarent: postremo ut conciliorum decreta firma et inconcussa essent.

(6) Sed quoniam eo usque progressa est oratio, consenta- 923
neum fuerit ea quoque commemorare, quae ab illo constituta

σίαις ἐλευθερουμένων. Ὑπὸ γὰρ ἀκριβείας νόμων καὶ ἀκόντων τῶν κεκτημένων πολλῆς δυσχερείας οὔσης περὶ τὴν κτῆσιν τῆς ἀμείνονος ἐλευθερίας, ἣν πολιτείαν Ῥωμαίων καλοῦσι, τρεῖς ἔθετο νόμους, ψηφισάμενος πάντας τοὺς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένους ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσι, πολιτείας Ῥωμαϊκῆς τυγχάνειν. (7) Ταύτης τῆς εὐσεβοῦς ἐφευρέσεως εἰς ἔτι νῦν ὁ χρόνος φέρει τὸν ἔλεγχον, ἔθους κρατοῦντος τοὺς περὶ τούτου νόμους προγράφεσθαι ἐν τοῖς γραμματείοις τῶν ἐλευθεριῶν. Ὁ μὲν δὲ Κωνσταντῖνος τοιαῦτα ἐνομοθέτει καὶ διὰ πάντων ἐσπούδαζε τὴν θρησκείαν γεραίρειν.

MG 67, 881 sqq.

## De Liberio et formula Sirmiana tertia (358).

[Ib. 4, 15.]

924 (1) Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐπανελθὼν ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς Σίρμιον ὁ βασιλεύς, πρεσβευσαμένων τῶν ἀπὸ τῆς Δύσεως ἐπισκόπων, μετακαλεῖται Λιβέριον ἐκ Βεροίας. (2) Παρόντων τε τῶν ἀπὸ τῆς Ἕω πρέσβεων, συναγαγὼν τοὺς παρατυχόντας ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἱερέας, ἐβιάζετο αὐτὸν ὁμολογεῖν μὴ εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον. (3) Ἐνέκειντο δὲ καὶ τὸν κρατοῦντα ἐπὶ τοῦτο ἐκίνουν, πλείστην παρ' αὐτῷ παρρησίαν ἄγοντες, Βασίλειος καὶ Εὐστάθιος καὶ Ἐλεύσιος. (4) Οἳ δὴ τότε εἰς μίαν γραφὴν ἀθροί-

---

sunt ad utilitatem eorum, qui in Ecclesiis manumittuntur. Nam cum ob nimiam legum severitatem et invitis dominis potior libertas, quam Romanam civitatem vocant, difficile admodum acquireretur, tres tulit leges, quibus constituit, ut quicumque in Ecclesia sub testimonio sacerdotum libertate donati essent, civitatem Romanam consequerentur. (7) Huius piae institutionis indicium aetas nostra adhuc retinet, cum moris sit, ut leges hac de re scriptae praefigantur in tabulis manumissionum. Et haec quidem sanxit Constantinus et religionem christianam modis omnibus ornare studuit.

924 (1) Haud multo post imperator ab urbe Roma Sirmium reversus, cum occidentales episcopi legationem ad ipsum misissent, Liberium Beroea ad se accersivit. (2) Cumque adessent legati episcoporum Orientis, convocatis sacerdotibus, qui in comitatu erant, Liberium coepit compellere, ut Filium Patri non esse consubstantialem profiteretur. (3) Instabant autem et imperatorem ad hoc impellebant Basilius, Eustathius et Eleusius, qui praecipua apud ipsum auctoritate pollebant. (4) Qui cum ea, quae contra Paulum Samo-

σαντες τὰ δεδογμένα ἐπὶ Παύλῳ τῷ ἐκ Σαμοσάτων καὶ Φωτεινῷ τῷ ἐκ Σιρμίου καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν τοῖς ἐγκαινίοις τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, ὡς ἐπὶ προφάσει τοῦ ὁμοουσίου ἐπιχειρούντων τινῶν ἰδίαν συνιστάνειν αἵρεσιν, παρασκευάζουσι συναινέσαι ταύτῃ Λιβέριον, Ἀθανάσιόν τε καὶ Ἀλέξανδρον καὶ Σεβηριανὸν καὶ Κρίσκεντα, οἳ ἐν Ἀφρικῇ ἱέρωντο. (5) Ὁμοίως δὲ συνῄνουν καὶ Οὐρσάκιος καὶ Γερμήνιος ὁ Σιρμίου, καὶ Οὐάλης ὁ Μουρσῶν ἐπίσκοπος, καὶ ὅσοι ἐκ τῆς Ἕω παρῆσαν. (6) Ἐν μέρει δὲ καὶ ὁμολογίαν ἐκομίσαντο παρὰ Λιβερίου ἀποκηρύττουσαν τοὺς μὴ κατ' οὐσίαν καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀποφαίνοντας. Ἡνίκα γὰρ τὴν Ὁσίου ἐπιστολὴν ἐδέξαντο Εὐδόξιος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ Ἀετίου αἱρέσει σπουδάζοντες, ἐλογοποίουν, ὡς καὶ Λιβέριος τὸ ὁμοούσιον ἀπεδοκίμασε καὶ ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δοξάζει.

(7) Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ὧδε κατώρθωτο τοῖς ἐκ τῆς Δύσεως 925
πρέσβεσιν, ἀπέδωκεν ὁ βασιλεὺς Λιβερίῳ τὴν ἐπὶ Ῥώμην ἐπάνοδον. (8) Γράφουσί τε προσδέξασθαι αὐτὸν οἱ ἐν Σιρμίῳ ἐπίσκοποι Φίληκι, τῷ ἡγουμένῳ τότε τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, καὶ τῷ ἐνθάδε κλήρῳ· ἄμφω δὲ τὸν ἀποστο-

---

satensem et contra Photinum, episcopum Sirmii, decreta fuerant, ac praeterea fidei formulam in dedicatione Antiochensis basilicae editam in unum tunc libellum coniecissent, perinde quasi quidam sub obtentu vocabuli consubstantialis propriam haeresim stabilire conarentur, effecerunt, ut Liberius et Athanasius, Alexander, Severianus et Crescens, Africae episcopi, ei formulae consentirent. (5) Consenserunt pariter Ursacius et Germinius, episcopus Sirmii, et Valens Mursae et quotquot ex Orientis partibus aderant episcopi. (6) Sed et confessionem a Liberio vicissim susceperunt, qua eos, qui Filium secundum substantiam et per omnia Patri similem non esse assererent, alienos ab Ecclesia pronuntiabat. Nam cum Eudoxius, et qui cum illo Antiochiae opinioni Aetii favebant, Hosii epistulam accepissent, sparsis rumoribus divulgaverant Liberium quoque consubstantialis vocabulum condemnasse et Filium Patri dissimilem confiteri.

(7) His per Occidentalium legatos confectis imperator 925
Romam redeundi potestatem Liberio concessit. (8) Scripserunt etiam episcopi, qui Sirmium convenerant, ad Felicem, qui tum Romanae Ecclesiae praesidebat, et ad clerum eiusdem

λικὸν ἐπιτροπεύειν θρόνον καὶ κοινῇ ἱερᾶσθαι μεθ' ὁμονοίας ἀμνηστίᾳ τε παραδοῦναι τὰ συμβάντα ἀνιαρὰ διὰ τὴν Φίληκος χειροτονίαν καὶ τὴν Λιβερίου ἀποδημίαν. (9) Οἷα γὰρ τὰ ἄλλα καλὸν καὶ ἀγαθὸν τὸν Λιβέριον καὶ ἀνδρείως ὑπὲρ τοῦ δόγματος ἀντειπόντα τῷ βασιλεῖ ἠγάπα ὁ τῶν Ῥωμαίων δῆμος· ὡς καὶ μεγίστην ἀνακινηθῆναι στάσιν καὶ μέχρι φόνων χωρῆσαι. (10) Ὀλίγον δὲ χρόνον Φίληκος ἐπιβιώσαντος μόνος Λιβέριος τῆς Ἐκκλησίας προΐστατο. Ταύτῃ πῃ τοῦ Θεοῦ διοικήσαντος, ὥστε τὸν Πέτρου θρόνον μὴ ἀδοξεῖν ὑπὸ δύο ἡγεμόσιν ἰθυνόμενον, ὃ διχονοίας σύμβολόν ἐστι καὶ ἐκκλησιαστικοῦ θεσμοῦ ἀλλότριον.

MG 67, 1149 sqq.

### De paenitentia publica in Ecclesia Romana.

[Ib. 7, 16, 6—10.]

926 (6) Ἐνθάδε [scil. ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ] γὰρ ἔκδηλός ἐστιν ὁ τόπος τῶν ἐν μετανοίᾳ ὄντων· ἑστᾶσι δὲ κατηφεῖς καὶ οἱονεὶ πενθοῦντες. (7) Ἤδη δὲ πληρωθείσης τῆς τοῦ Θεοῦ λειτουργίας, μὴ μετασχόντες ὧν μύσταις θέμις, σὺν οἰμωγῇ καὶ ὀδυρμῷ πρηνεῖς ἐπὶ γῆς ῥίπτουσι σφᾶς. Ἀντιπρόσωπος δὲ δεδακρυμένος ὁ ἐπίσκοπος προσδραμὼν ὁμοίως ἐπὶ τοῦ ἐδάφους πίπτει· σὺν ὀλολυγῇ καὶ τὸ πᾶν τῆς Ἐκ-

---

civitatis, ut Liberium susciperent utque ambo apostolicam sedem gubernarent et simul sacerdotio fungerentur absque ulla dissensione et quidquid molestiae acciderat propter Felicis ordinationem atque absentiam Liberii oblivioni traderent. (9) Nam Liberium utpote virum undequaque egregium et qui pro religione imperatori fortiter restitisset, populus Romanus impense diligebat, adeo ut eius causa gravissimam seditionem excitaverit et ad caedes usque proruperit. (10) Post haec vero cum Felix modico tempore supervixisset, Liberius solus Ecclesiam administravit. Quod quidem divina providentia ita dispensavit, ne sedes Petri dehonestaretur a duobus praesulibus simul gubernata, quod discordiae signum et ab ecclesiasticis legibus alienum est.

926 (6) Illic [scil. in Ecclesia Romana] enim in propatulo est paenitentium locus, in quo illi stant maesti ac veluti lugentes. (7) Peractisque iam missarum solemnibus, exclusi a communione sacrorum quae initiatis praeberi mos est, cum gemitu ac lamentis pronos se in terram abiciunt. Tum episcopus cum lacrimis ex adverso occurrens pariter ipse humi provolvitur: et universa Ecclesiae multitudo simul lamentans lacri-

κλησίας πλῆθος δακρύων ἐμπιπλᾶται. (8) Τὸ μετὰ τοῦτο δὲ πρῶτος ὁ ἐπίσκοπος ἐξανίσταται καὶ τοὺς κειμένους ἀνίστησι· καὶ ᾗ προσῆκεν ὑπὲρ ἡμαρτηκότων μεταμελουμένων εὐξάμενος, ἀποπέμπει. (9) Καθ' ἑαυτὸν δὲ ἑκοντὶ ταλαιπωρούμενος ἕκαστος, ἢ νηστείαις, ἢ ἀλουσίαις, ἢ ἐδεσμάτων ἀποχῇ, ἢ ἑτέροις οἷς προστέτακται, περιμένει τὸν χρόνον, εἰς ὅσον αὐτῷ τέταχεν ὁ ἐπίσκοπος. (10) Τῇ δὲ προθεσμίᾳ, ὥσπερ τι ὄφλημα διαλύσας τὴν τιμωρίαν, τῆς ἁμαρτίας ἀνίεται καὶ μετὰ τοῦ λαοῦ ἐκκλησιάζει. Τάδε μὲν ἀρχῆθεν οἱ Ῥωμαίων ἱερεῖς ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς φυλάττουσιν.

MG 67, 1459 sqq.

## De paenitentia Theodosii imp. post caedem Thessalonicensem.

[Ib. 7, 25, 1—18.]

(1) Μετὰ δὲ τὴν Εὐγενίου καθαίρεσιν ἀφικόμενος εἰς 927
Μεδιόλανον ὁ βασιλεύς, ἧκεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν εὐξόμενος. (2) Ὡς δὲ πρὸς ταῖς θύραις ἐγένετο, ὑπήντετο Ἀμβρόσιος ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος· καὶ λαβόμενος τῆς ἁλουργίδος ἐπὶ τοῦ πλήθους· «Ἐπίσχες», ἔφη. «Ἀνδρὶ γὰρ ὑπὸ ἁμαρτίας βεβήλῳ καὶ τὰς χεῖρας ᾑμαγμένας οὐκ ἐν δίκῃ ἔχοντι οὐ θεμιτὸν πρὸ μετανοίας τῆς τοῦ ἱεροῦ ἐπιβαίνειν οὐδοῦ, ἢ μυστηρίων θείων κοινωνεῖν.» (3) Ὁ δὲ

---

mis perfunditur. (8) Posthaec vero primus exsurgit episcopus ac prostratos erigit: factaque, ut decet, precatione pro peccatoribus paenitentiam agentibus, eos dimittit. (9) Privatim autem unusquisque sua sponte se macerans, aut ieiuniis, aut illuvie, aut ciborum abstinentia, vel aliis quibus iussus est modis, tempus quantumcunque ipsi ab episcopo constitutum est, exspectat. (10) Ubi vero praestitutus dies advenit, tanquam debito quodam persoluto, a poena commissi sceleris liberatur et reliquo Ecclesiae populo sociatur. Haec episcopi urbis Romae iam inde ab ultima vetustate ad nostram usque aetatem custodiunt.

(1) Post Eugenii necem imperator Mediolanum in- 927
gressus, orandi causa ad ecclesiam processit. (2) Cumque ad fores venisset, occurrit ei Ambrosius, civitatis episcopus; et apprehensa eius purpura coram omni multitudine: «Siste gradum», inquit. «Homini enim ob delicta profano et manus iniusta caede pollutas gerenti ante paenitentiam actam sacrum limen intrare non licet nec ad sacrorum mysteriorum communionem accedere.» (3) Tum vero imperator, sacerdotis

βασιλεὺς θαυμάσας τὸν ἱερέα τῆς παρρησίας, σύννους γεγονώς, ὑπέστρεφεν ὑπὸ τῆς μετανοίας κεντούμενος.

928 (4) Ἦν δὲ τῆς ἁμαρτίας πρόφασις τοιάδε. Βουθερίκου τοῦ ἡγουμένου τότε τῶν παρ' Ἰλλυριοῖς στρατιωτῶν ἡνίοχος τὸν οἰνοχόον αἰσχρῶς ἰδὼν ἐπείρασε. Καὶ συλληφθεὶς ἐν φρουρᾷ ἦν. (5) Ἐπισήμου δὲ ἱπποδρομίας ἐπιτελεῖσθαι μελλούσης, ὡς ἀναγκαῖον εἰς τὴν ἀγωνίαν ὁ Θεσσαλονικέων δῆμος ἐζήτει ἀφίεσθαι· ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυεν, εἰς χαλεπὴν κατέστη στάσιν καὶ τελευτῶν τὸν Βουθερίχαν [sic] ἀνεῖλε. (6) Καὶ ἐπεὶ τάδε ἐμηνύθη, εἰς ἄμετρον ὀργὴν ἐμπεσὼν ὁ βασιλεὺς ῥητὸν τῶν προστυγχανόντων ἀριθμὸν ἀναιρεθῆναι προσέταξεν. (7) Ἐντεῦθεν δὲ πολλῶν ἀδίκων ἐνεπλήσθη φόνων ἡ πόλις. . . .

929 (11) Τοιούτων δὲ καὶ ἑτέρων, ὡς εἰκός, συγκυρησάντων κακῶν, ἐπαιτιώμενος Ἀμβρόσιος τὸν βασιλέα, τῆς ἐκκλησίας εἶρξε καὶ ἀκοινώνητον ἐποίησε. (12) Δημοσίᾳ δὲ καὶ αὐτὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ὡμολόγησε· καὶ πάντα τὸν ὁρισθέντα αὐτῷ χρόνον εἰς μετάνοιαν, οἷά γε πενθῶν, βασιλικῷ κόσμῳ οὐκ ἐχρήσατο. (13) Καὶ νόμον προσέταξε, τοὺς διακονουμένους τοῖς τοῦ βασιλέως προστάγμασιν εἰς τριακοστὴν ἡμέραν ἀναβάλλεσθαι τὴν τιμω-

---

libertatem admiratus, ad se rediit, et paenitentiae stimulis compunctus abscessit.

928 (4) Peccati vero haec fuerat occasio: Butherici eo tempore magistri militum per Illyricum pincernam auriga amore eius captus de stupro sollicitaverat; eamque ob causam comprehensus in custodia tenebatur. (5) Cum autem nobile equorum certamen in circo edendum esset, populus Thessalonicensis postulavit, ut is tanquam ad illud certamen necessarius dimitteretur. Sed cum nihil proficeret, gravissimam seditionem commovit ac postremo Buthericum ipsum interfecit. (6) Ea re nuntiata, imperator incredibili ira succensus certum numerum eorum qui obvii fierent, obtruncari praecepit. (7) Hac occasione civitas multorum innocentium sanguine completa est. . . .

929 (11) Horum igitur malorum et aliorum complurium, quae tum, ut verisimile est, acciderunt, causam imperatori ascribens Ambrosius, eum ab aditu ecclesiae reppulit et a communione removit. (12) Imperator vero peccatum suum publice in ecclesia confessus est: et toto illo temporis spatio quod ipsi ad paenitentiam praestitutum fuerat, tanquam qui in luctu esset, imperiali cultu minime est usus. (13) Quin etiam legem tulit, ut qui principis iussionibus obsequuntur, in tricesimum usque diem differrent supplicia eorum qui capite damnati

ρίαν τῶν ἐπὶ θανάτῳ καταδεδικασμένων, ὥστε καὶ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον μαλάσσειν τὴν τοῦ βασιλέως ὀργήν, καὶ τοῦ θυμοῦ παρακμάζοντος, ἐλέῳ καὶ μεταμελείᾳ γενέσθαι χώραν.
MG 67, 1493 sqq.

## THEODORETUS EP. CYRENSIS circa 393—458.

### De exsilio et reditu Liberii.

[Historia ecclesiastica (scripta circa 450) 2, 17 (14), 1—10.]

(1) Ὁ μὲν δὴ νικηφόρος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστής[1] τὴν 930
Θράκην ὡς προσετάχθη κατέλαβεν. (2) Δύο δὲ διεληλυθότων ἐτῶν, ὁ μὲν Κωνστάντιος εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο· αἱ δὲ τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιωμάτων ὁμόζυγοι τοὺς ἄνδρας ἐλιπάρουν, ἱκετεῦσαι τὸν Κωνστάντιον, ἀποδοῦναι τὸν νομέα τῇ ποίμνῃ, φάσκουσαι εἰ μὴ πείσαιεν, αὐτοὺς μὲν καταλείψειν, πρὸς δὲ τὸν μέγαν ἐκεῖνον διαδραμεῖσθαι ποιμένα. (3) Οἱ δὲ ἔφασαν δεδιέναι τὸν βασιλέως θυμόν· «ἄνδρας γὰρ ὄντας οὐδὲ μιᾶς ἴσως ἀξιώσει συγγνώμης. Ὑμῖν δὲ ἀντιβολούσαις φειδοῦς δήπουθεν μεταδώσει καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ τὴν ἱκετηρίαν δέξεται, ἢ μὴ πειθόμενος ἀπαθεῖς ἀποπέμψει.» Ταύτην δεξάμεναι τὴν εἰσήγησιν αἱ ἀξιέπαινοι γυναῖκες μετὰ τῆς συνήθους πολυτελείας προσῆλθον τῷ βασιλεῖ, ὅπως περιφανεῖς ἐκ τῆς ἐσθῆτος ὑπολαβὼν αἰδοῦς αὐτὰς καὶ φειδοῦς ἀξιώσῃ.

---

essent, eo scilicet consilio, ut interiecti temporis spatium imperatoris iram leniret, et imminuto iam furore, locus miserationi et paenitentiae relinqueretur.

(1) In Thraciam ergo, sicut fuerat imperatum, triumphans 930
veritatis athleta[1] profectus est. (2) Biennio autem elapso, cum Romam venisset Constantius, procerum honoratorumque coniuges viros suos rogarunt, ut pastorem gregi suo reddi ab eo postularent, addentes se, nisi exorarent, deserturas eos et ad egregium illum pastorem convolaturas. (3) At illi principis iram vereri se dixerunt: sibi enim, quod viri essent, veniam fortasse nullam concessurum. «Vobis vero, aiebant, si deprecemini, condonabit haud dubie duorumque alterum eveniet, ut vel preces vestras suscipiat, vel si respuit, vos illaesas dimittat.» (4) Hoc consilium amplexae praestantes feminae soliti splendoris ornatu ad imperatorem se conferunt, ut nobiles eas esse ex veste coniciens reverentiam illis et benignitatem impertiret.

---

[1] scil. Liberius.

931 (5) Οὕτω δὲ προσελθοῦσαι ἱκέτευον οἰκτεῖραι πόλιν τοσαύτην ποιμένος ἐστερημένην καὶ ταῖς τῶν λύκων ἐπιβουλαῖς εὐάλωτον γενομένην. (6) Ὁ δὲ ἔφη μὴ δεῖσθαι νομέως ἑτέρου τὴν πόλιν, ποιμένα δὲ ἔχειν προμηθεῖσθαι δυνάμενον. Καὶ γὰρ ἐκεχειροτόνητο μετὰ τὸν μέγαν Λιβέριον τῶν διακόνων τις πιστῶν ἐκείνου· Φίληξ ὄνομα τούτῳ ἦν· ὃς τὴν μὲν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἄσυλον διεφύλαττε, τοῖς δέ γε διαφθείρουσι ταύτην ἀδεῶς ἐκοινώνει. Οὐδεὶς μέντοι τῶν οἰκούντων τὴν Ῥώμην εἰς εὐκτήριον εἰσελήλυθεν οἶκον ἔνδον ὄντος ἐκείνου. (7) Τοῦτο δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἔφασαν ἐκεῖναι τῷ βασιλεῖ. Οὗ δὴ χάριν ἐπικαμφθεὶς προσέταξε μὲν τὸν πάντα ἄριστον ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν, κοινῇ δὲ ἀμφοτέρους τὴν Ἐκκλησίαν ἰθύνειν.

932 (8) Τούτων ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ τῶν γραμμάτων ἀναγνωσθέντων, ἐξεβόησε τὸ πλῆθος, δικαίαν εἶναι λέγον τοῦ βασιλέως τὴν ψῆφον· διχῇ γὰρ διῃρῆσθαι τοὺς θεατάς, ἀπὸ τῶν χροιῶν τὰς ἐπωνυμίας ἔχοντας· καὶ χρῆναι τὸν μὲν τούτων, τὸν δὲ ἐκείνων ἡγεῖσθαι. (9) Οὕτω κωμῳδήσαντες τοῦ βασιλέως τὰ γράμματα κοινὴν ἀφῆκαν φωνήν· «Εἷς Θεός, εἷς Χριστός, εἷς ἐπίσκοπος». Αὐτὰς γὰρ θεῖναι τὰς φωνὰς ὑπέλαβον δίκαιον. (10) Μετὰ ταύτας τοῦ φιλοχρίστου δήμου τὰς εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ κοσμουμένας

---

931 (5) Sic comparentes orabant enixe, ut tantam urbem pastore orbatam luporumque insidiis expositam misereretur. (6) Ille vero alio pastore urbi opus non esse respondit, habere illam idoneum, qui eius curam gereret. Ordinatus enim post magnum Liberium fuerat ex eius diaconis unus, Felix nomine, qui expositam Nicaeae fidem illibatam quidem servabat, sed cum iis, qui hanc depravabant, libere communicabat. Quo factum, ut in ecclesiam, dum intus esset, nemo civium Romanorum sit ingressus. (7) Quod cum imperatori matronae suggessissent, ea re inflexus eximium illum pastorem redire iussit utrumque vero communi opera Ecclesiam gubernare.

932 (8) Lectis in circo his litteris populus exclamavit aequam esse imperatoris sententiam. Bifariam quippe divisos esse spectatores discretis nominibus ex colorum varietate, et propterea illorum his unum, alterum aliis praeesse oportere. (9) Hoc modo imperatoris litteras cum irrisissent, in unam vocem omnes pariter eruperunt: «Unus Deus, unus Christus, unus episcopus!» Ipsa enim eorum verba referenda censui. (10) Post hanc populi christiani pietate ac iustitia insignem

βοὰς ἐπανῆκε Λιβέριος ὁ θεσπέσιος. Ὁ δὲ Φίληξ ὑποχωρήσας ἑτέραν ᾤκησε πόλιν.

CB Theodoret (ed. *L. Parmentier*) 136 sq. MG 82, 1039 sqq.

## De paenitentia Theodosii imperatoris (390).

[Ib. 5, 18 (17), 2—6.]

2. (1) Ταύτην μαθὼν τὴν ὀδυρμῶν γέμουσαν συμφορὰν 933
Ἀμβρόσιος ἐκεῖνος, οὗ πολλάκις ἐμνήσθην, ἀφικόμενον εἰς τὴν Μεδιόλανον τὸν βασιλέα καὶ συνήθως εἰς τὸν θεῖον εἰσελθεῖν βουληθέντα νεὼν, ὑπαντήσας ἔξω τῶν προθύρων, ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν προπυλαίων τοιάδε λέγων ἐκώλυσεν· «Οὐκ οἶσθα, ὡς ἔοικεν, ὦ βασιλεῦ, τῆς εἰργασμένης μιαιφονίας τὸ μέγεθος, οὐδὲ μετὰ τὴν τοῦ θυμοῦ παῦλαν ὁ λογισμὸς ἐπέγνω τὸ τολμηθέν. (2) Οὐκ ἐᾷ γὰρ ἴσως τῆς βασιλείας ἡ δυναστεία ἐπιγνῶναι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ἐπιπροσθεῖ ἡ ἐξουσία τῷ λογισμῷ. . . . (6) Ἄπιθι τοίνυν, καὶ μὴ πειρῶ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν αὔξειν παρανομίαν καὶ δέχου τὸν δεσμόν, ᾧ ὁ Θεὸς ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης ἄνωθεν γίγνεται σύμψηφος. Ἰατρικὸς δὲ οὗτος καὶ πρόξενος ὑγιείας.»

3. (1) Τούτοις εἴξας ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις (τοῖς γὰρ 934
θείοις λογίοις ἐντεθραμμένος ᾔδει σαφῶς τίνα μὲν τῶν ἱερέων, τίνα δὲ τῶν βασιλέων ἴδια), στένων καὶ δακρύων ἐπανῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια. (2) Χρόνου δὲ συχνοῦ διελθόντος, ὀκτὼ γὰρ ἀναλώθησαν μῆνες, κατέλαβεν ἡ τοῦ Σωτῆρος

---

acclamationem reversus est divinus Liberius. Felix vero recedens in alia civitate sedem fixit.

2. (1) Hac audita lacrimabili calamitate Ambrosius ille, 933
quem saepe memoravi, imperatori, cum Mediolanum venisset atque in sacrum templum de more ingredi vellet, obviam procedens extra vestibulum sacris illum liminibus pedem inferre tali oratione vetuit: «Ignorare videris, o imperator, patratae a te caedis quanta sit magnitudo, neque adhuc post sedatam iram admissum facinus ratio pervidit. (2) Non sinit enim fortasse imperatoria potestas peccatum cognoscere, rationique tenebras offundit principatus. . . . (6) Recede igitur et cave prius crimen altero crimine augere coneris, sed vinculum admitte, quo te ligari Deus omnium Dominus sursum probat. Medicinam id faciet sanitatemque restituet.»

3. (1) His verbis inflexus imperator (in divinis enim eloquiis 934
educatus apprime norat, quaenam sacerdotum essent partes et quaenam imperatorum), cum gemitu et lacrimis rediit in palatium. (2) Longo autem post tempore octo mensibus inter-

ἡμῶν γενέθλιος ἑορτή· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν τοῖς βασιλείοις καθῆστο, τὴν τῶν δακρύων ἀναλίσκων λιβάδα.

935 (3) Τοῦτο θεασάμενος Ῥουφῖνος (μάγιστρος δὲ τηνικαῦτα ἦν καὶ πολλῆς μετεῖχε παρρησίας, ἅτε δὴ συνηθέστερος ὤν), προσελθὼν ἤρετο τῶν δακρύων τὸ αἴτιον. (4) Ὁ δὲ πικρὸν ἀνοιμώξας καὶ σφοδρότερον προχέας τὸ δάκρυον· «Σὺ μέν, ἔφη, ὦ Ῥουφῖνε, παίζεις, τῶν γὰρ ἐμῶν οὐκ ἐπαισθάνῃ κακῶν. Ἐγὼ δὲ στένω καὶ ὀλοφύρομαι τὴν ἐμαυτοῦ συμφοράν, λογιζόμενος, ὡς τοῖς μὲν οἰκέταις καὶ τοῖς προσαίταις ἄνετος ὁ θεῖος νεώς, καὶ εἰσίασιν ἀδεῶς καὶ τὸν οἰκεῖον ἀντιβολοῦσιν Δεσπότην, ἐμοὶ δὲ καὶ οὗτος ἄβατος καὶ πρὸς τούτῳ μοι ὁ οὐρανὸς ἀποκέκλεισται. (5) Μέμνημαι γὰρ τῆς Δεσποτικῆς φωνῆς, ἣ διαρρήδην φησίν· ‚Ὃ ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς'» [Mt 18, 18]. (6) Ὁ δέ· «Δραμοῦμαι, ἔφη, εἴ σοι δοκεῖ, καὶ τὸν ἀρχιερέα πείσω λιπαρήσας λῦσαί σου τὰ δεσμά.» (7) «Οὐ πείσεται, ἔφη ὁ βασιλεύς. Οἶδα γὰρ ἐγὼ τῆς Ἀμβροσίου ψήφου τὸ δίκαιον, οὐδὲ αἰδεσθεὶς τῆς βασιλείας τὴν ἐξουσίαν τὸν θεῖον παραβήσεται νόμον.» (8) Ἐπειδὴ δὲ πλείοσι χρησάμενος ὁ Ῥουφῖνος λόγοις πείθειν ὑπέσχετο τὸν Ἀμβρόσιον, ἀπελθεῖν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς κατὰ τάχος ἐκέλευσεν· καὶ αὐτὸς δέ, ὑπὸ τῆς ἐλπίδος βουκοληθείς, ἠκολούθησε μετὰ βραχὺ ταῖς ὑποσχέσεσι τοῦ Ῥουφίνου πιστεύσας.

---

lapsis Servatoris nostri natalis dies advenerat, et imperator in palatio residebat magnam vim effundens lacrimarum.

935 (3) Quod cum animadvertisset Rufinus, qui magister officiorum tunc erat et summa libertate ut familiarissimus utebatur, ipsum adiens causam fletus percontatur. (4) At ille vehementius ingemiscens et uberiores in lacrimas erumpens: «Ludis, inquit, tu, Rufine, mea enim mala non sentis. Ego vero gemo et lugeo meam calamitatem considerans, quod servis et mendicis ad divinum templum pateat aditus intrentque securi et Domino suo supplicent: mihi vero et inaccessum illud sit et coelum insuper occlusum. (5) Memini enim Dominicam sententiam: *Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in coelis.*» (6) Cui Rufinus: «Curram, si placet, ad pontificem et precibus adducam ut solvat vincula tua.» (7) «Non flectetur, ait imperator. Nota est mihi aequitas sententiae Ambrosii, neque ille reverentia imperatoriae potestatis divinam transgressurus est legem.» (8) Sed instante multis verbis Rufino et spondente se persuasurum Ambrosio, propere abire illum iubet imperator, atque ipse, falsa spe inductus, paulo post secutus est Rufini promissis confisus.

(9) Αὐτίκα δὲ τὸν Ῥουφῖνον ἰδὼν ὁ θεῖος Ἀμβρό- 936
σιος· «Τὴν τῶν κυνῶν, ἔφη, ὦ Ῥουφῖνε, ἀναίδειαν ζηλοῖς. Τοσαύτης γὰρ μιαιφονίας γενόμενος σύμβουλος, τὴν αἰδὼ τῶν μετώπων ἀπέξυσας καὶ οὔτε ἐρυθριᾷς οὔτε δέδιας, τοσοῦτον κατὰ τῆς θείας λυττήσας εἰκόνος.» (10) Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ῥουφῖνος ἠντιβόλει καὶ τὸν βασιλέα ἔλεγεν ἥξειν, ὑπὸ τοῦ θείου ζήλου πυρποληθεὶς Ἀμβρόσιος ὁ θεσπέσιος· «Ἐγώ, ἔφη, ὦ Ῥουφῖνε, προλέγω ὡς κωλύσω τῶν ἱερῶν αὐτὸν ἐπιβῆναι προθύρων. Εἰ δὲ εἰς τυραννίδα τὴν βασιλείαν μεθίστησι, δέξομαι κἀγὼ μεθ' ἡδονῆς τὴν σφαγήν.» (11) Τούτων ὁ Ῥουφῖνος ἀκούσας ἐμήνυσε διά τινος τῷ βασιλεῖ τὸν τοῦ ἀρχιερέως σκοπὸν καὶ μένειν εἴσω τῶν βασιλείων παρῄνησεν.

4. (1) Ὁ δὲ βασιλεὺς κατὰ μέσην τὴν ἀγορὰν ταῦτα 937
μαθών· «Ἄπειμι, ἔφη, καὶ τὰς δικαίας δέξομαι παροινίας.» (2) Ἐπειδὴ δὲ τοὺς ἱεροὺς περιβόλους κατέλαβεν, εἰς μὲν τὸν θεῖον οὐκ εἰσελήλυθε νεών· πρὸς δὲ τὸν ἀρχιερέα παραγενόμενος (ἐν δὲ τῷ ἀσπαστικῷ οὗτος οἴκῳ καθῆστο), ἐλιπάρει λυθῆναι τῶν δεσμῶν. (3) Ὁ δὲ τυραννικὴν ἐκάλει τὴν παρουσίαν, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ μεμηνέναι τὸν Θεοδόσιον ἔλεγε καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους πατεῖν. (4) Ὁ δὲ βασιλεύς· «Οὐ θρασύνομαι, ἔφη, κατὰ των κειμένων νόμων οὐδὲ παρανόμως ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν προθύρων

---

(9) Simul autem ut Rufinum vidit divinus Ambrosius: 936
«Canum, inquit, impudentiam aemularis, Rufine. Tantae enim caedis consiliarius pudorem de fronte abstersisti et neque erubescis neque formidas post tantam adversus divinam imaginem admissam rabiem.» (10) Cumque preces adhiberet Rufinus et imperatorem brevi adfuturum diceret, zelo divino succensus sanctus Ambrosius: «At ego, inquit, Rufine, praedico prohibiturum me illum sacrorum liminum ingressu. Quodsi imperium mutarit in tyrannidem, cum voluptate et ego caedem accipiam.» (11) His auditis Rufinus pontificis consilium imperatori per internuntium significavit suasitque ut inter palatium se contineret.

4. (1) Sed imperator cum haec medio in foro didicisset: 937
«Ibo, inquit, et iustas contumelias perferam.» (2) Cum autem ad sacra septa pervenisset, in divinum templum non est ingressus, sed ad pontificem in salutatorio residentem accedens, ut vinculis solveretur, obsecrabat. (3) Ille vero tyrannicum eius adventum appellabat et in Deum furere Theodosium aiebat eiusque leges conculcare. (4) Cui imperator: «Minime, ait, contra leges latas mihi arrogo nec sacra vestibula per

ἐφίεμαι ἀλλά σε λῦσαί μοι τὸν δεσμὸν ἀξιῶ καὶ τὴν τοῦ κοινοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν λογίσασθαι καὶ μὴ κλεῖσαί μοι θύραν, ἣν πᾶσι τοῖς μεταμελείᾳ χρωμένοις ὁ Δεσπότης ἀνέῳξεν.» (5) Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἔφη· «Ποίαν οὖν μεταμέλειαν ἔδειξας μετὰ τοσαύτην παρανομίαν; ποίοις δὲ φαρμάκοις τὰ δυσίατα ἐθεράπευσας τραύματα;» (6) Ὁ δὲ βασιλεύς· «Σὸν ἔργον, ἔφη, τὸ καὶ δεῖξαι καὶ κεράσαι τὰ φάρμακα, ἐμὸν δὲ τὸ δέξασθαι τὰ προσφερόμενα.» (7) Τότε ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος· «Ἐπειδὴ τῷ θυμῷ, ἔφη, τὸ δικάζειν ἐπιτρέπεις καὶ οὐχ ὁ λογισμὸς τὴν γνῶσιν ἀλλ' ὁ θυμὸς ἐκφέρει, γράψον νόμον τοῦ θυμοῦ τὰς ψήφους ἀργὰς ποιοῦντα καὶ περιττάς, καὶ τριάκοντα ἡμέρας αἱ φονικαὶ καὶ δημευτικαὶ μενέτωσαν γνώσεις ἐν γράμμασιν, τὴν τοῦ λογισμοῦ προσδεχόμεναι κρίσιν. (8) Διελθουσῶν δὲ τῶνδε τῶν ἡμερῶν, οἱ τὰ ἐγνωσμένα γεγραφότες τὰ προστεταγμένα δεικνύτωσαν. Καὶ τηνικαῦτα τοῦ θυμοῦ πεπαυμένου, καθ' ἑαυτὸν δικάζων ὁ λογισμός, ἐξετάσει τὰ ἐγνωσμένα καὶ ὄψεται εἴτε ἄδικα, εἴτε δίκαια εἴη. Καὶ εἰ μὲν εὕροι ἄδικα, δῆλον ὅτι διαρρήξει τὰ γεγραμμένα· εἰ δέ γε δίκαια, βεβαιώσει, καὶ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς οὐ λυμανεῖται τοῖς ὀρθῶς ἐγνωσμένοις.» (9) Ταύτην ὁ βασιλεὺς δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν καὶ ἄριστα ἔχειν ὑπολαβών, εὐθὺς γραφῆναί τε τὸν νόμον ἐκέλευσε καὶ

---

nefas ingredi cupio, sed, ut vincula mea solvas, oro, communisque Domini clementiae recorderis nec mihi occludas ianuam, quam Dominus paenitentiam agentibus omnibus patefecit.» (5) Et pontifex: «Quamnam tu, inquit, paenitentiam post tam iniquum facinus ostendisti? Aut quae medicamenta gravissimis vulneribus sanandis adhibuisti?» (6) «Tuum est, ait imperator, medicamenta ostendere et temperare, meum vero, quae adhibebuntur, accipere.» (7) Tum divinus Ambrosius: «Quoniam tu, inquit, iudicium iracundiae permittis, et non ratio sed furor profert sententiam, scribe legem, quae iracundiae sententias irritas reddat et inanes, diebusque triginta perscriptae maneant de caede vel publicatione latae sententiae rationis iudicium exspectantes. (8) Diebus autem transactis, qui iudicata scripsere, imperata exhibeant, ac tum ira sedata ratio apud se diiudicans expendet, quae decreta sunt, dispicietque, iustane sint an iniusta; et si quidem iniusta esse compererit, scripta utique conscindet, sin vero iusta, confirmabit, recteque iudicatis dierum numerus haudquaquam officiet.» (9) Consilium hoc amplectens imperator factuque optimum existimans legem statim conscribi iussit et manus

τοῖς τῆς οἰκείας χειρὸς ἐβεβαίωσε γράμμασι. (10) Τούτου δὲ γενομένου, διέλυσε τὸν δεσμὸν ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος.

5. (1) Οὕτως ὁ πιστότατος βασιλεὺς εἴσω γενέσθαι θαρρή- 938
σας τοῦ θείου νεώ, οὐχ ἑστὼς τὸν Δεσπότην ἱκέτευεν οὐδὲ τὰ γόνατα κλίνας, ἀλλὰ πρηνὴς ἐπὶ τοῦ δαπέδου κείμενος τὴν Δαυϊτικὴν ἀφῆκε φωνήν· «Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου» [Ps 118, 25]. (2) Καὶ ταῖς χερσὶν ἀποτίλλων τὰς τρίχας καὶ τὸ μέτωπον τύπτων καὶ ταῖς τῶν δακρύων σταγόσι τοὔδαφος καταρραίνων συγγνώμης ἠντιβόλει τυχεῖν. (3) Ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναστὰς μετὰ τῶν ἴσων δακρύων τῶν ἀνακτόρων ἐπέβη· προσενεγκὼν δέ, ὥσπερ εἰώθει, ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμένηκεν. (4) Ἀλλὰ πάλιν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλ' ἐξεπαίδευσε τὴν τῶν τόπων διαφοράν. (5) Καὶ πρῶτον μὲν ἤρετο εἴ τινος δέοιτο· τοῦ δὲ βασιλέως εἰρηκότος, ὡς προσμένει τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, ἐδήλωσεν, ὑπουργῷ τῷ τῶν διακόνων ἡγουμένῳ χρησάμενος, ὅτι «Τὰ ἔνδον, ὦ βασιλεῦ, μόνοις ἐστὶν ἱερεῦσι βατά· τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν ἄδυτά τε καὶ ἄψαυστα· ἔξιθι τοίνυν καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως· ἁλουργὶς γὰρ βασιλέας, οὐχ ἱερέας ποιεῖ.» (6) Καὶ ταύτην δὲ ὁ πιστότατος βασιλεὺς ἀσμένως δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, ἀντεδήλωσεν, ὡς οὐ θρασύτητι χρώμενος ἔνδον

---

suae subscriptione firmavit. (10) Quo facto divinus Ambrosius vinculum exsolvit.

5. (1) Ita demum intrare templum ausus fidelissimus im- 938
perator non stans nec genibus flexis Deum precatus est, sed pronus humi stratus in Davidicam vocem erupit: *Adhaesit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum.* (2) Et manibus capillum vellens et frontem percutiens et guttis lacrimarum pavimentum rigans veniam sibi dari postulabat. (3) Ubi autem tempus advenit, quo dona sacrae mensae offerret, surgens paribus cum lacrimis sanctuarium conscendit, donisque oblatis intus ad cancellos substitit, ut solebat. (4) Verum hic rursus non conticuit magnus Ambrosius, sed locorum discrimina edocuit. (5) Primumque, numquid vellet, rogavit; et cum imperator divinorum mysteriorum perceptionem exspectare se diceret, per primum diaconorum haec ei significavit: «Ad loca interiora, imperator, aditus solis sacerdotibus patet, ceteris omnibus invia sunt et intacta; proinde exi et cum aliis consiste; nam purpura imperatores facit, non sacerdotes.» (6) Quam itidem admonitionem aequo animo accipiens fidelissimus imperator renuntiari iussit se non

τῶν κιγκλίδων μεμένηκεν, ἀλλ' ἐν Κωνσταντινουπόλει τοῦτο εἶναι ἔθος μαθών· «Χάριν δὲ ὀφείλω, ἔφη, καὶ τῆσδε τῆς ἰατρείας.»

939 6. (1) Τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ καὶ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ ὁ βασιλεὺς διέλαμπον ἀρετῇ. (2) Ἀμφοτέρων γὰρ ἔγωγε ἄγαμαι, τοῦ μὲν τὴν παρρησίαν, τοῦ δὲ τὴν εὐπείθειαν· καὶ τοῦ μὲν τὴν τοῦ ζήλου θερμότητα, τοῦ δὲ τὴν τῆς πίστεως καθαρότητα. (3) Τοὺς δὲ δὴ τῆς εὐσεβείας ὅρους, οὓς παρὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως μεμάθηκε, καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν διετήρησεν. (4) Ἑορτῆς γὰρ αὐτὸν πάλιν θείας εἰς τὸν θεῖον ἀγαγούσης νεών, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν εὐθὺς ἐξελήλυθε. (5) Τοῦ δὲ τῆς Ἐκκλησίας προέδρου (Νεκτάριος δὲ τηνικαῦτα ἦν) δεδηλωκότος· «Τί δή ποτε μὴ μεμένηκας ἔνδον;» δυσχεράνας· «Μόγις, ἔφη, βασιλέως καὶ ἱερέως ἐδιδάχθην διαφοράν, μόγις γὰρ εὗρον ἀληθείας διδάσκαλον. Ἀμβρόσιον γὰρ οἶδα μόνον ἐπίσκοπον ἀξίως καλούμενον.» (6) Τοσοῦτον ὀνίνησιν ἔλεγχος παρὰ ἀνδρὸς ἀρετῇ λάμποντος προσφερόμενος.

CB Theodoret 307 sqq. MG 82, 1231 sqq.

## MARCIANUS imp. 450—457.

### Convocatio Concilii oecumenici (451).

*940 Νικηταὶ Οὐαλεντινιανὸς καὶ Μαρκιανός, Ἔνδοξοι, Τροπαιοῦχοι, Ἀεισέβαστοι, τοῖς ἁπανταχοῦ θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις.

---

animi arrogantia mansisse intra cancellos, sed quia Constantinopoli hunc morem esse didicerat; ceterum pro hac etiam curatione gratias agere.

939 6. (1) Tali ac tanta virtute emicuerunt tum imperator tum episcopus. (2) Utriusque enim admiror, huius libertatem, illius oboedientiam atque huius zeli ardorem, illius fidei sinceritatem. (3) Pietatis porro normam, quam a magno pontifice acceperat, Constantinopolim quoque reversus observavit. (4) Nam cum divinum rursus templum die festo intrasset, muneribus sacrae mensae oblatis exiit e vestigio. (5) Et cum Ecclesiae antistes, Nectarius is erat, rogaret, cur intus non maneret, ingemiscens: «Aegre tandem, inquit, imperatoris et sacerdotis discrimen sum edoctus. Veritatis magistrum vix tandem inveni. Unum enim Ambrosium novi, qui episcopus iure nuncupetur.» (6) Tantum affert emolumenti reprehensio, quae ab illustri virtute viro adhibetur.

940 Victores Valentinianus et Marcianus, Inclyti, Triumphatores, Semper Augusti, ad omnes ubique reverentissimos episcopos.

(1) Τῶν πραγμάτων ἁπάντων δεῖ προτιμᾶσθαι τὰ θεῖα τοῦ Θεοῦ γὰρ τοῦ παντοκράτορος εὐμενοῦς καθεστῶτος, τὰ τῆς κοινῆς πολιτείας καὶ φυλάττεσθαι καὶ βελτιοῦσθαι θαρροῦμεν. (2) Ἐπειδὴ τοίνυν ἀμφιβολίαι τινὲς περὶ τὴν ὀρθόδοξον θρησκείαν ἡμῶν γεγενῆσθαι δοκοῦσι, καθάπερ καὶ ἡ ἐπιστολὴ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς ἐνδόξου πόλεως Ῥώμης Λέοντος δηλοῖ, τοῦτο ἰδικῶς τῇ ἡμετέρᾳ ἤρεσεν ἡμερότητι, ἵνα ἁγία σύνοδος ἐν τῇ Νικαέων πόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας συγκροτηθῇ· ἐφ' ᾧ τε συμβαινόντων τῶν λογισμῶν καὶ πάσης τῆς ἀληθείας ἐρευνηθείσης, ἐκ ποδῶν γενομένων τῶν σπουδῶν, αἷς πρώην τινὲς χρησάμενοι τὴν ἁγίαν καὶ ὀρθόδοξον θρησκείαν διετάραξαν, τὴν ἀληθῆ πίστιν ἡμῶν σαφέστερον ἐπιγνωσθῆναι, ὥστε τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν δύνασθαι εἶναι ἀμφιβολίαν ἤτοι διχόνοιαν. (3) Ὅθεν ἡ ἁγιότης ὑμῶν μεθ' ὧν ἂν ἀρέσῃ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ οὓς ἂν ἐκ τῶν Ἐκκλησιῶν τῶν ὑπὸ τὴν φροντίδα τελουσῶν τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης ἀξιοπίστους, καὶ οὓς πρὸς τὴν τῆς ὀρθοδόξου θρησκείας διδασκαλίαν ἐμπαρασκεύους ὑπάρχειν δοκιμάσῃ, ἐπὶ τὴν προειρημένην Νικαέων πόλιν ἐντὸς καλανδῶν σεπτεμβρίων σπουδασάτω. . . . (5) Ἴστω

---

(1) Omnia ad veram fidem et Christianam orthodoxam religionem tendentia praeponenda aliis rebus existimamus. Deo enim propitio exsistente, et nostrum imperium et communes causas meliores fore confidimus. (2) Quia igitur dubitationes quaedam circa orthodoxam fidem motae sunt, sicut indicant et litterae sanctissimi archiepiscopi felicissimae Romae Leonis, placuit nobis proprie sanctum concilium fieri in Nicaea Bithyniae civitate: quatenus cunctis concordantibus, veritate examinata, et vacante omnium studio, quo quidam iam abusi, religionem turbaverunt orthodoxam, vera ac saluberrima fides sic omni mundo manifestetur, ut de cetero omnis quaestio et dubitatio auferatur. (3) Unde Tua Sanctitas, cum quantis approbaverit reverentissimis episcopis sub suo sacerdotio constitutis sanctarum Ecclesiarum, <expertas habentibus divinas Scripturas>, et in scientia et doctrina orthodoxae et verae fidei prae cunctis eminentibus, ad memoratam Nicaenam civitatem proximis Kalendis Septembris advenire festinet. (4) <Quisquis enim generalem et omni mundo utilem futuram synodum refutaverit, peccet equidem et circa divinitatem ipsam, et pietatem nostram offendat>[1]. (5) Agnoscat autem

---

[1] Haec in textu graeco desunt.

δὲ ἡ ὑμετέρα θεοφιλεία καὶ τὴν ἡμετέραν θειότητα τῇ σεβασμίᾳ παρεσομένην συνόδῳ, εἰ μὴ τυχὸν δημόσιαί τινες χρεῖαι εἰς ἐκστρατείας ἀπασχολήσωσιν.

Hard. 2, 45 sq. Msi 6, 551 sqq.

## CONCILIUM OECUM. CHALCEDONENSE 451.

### CANONES.

**9. Quod clericis non liceat praetermisso episcopo ad saecularia iudicia convolare.**

*941 (1) Εἴ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχοι, μὴ ἐγκαταλιμπανέτω τὸν οἰκεῖον ἐπίσκοπον καὶ ἐπὶ κοσμικὰ δικαστήρια κατατρεχέτω· ἀλλὰ πρότερον τὴν ὑπόθεσιν γυμναζέτω παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ἤγουν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούληται τὰ τῆς δίκης συγκροτείσθω. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσοι, κανονικοῖς ὑποκείσθω ἐπιτιμίοις. (2) Εἰ δὲ καὶ κληρικὸς ἔχοι πρᾶγμα πρὸς τὸν ἴδιον ἢ καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω. (3) Εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω.

---

et Tua Sanctitas, quia nostra pietas aderit in ipso concilio, nisi quaedam publicae et inevitabiles curae nos in expeditione fecerint occupari.

[Versio Dionysii Exigui.]

941 (1) Si quis clericus adversus clericum habet negotium, non deserat proprium episcopum et ad saecularia percurrat iudicia: sed prius actio ventiletur apud episcopum proprium; vel certe consilio eiusdem episcopi, apud quos utraeque partes voluerint, iudicium obtinebunt. Si quis autem praeter haec fecerit, canonicis correctionibus subiacebit. (2) Quod si clericus habet causam adversus episcopum proprium vel adversus alterum, apud synodum provinciae iudicetur. (3) Quod si adversus eiusdem provinciae metropolitanum episcopus vel clericus habet querelam, petat aut primatem dioeceseos aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae, et apud ipsam iudicetur.

17. **De parochiis.**

(1) Τὰς καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν ἀγροικικὰς παροικίας 942
ἢ ἐγχωρίους μένειν ἀπαρασαλεύτους παρὰ τοῖς κατέχουσιν αὐτὰς ἐπισκόποις, καὶ μάλιστα εἰ τριακονταετῆ χρόνον ταύτας ἀβιάστως διακατέχοντες ᾠκονόμησαν. (2) Εἰ δὲ ἐντὸς τῶν τριάκοντα ἐτῶν γεγένηταί τις ἢ γένοιτο περὶ αὐτῶν ἀμφισβήτησις, ἐξεῖναι τοῖς λέγουσιν ἠδικῆσθαι περὶ τούτων κινεῖν παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας. (3) Εἰ δέ τις παρὰ τοῦ ἰδίου ἀδικοῖτο μητροπολίτου, παρὰ τῷ ἐπάρχῳ τῆς διοικήσεως ἢ τῷ Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ δικαζέσθω, καθὰ προείρηται. (4) Εἰ δέ τις ἐκ βασιλικῆς ἐξουσίας ἐκαινίσθη πόλις ἢ αὖθις καινισθείη, τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν παροικιῶν ἡ τάξις ἀκολουθείτω.

28. **De privilegiis Ecclesiae Constantinopolis, novae Romae.**

(1) Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὅροις ἑπόμενοι 943*
καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομεν καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης. (2) Καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ Πατέρες

---

(1) Singularum Ecclesiarum rusticas parochias vel posses- 942
siones, manere inconcussas illis episcopis, qui eas retinere noscuntur, et maxime si per tricennium eas absque vi obtinentes sub dispensatione rexerunt. (2) Quod si intra tricennium facta est de his vel fiat altercatio, licere eis qui se laesos asserunt, apud sanctam synodum provinciae de his movere certamen. (3) Quod si quisquam a suo metropolitano laeditur, apud primatem dioeceseos aut apud sanctam Constantinopolitanam sedem iudicetur, sicut superius dictum est. (4) Si qua vero civitas potestate imperiali novata est, aut si protinus innovetur, civiles et publicas dispositiones ecclesiasticarum quoque parochiarum ordo subsequatur.

[Versio Gentiani Herveti.]

**(1) Sanctorum Patrum decreta ubique sequentes et canonem,** 943
qui nuper lectus est, centum et quinquaginta Dei amantissimorum episcoporum agnoscentes, eadem quoque et nos decernimus ac statuimus de privilegiis sanctissimae Ecclesiae Constantinopolis, novae Romae. (2) Etenim antiquae Romae throno, quod urbs illa imperaret, iure Patres

εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα, καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς ἐκείνην, μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν˙ (3) καὶ ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς καὶ τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ἀπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας˙ (4) δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται˙ χειροτονεῖσθαι δέ, καθὼς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γενομένων καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.

Lauchert 91 sqq. Hard. 2, 606 sqq. Msi 7, 361 sqq. Hf. 2, 512 sqq. HL 2, 2, 791 sqq.

943a *Definitionem de duabus naturis Christi v. D 148; de Primatu Romani Pontificis ib. 149.*

---

privilegia tribuerunt. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi sanctissimo novae Romae throno aequalia privilegia tribuerunt, recte iudicantes, urbem quae et imperio et senatu honorata sit et aequalibus cum antiquissima regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis, non secus ac illam, extolli ac magnifieri, secundam post illam exsistentem: (3) et ut Ponticae et Asianae et Thraciae dioeceseos metropolitani soli, praeterea episcopi praedictarum dioecesium quae sunt inter barbaros, a praedicto throno sanctissimae Constantinopolitanae Ecclesiae ordinentur: (4) unoquoque scilicet praedictarum dioecesium metropolitano cum provinciae episcopis provinciae episcopos ordinante, quemadmodum divinis canonibus est traditum; ordinari autem, sicut dictum est, praedictarum dioecesium metropolitanos a Constantinopolitano archiepiscopo, convenientibus de more factis electionibus et ad ipsum relatis.

## ANATOLIUS EP. CONSTANTINOPOLITANUS
obiit circa 458.

### De synodo «endemusa».
[Concilii Chalcedonensis (451) actio 4.]

(1) Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπε· «Συνήθεια ἄνωθεν κεκράτηκε, τοὺς ἐνδημοῦντας τῇ μεγαλωνύμῳ πόλει ἁγιωτάτους ἐπισκόπους, ἡνίκα καιρὸς καλέσῃ, περὶ ἀνακυπτόντων τινῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων συνεῖναι καὶ διατυποῦν ἕκαστα καὶ ἀποκρίσεως ἀξιοῦν τοὺς δεομένους. (2) Οὐδὲν τοίνυν καινοτομίας παρ' ἐμοῦ ἐχόμενον γεγένηται, οὐδὲ συνεδρεύσαντες κατὰ τὸ σύνηθες οἱ ἐνδημοῦντες ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι κοινὸν τύπον ἐξήνεγκαν· καὶ δείκνυσι τὴν παρουσίαν τῶν ἐπισκόπων ἡ γενομένη πρᾶξις.» 944

Hard. 2, 439 sqq. Msi 7, 92.

## TIRO PROSPER AQUITANUS obiit circa 463.

### De Liberio Romano.
[Epitoma Chronicon (prima redactio 433, tertia 455) 1076, ad a. Chr. 348.]

(1) Romanae Ecclesiae XXXIV episcopus ordinatur Liberius, quo in exsilium nono episcopatus sui anno ob fidem truso, omnes clerici iuraverunt, quod nullum alium susciperent. (2) Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotio substitutus, plurimi perieraverunt et post annum reverso in urbem Liberio cum Felice eiecti sunt. 945

Ed. *Mommsen*, Monum. Germ. hist., auctores antiquissimi 9, 454. ML 51, 578 sq. Cf. *Hieronymus*, Chronicon 2365: n. 630.

---

(1) Anatolius reverentissimus episcopus Constantinopolis dixit: «Tenuit pridem consuetudo, ut qui in magna hac civitate morantur sanctissimi episcopi, cum eos temporis occasio vocat, de emergentibus quibusdam ecclesiasticis causis conveniant ac singula definiant responsoque eos dignentur, qui precantur aliquid. (2) Nihil ergo a me factum est, quod novitati sit affine: nec qui ex consuetudine consederunt sanctissimi qui in civitate erant episcopi, novam formam protulerunt; ac ostendit praesentiam episcoporum actio quae facta est.» 944

### De Leone Papa I et Attila[1].

[Ib. 1367 ad a. Chr. 452.]

946 (1) Attila redintegratis viribus, quas in Gallia amiserat, Italiam ingredi per Pannonias intendit, nihil duce nostro Aetio secundum prioris belli opera prospiciente, ita ut ne clusuris quidem Alpium, quibus hostes prohiberi poterant, uteretur, hoc solum spebus suis superesse existimans, si ab omni Italia cum imperatore discederet. (2) Sed cum hoc plenum dedecoris et periculi videretur, continuit verecundia metum, et tot nobilium provinciarum latissima eversione credita est saevitia et cupiditas hostilis explenda, nihilque inter omnia consilia principis ac senatus populique Romani salubrius visum est, quam ut per legatos pax truculentissimi regis expeteretur. (3) Suscepit hoc negotium cum viro consulari Avieno et viro praefectorio Trygetio beatissimus Papa Leo auxilio Dei fretus, quem sciret numquam piorum laboribus defuisse. (4) Nec aliud secutum est, quam praesumpserat fides. Nam tota legatione dignanter accepta ita summi sacerdotis praesentia rex gavisus est, ut et bello abstinere praeciperet et ultra Danuvium promissa pace discederet.

L. c. 9, 482. ML 51, 603.

## HILAR(I)US PAPA 461—468.

### Ne quis episcopus suum successorem designet.

[Decretum synodale 19. Nov. 465 (Epistula 15, 4—6).]

947 4. (1) *Et facto silentio Hilarus episcopus dixit:* «Praeterea, fratres, nova et inaudita, sicut ad nos missis de Hispaniis epistulis sub certa relatione pervenit, in quibusdam locis perversitatum semina subinde nascuntur. (2) Denique nonnulli episcopatum, qui nonnisi meritis praecedentibus datur, non divinum munus sed hereditarium putant esse compendium, et credunt, ut res caducas ita sacerdotium velut legati aut testamenti iure posse dimitti. (3) Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus sub-

---

[1] Quae a diversis auctoribus per diversa tempora hac de re narrantur optime probant illud «famam crescere eundo». Vide Indicem.

rogare: ut scilicet non legitima exspectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. (4) Quod quam grave sit aestimate; atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de Ecclesiis auferamus, ne, quod turpe dictu est, homini quisquam se putet debere, quod Dei est. (5) Ut autem quod ad nos perlatum est, ad vestram etiam possit pervenire notitiam, Hispanorum fratrum et coepiscoporum nostrorum scripta legantur.»

5. *Paulinus notarius recitavit:* «Beatissimo et apo- 948
stolica reverentia a nobis in Christo colendo Papae Hilaro Ascanius et universi episcopi Tarraconensis provinciae. Quam curam apostolatus vester etc.»

6. (1) Et cum legeret, ab universis episcopis et pres- 949
byteris acclamatum est: «Exaudi Christe, Hilaro vita!» dictum est decies. (2) «Haec praesumptio numquam fiat!» dictum est sexies. (3) «Quae Dei sunt, ab homine dari non possunt!» dictum est sexies. (4) «Per domnum Petrum, ut in perpetuum serventur!» dictum est quinquies. «Haec ut reserventur rogamus!»

Ed. *A. Thiel*, Epistulae Romanorum Pontificum genuinae (Brunsbergae 1868, Peter) 162 sq.

## MAXIMUS EP. TAURINENSIS obiit post 465.

### De superstitionibus Christianorum in defectione lunae.

[Homilia 100, 4—9.]

(4) Quis enim, fratres, in vobis non graviter ferat (non 950
tamen de omnibus dico, sunt enim inter vos, quos ad religionis cultum debeatis habere exemplo), quis, inquam, non moleste ferat, sic vos esse vestrae salutis immemores, ut etiam coelo teste peccetis? (5) Nam cum ante dies plerosque de vestrae avaritiae cupiditate pulsaverim, ipsa die circa vesperum tanta vociferatio populi exstitit, ut irreligiositas eius penetraret ad coelum. Quod cum requirerem, quid sibi clamor hic velit, dixerunt mihi, quod laboranti lunae vestra vociferatio subveniret et defectum eius suis clamoribus adiuvaret. (6) Risi equidem et miratus sum vanitatem, quod quasi devoti Christiani Deo ferebatis auxilium. Clamabatis enim, ne tacentibus vobis perderet elementum: tamquam infirmus enim et imbecillis, nisi vestris adiuvaretur vocibus, non posset luminaria defendere quae creavit; bene igitur facitis, qui Divinitati ex-

hibetis solatium, ut vobis iuvantibus possit coelum regere. (7) Sed si vultis hoc plenius facere, cunctis et totis noctibus pervigilare debetis: nam quoties putatis vobis dormientibus luna vim passa est, et tamen de coelo non corruit? Aut numquid semper circa vesperem defectum patitur, non aliquando et circa lucem laborat? (8) Sed apud vos vespertinis tantum horis laborare consuevit, quando copiosa coena venter distenditur, quando maioribus poculis caput movetur. Tunc igitur apud vos laborat luna, quando laborat et vinum, tunc, inquam, apud vos turbatur carminibus globus lunae, quando calicibus turbantur et oculi. (9) Quomodo igitur ebrius videre potes circa lunam quid agatur in coelo, qui circa te non vides quod agatur in terra?

ML 57, 485.

### De paganismo in Italia superstite.

[Sermo 101, de idolis auferendis de propriis possessionibus.]

951 (1) Ante dies commonueram caritatem vestram, fratres, ut tamquam religiosi et sancti idolorum omnem pollutionem de vestris possessionibus auferretis et erueretis ex agris universum gentilium errorem. Fas enim non est, ut qui Christum habetis in cordibus, Antichristum in habitaculis habeatis; cum vos Deum adoretis in Ecclesia, vestri diabolum venerentur in fanis. (2) Nec se aliquis excusatum putet dicens: Non iussi fieri, non mandavi. Quisquis enim intellegit exerceri in re sua sacrilegia nec fieri prohibet, quodammodo ipse praecipit; tacendo enim et non arguendo consensum praebuit immolanti. Dicit enim beatus Apostolus criminosos esse *non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus* [Rom 1, 32] . . . (5) Omnia enim ibi inquinata, omnia sunt nefanda, ubi diabolus habitat in aedibus, in agris, in rusticis. Nihil ibi liberum est a scelere, ubi totum versatur in scelere. (6) Cum cellam ingressus fueris, reperies in ea pallentes cespites mortuosque carbones, dignum sacrificium daemonis, cum mortuo numini rebus mortuis supplicatur. (7) Et si ad agrum processeris, cernis aras ligneas et simulacra lapidea, congruens ministerium, ubi diis insensibilibus aris putrescentibus ministratur. (8) Cum maturius vigilaveris et videris saucium vino rusticum, scire debes, quoniam, sicut

dicunt, aut dianaticus[1] aut aruspex est; insanum enim numen amentem solet habere pontificem. (9) Talis enim sacerdos parat se vino ad plagas deae suae, ut dum est ebrius poenam suam ipse non sentiat. Hoc autem non solum de temperantia, sed et de arte faciunt, ut minus vulnera sua doleant, dum vini ebrietate iactantur. Vanus plane vates est, qui putat crudelitate astruere pietatem. Quam misericors in alienos deos [deus?] ille, qui in suos est pontifices tam cruentus! (10) Nam ut paulisper describamus habitum vatis huiusce: est ei adulterinis criniculis hirsutum caput, nuda habens pectora, pallio crura semicincta, et more gladiatorum paratus ad pugnam ferrum gestat in manibus, nisi quod gladiatore peior est, quia ille adversus alterum dimicare cogitur, iste contra se pugnare compellitur; ille aliena petit viscera, iste propria membra dilaniat, et si dici potest, ad crudelitatem illum lanista, istum numen hortatur. Hoc igitur indutus habitu, hac cruentus caede, iudicate utrum gladiator sit an sacerdos. (11) Ergo sicut gladiatorum publicum facinus religiosa principum devotione sublatum est, ita et amentes gladiatores isti christianitatis observatione de propriis domiciliis auferantur.

ML 57, 733 sq.

## STATUTA ECCLESIASTICA ANTIQUA saeculi quinti.

### De matrimonio.

[Cap. 101.]

Sponsus et sponsa, cum benedicendi sunt a sacerdote, 952
a parentibus suis vel a paranymphis offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

ML 56, 889.

*Eadem Statuta: De ordinationibus clericorum v. D 150 sqq.* 952a

*Simplicii Papae (468—483) Rescripta De servanda fide tradita* 952b
*ib. 159, De immutabilitate doctrinae christianae ib. 160.*

---

[1] i. e. qui Dianae, arvorum numini, immolavit.

## GELASIUS CYZICENUS scripsit circa 475.

### De visione Constantini M.

[Historia concilii Nicaeni 1, 4, 1—3.]

*953 (1) Οὕτω δὲ κεκριμένης τῆς μάχης καὶ τῆς παρατάξεως ἰσορρόπου οὔσης, οὐρανόθεν ὁ Θεὸς Κωνσταντῖνον ὁπλίζει δείξας αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ σύμβολον φωτοειδῶς ἐν οὐρανῷ· γράμματα δὲ ἐμήνυε τῆς ὄψεως τὴν δύναμιν λέγοντα· «Τούτῳ νίκα.» (2) Τοῦτο τὸ διήγημα τοῖς μὲν ἀπίστοις μῦθος εἶναι δοκεῖ καὶ πλάσμα, τοῖς ἡμετέροις δόγμασι κεχαρισμένον· τοῖς δ' ἀληθῆ πιστεύειν συνειθισμένοις ἐναργὴς τοῦ πράγματος ἡ ἀπόδειξις. (3) Ὁ γὰρ τοῦ συμβόλου ζωγράφος Θεὸς ἔδειξεν ἔργῳ μετὰ ταῦτα τὴν ἀληθεύσασαν τοῦ γράμματος χάριν.

MG 85, 1203 sq.

## BASILISCUS USURPATOR 475—476.

### «Encyclion» contra fidem Chalcedonensem.

[Apud *Evagrium,* Hist. eccl. (scripta ca 594) 3, 4.]

954 Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Βασιλίσκος, Εὐσεβής, Νικητής, Τροπαιοῦχος, Μέγιστος, Ἀεισέβαστος, Αὔγουστος· καὶ Μάρκος ὁ Ἐπιφανέστατος Καῖσαρ Τιμοθέῳ τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως.

---

953 (1) Cum ad hunc modum pugnare decrevissent et copiae viribus pares utrimque starent instructae, Deus Constantinum coelitus armat, ostendens ei in coelo salutare crucis signum ex lucis splendore in coelo figuratum; litterae vero visionis vim omnem et sensum explicabant, quibus scribebatur: «Hoc vince.» (2) Haec narratio infidelibus fabula et commentum esse videtur in gratiam doctrinae nostrae: sed vera credere assuetis certa rei gestae declaratio. (3) Nam Deus qui signum istud pinxit, reipsa postea ostendit gratiam litteris significatam minime vanam fuisse.

954 Imperator Caesar Basiliscus, Pius, Victor, Triumphator, Maximus, semper Augustus: et Marcus Nobilissimus Caesar Timotheo reverentissimo et Dei amantissimo archiepiscopo magnae urbis Alexandrinorum.

(1) Ὁπόσους μὲν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως ἐθέσπισαν νόμους οἱ πρὸ ἡμῶν εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, ὅσοι τὴν μακαρίαν καὶ ἀγήρω καὶ ζωοποιὸν Τριάδα θεραπεύοντες ὀρθῶς διετέλεσαν, τούτους ὡς τῷ παντὶ κόσμῳ σωτηρίους ἀεί ποτε γεγονότας οὐδένα χρόνον ἀργεῖν ἐθέλομεν· μᾶλλον δὲ ὡς οἰκείους αὐτῶν ἐκφωνοῦμεν νόμους.

(2) Ἡμεῖς δὲ πάσης τῆς περὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα 955
σπουδῆς προτιμήσαντες τὴν εὐσέβειαν καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ζῆλον, τοῦ τε πεποιηκότος καὶ δεδοξακότος ἡμᾶς· ἔτι δὲ πιστεύοντες τὸν σύνδεσμον τῶν τοῦ Χριστοῦ ποιμνίων σωτηρίαν ἑαυτῶν εἶναι καὶ τοῦ ὑπηκόου παντός, θεμέλιόν τε ἀρραγῆ καὶ ἀσάλευτον τεῖχος τῆς ἡμετέρας βασιλείας· ἐντεῦθεν εἰκότως θείῳ διανοίας κινούμενοι ζήλῳ καὶ ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας βασιλείας τῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ τὴν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἕνωσιν προσκομίζοντες, θεσπίζομεν τὴν κρηπῖδα καὶ βεβαίωσιν τῆς ἀνθρωπίνης εὐζωΐας, τουτέστι τὸ Σύμβολον τῶν τιη ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πάλαι μετὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐκκλησιασθέντων, εἰς ὃ ἡμεῖς τε καὶ πάντες οἱ πρὸ ἡμῶν πιστεύσαντες ἐβαπτίσθημεν, μόνον πολιτεύεσθαι καὶ κρατεῖν ἐν πάσαις ταῖς

---

(1) Quotquot leges pro recta atque apostolica fide sanxerunt religiosissimi qui ante nos fuerunt imperatores, quicumque beatam et immortalem ac vivificam Trinitatem perpetuo coluere: eas, utpote quae universo orbi salutares semper exstiterint, nullo umquam tempore irritas esse volumus, sed potius tamquam leges proprias promulgamus.

(2) Nos vero qui pietatem ac zelum pro Deo ac Servatore 955
nostro Iesu Christo, a quo conditi et ad hanc gloriam evecti sumus, omni curae ac sollicitudini rerum humanarum longe anteponimus: et qui praeterea credimus concordiam gregis Christi, tum nostram ipsorum, tum omnium subditorum salutem exsistere, firmumque nostri imperii fundamentum et inexpugnabilem murum esse: idcirco divino interius zelo commoti et, velut quasdam imperii nostri primitias, sanctae Ecclesiae unitionem Deo ac Servatori nostro Iesu Christo offerentes, sancimus ut basis ac firmamentum felicitatis humanae, Symbolum videlicet trecentorum et octodecim sanctorum Patrum, qui olim Sancti Spiritus instinctu Nicaeam congregati sunt, in quod cum nos tum maiores nostri credentes baptizati sumus, solum in cunctis sanctissimis Dei Ecclesiis et orthodoxorum populorum conventibus usurpetur atque obtineat; quippe quod unum sit

ἁγιωτάταις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις τὸν ὀρθόδοξον λαόν, ὡς μόνον τῆς ἀπλανοῦς πίστεως κυρίως ὅρον καὶ ἀρκοῦν εἰς ἀναίρεσιν μὲν καθόλου πάσης αἱρέσεως, ἕνωσιν δὲ ἄκραν τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν· (3) ἐχόντων δηλαδὴ τὴν οἰκείαν ἰσχὺν καὶ τῶν εἰς βεβαίωσιν αὐτοῦ τοῦ θείου Συμβόλου πεπραγμένων ἔν τε τῇ βασιλευούσῃ πόλει ταύτῃ κατὰ τῶν βλασφημούντων εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον παρὰ τῶν ρν′ ἁγίων Πατέρων· (4) ἔτι δὲ καὶ πάντων τῶν πεπραγμένων ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου καὶ τῶν μετὰ ταῦτα τὰ ἐκείνου φρονησάντων.

956 (5) Τὰ δὲ διελόντα τὴν ἕνωσιν καὶ εὐταξίαν τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν καὶ εἰρήνην τοῦ κόσμου παντός, δηλαδὴ τὸν λεγόμενον τόμον Λέοντος καὶ πάντα τὰ ἐν Καλχηδόνι ἐν ὅρῳ πίστεως, ἐκθέσει Συμβόλων, ἢ ἑρμηνείας, ἢ διδασκαλίας, ἢ διαλέξεως εἰρημένα καὶ πεπραγμένα εἰς καινοτομίαν τὴν κατὰ τοῦ μνημονευθέντος ἁγίου Συμβόλου τῶν τιη′ ἁγίων Πατέρων, θεσπίζομεν ἐνταῦθά τε καὶ πανταχοῦ καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν παρὰ τῶν ἁπανταχοῦ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων ἀναθεματίζεσθαι καὶ πυρὶ παραδίδοσθαι παρ' οἷς ἂν εὑρίσκηται. . . . (7) Ἀναθεματίζεσθαι δὲ σὺν πάσαις ταῖς γεγενημέναις ἐν Καλχηδόνι καινοτομίαις κατὰ τοῦ θείου Συμβόλου καὶ τὴν αἵρεσιν τῶν μὴ

---

regula rectae ac sincerae fidei, sufficiens tum ad eversionem cuiuslibet haereseos, tum ad perfectam sanctarum Dei Ecclesiarum unitionem: (3) ita tamen ut suum robur ac vigorem obtineant etiam ea, quae in hac regia urbe a centum et quinquaginta sanctis Patribus gesta sunt ad confirmationem eiusdem sanctissimi Symboli, adversus eos, qui in Spiritum Sanctum blasphemabant: (4) ea insuper, quae in Ephesiorum metropoli contra impium Nestorium acta sunt, et contra eos, qui eius errorem postea sunt secuti.

956 (5) Ea vero, quae sanctarum Dei Ecclesiarum consensum ac tranquillitatem et totius orbis pacem disruperunt, tomum scilicet Leonis, et cuncta, quae Chalcedone in definitione fidei aut expositione Symbolorum, docendi vel interpretandi vel disputandi causa, ad innovationem supra memorati sacri Symboli trecentorum et octodecim sanctorum Patrum dicta et gesta sunt, hic et ubique per singulas Ecclesias ab universis sanctissimis episcopis anathematizari decernimus, et ubicumque reperta fuerint, flammis absumi... (7) Porro una cum omnibus novitatibus quae apud Chalcedonem facta sunt contra divinum Symbolum, anathematizari quoque decernimus haeresim

ὁμολογούντων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ ἐκ Πνεύματος Ἁγίου καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ ἀεὶ Παρθένου Θεοτόκου Μαρίας κατὰ ἀλήθειαν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, ἀλλ' ἢ ἐξ οὐρανοῦ ἢ κατὰ φαντασίαν καὶ δόκησιν τερατευομένους· πᾶσάν τε ἁπλῶς αἵρεσιν, καὶ εἴ τι ἕτερον ἐν οἵῳ δήποτε καιρῷ καὶ τρόπῳ καὶ τόπῳ τῆς οἰκουμένης κατὰ διάνοιαν καὶ λέξιν ἐπὶ παραβάσει τοῦ θείου Συμβόλου κεκαινοτόμηται.

(8) Ἐπειδὴ δὲ προνοίας βασιλικῆς ἴδιον μὴ τοῦ παρ- 957
όντος χρόνου μόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος τὴν ἀσφάλειαν ἐκ προορατικῆς διασκέψεως ἐπιδαψιλεύεσθαι τοῖς ὑπηκόοις, θεσπίζομεν τοὺς ἁπανταχοῦ ἁγιωτάτους ἐπισκόπους ἐμφανιζομένῳ τῷ θείῳ τούτῳ ἡμῶν ἐγκυκλίῳ γράμματι καθυπογράφειν, σαφῶς καταμηνύοντας, ὅτι δὴ μόνῳ τῷ θείῳ στοιχοῦσι Συμβόλῳ τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων, ὅπερ ἐπεσφράγισαν οἱ ρν' Πατέρες ἅγιοι, ὡς ἔδοξεν ὁριστικῶς καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα συνελθοῦσι κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν ὁσιωτάτοις Πατράσιν, ὅτι δεῖ μόνῳ τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων στοιχεῖν, εἰς ὅρον πίστεως· ἀναθεματίζοντες ἅπαν τὸ γενόμενον ἐν Καλχηδόνι τῶν ὀρθοδόξων λαῶν πρόσκομμα καὶ ὁλοτελῶς τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκβάλλοντες ὡς παρεμποδὼν γενόμενον τῇ οἰκουμενικῇ καὶ

---

eorum qui Filium Dei unigenitum ex Sancto Spiritu de Maria semper Virgine ac Deipara incarnatum vere et hominem factum esse negant, sed aut ex coelo aut phantastice ac putative carnem sumpsisse fabulantur: omnem denique haeresim, et si quid aliud quocumque tempore, vel modo, vel loco orbis terrarum, aut in sensu, aut in verbis, ad divini Symboli transgressionem innovatum est.

(8) Quoniam vero imperialis providentiae proprium est, non 957
praesenti solum, sed futuro etiam tempore securitatem subditis suis provida mente largiri, decernimus, ut omnes ubique locorum sanctissimi episcopi encyclicae epistulae nostrae ipsis exhibitae subscribant, perspicue declarantes se soli trecentorum et octodecim sanctorum Patrum divino Symbolo inhaerere, quod centum et quinquaginta sancti Patres postea confirmarunt, quemadmodum sanctissimi Patres qui in Ephesiorum metropoli postea convenerunt, decreto suo definierunt: solum videlicet sacrum Symbolum trecentorum et octodecim sanctorum Patrum, tamquam regulam fidei sequi oportere; anathematizantes ac penitus reicientes a sanctis Ecclesiis, quidquid apud Chalcedonem factum est offendiculum orthodoxae plebis, quippe quod totius orbis nostraeque privatim felicitati fuerit

ἡμετέρᾳ εὐπραγίᾳ. (9) Τοὺς δὲ μετὰ ταύτας ἡμῶν τὰς θείας συλλαβὰς . . . ἐπιχειροῦντάς ποτε προφέρειν ἢ ὅλως ὀνομάζειν . . . τὴν ἐν Καλχηδόνι γεγενημένην κατὰ τῆς πίστεως καινοτομίαν . . . κελεύομεν . . . εἰ μὲν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ εἶεν, καθαιρεῖσθαι· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοί, ἐξορίᾳ καὶ δημεύσει παντοίᾳ καὶ τοῖς ἐσχάτοις ὑποπίπτειν ἐπιτιμίοις.

MG 86 b, 2599 sqq.

## ZENO imp. 474—491.

### Ex «Henotico» anni 482.

[Apud *Evagrium*, Hist. eccl. 3, 14, 2.]

958 (1) Διά τοι τοῦτο γινώσκειν ὑμᾶς ἐσπουδάσαμεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς καὶ αἱ πανταχοῦ Ἐκκλησίαι ἕτερον Σύμβολον ἢ μάθημα, ἢ ὅρον πίστεως, ἢ πίστιν πλὴν τοῦ εἰρημένου ἁγίου Συμβόλου τῶν τιη′ ἁγίων Πατέρων, ὅπερ ἐβεβαίωσαν οἱ μνημονευθέντες ρν′ ἅγιοι Πατέρες, οὔτε ἐσχήκαμεν, οὔτε ἔχομεν, οὔτε ἕξομεν, οὔτε ἔχοντας ἐπιστάμεθα. Εἰ δὲ καὶ ἔχοι τις, ἀλλότριον αὐτὸν ἡγούμεθα. (2) Τοῦτο γὰρ καὶ μόνον, ὡς ἔφαμεν, τὴν ἡμετέραν περισώζειν τεθαρρήκαμεν βασιλείαν. Καὶ πάντες δὲ οἱ λαοὶ τοῦ σωτηριώδους ἀξιούμενοι φωτίσματος, αὐτὸ καὶ μόνον παραλαμβάνοντες βαπτίζονται. Ὧι καὶ ἐξηκολούθησαν οἱ ἅγιοι Πατέρες οἱ ἐν τῇ

---

impedimento. (9) Qui vero post hosce nostros divinos apices... novitatem, quae adversus fidem Chalcedone facta est,... proferre umquam aut omnino nominare tentaverint, ... si quidem episcopi sunt aut clerici, deponi praecipimus: si vero monachi aut laici, exsilio et bonorum omnium publicationi et extremis poenis subiacere.

958 (1) Quapropter scire vos volumus, nec nos nec eas, quae ubique sunt, Ecclesias aliud Symbolum aut mathema, aliamve definitionem fidei aut fidem praeter supra memoratum sanctum Symbolum trecentorum et octodecim sanctorum Patrum, quod a iam dictis centum et quinquaginta sanctis Patribus confirmatum est, habuisse, vel habere, vel habituros esse, nec scire quosquam, qui habeant. Quod si quis habeat, hunc extraneum esse iudicamus. (2) Hoc enim Symbolo solo, ut iam dictum est, imperium nostrum servari confidimus. Sed et omnes populi, qui salutarem baptismum percipiunt, hoc solo accepto Symbolo baptizantur. Idem etiam secuti sunt

Ἐφεσίων συνελθόντες, οἱ καὶ καθελόντες τὸν ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ τοὺς τὰ ἐκείνου μετὰ ταῦτα φρονοῦντας. (3) Ὅντινα καὶ ἡμεῖς Νεστόριον ἅμα Εὐτυχεῖ, τἀναντία τοῖς εἰρημένοις φρονοῦντας, ἀναθεματίζομεν, δεχόμενοι καὶ τὰ ιβʹ κεφάλαια τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Κυρίλλου γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας.

(4) Ὁμολογοῦμεν δὲ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν καὶ 959
Θεόν, τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἐνανθρωπήσαντα, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος Ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου, ἕνα τυγχάνειν καὶ οὐ δύο. Ἑνὸς γὰρ εἶναί φαμεν τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί. (5) Τοὺς γὰρ διαιροῦντας ἢ συγχέοντας ἢ φαντασίαν εἰσάγοντας, οὐδὲ ὅλως δεχόμεθα. Ἐπείπερ ἡ ἀναμάρτητος κατὰ ἀλήθειαν σάρκωσις ἐκ τῆς Θεοτόκου προσθήκην Υἱοῦ οὐ πεποίηκε. Μεμένηκε γὰρ Τριὰς ἡ Τριάς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου. (6) Εἰδότες οὖν ὡς οὔτε αἱ ἅγιαι πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ ὀρθόδοξοι Ἐκκλησίαι, οὔτε οἱ τούτων προϊστάμενοι θεοφιλέστατοι ἱερεῖς, οὔτε ἡ ἡμετέρα βασιλεία ἑτέρου συμβόλου ἢ ὅρου

---

sancti Patres qui Ephesi convenerunt et qui impium Nestorium una cum iis, qui eius sententiam postea amplexi sunt, deposuerunt. (3) Quem quidem nos simul cum Eutyche, utpote contrarium memoratis Patribus sentientes, anathematizamus, suscipientes etiam duodecim capitula, quae a sanctae memoriae Cyrillo, sanctae catholicae Alexandrinorum Ecclesiae quondam archiepiscopo, dictata sunt.

(4) Confitemur autem unigenitum Dei Filium et Deum, 959
vere hominem factum, Dominum nostrum Iesum Christum, consubstantialem Patri secundum Deitatem, eundemque nobis consubstantialem quoad humanitatem, qui descendit et incarnatus est ex Spiritu Sancto de Maria Virgine ac Dei Genetrice, unum esse, non duos. Unius enim esse dicimus tum miracula tum passiones quas sponte sua in carne sustinuit. (5) Eos vero qui dividunt aut confundunt aut phantasiam introducunt, nullatenus suscipimus. Si quidem vera illa et peccati expers incarnatio ex Dei Genetrice accessionem [alterius] Filii non effecit. Trinitas enim semper mansit Trinitas, etiamsi unus ex Trinitate, Deus scilicet Verbum, incarnatus sit. (6) Scientes itaque, sanctas et orthodoxas quae ubique sunt, Ecclesias Dei, et qui illis praesunt Dei amantissimos episcopos,

πίστεως παρὰ τὸ εἰρημένον ἅγιον μάθημα ἠνέσχοντο ἢ ἀνέχονται, ἡνώσαμεν ἑαυτοὺς μηδὲν ἐνδοιάζοντες. (7) Ταῦτα δὲ γεγράφαμεν οὐ καινίζοντες τὴν πίστιν, ἀλλ' ὑμᾶς πληροφοροῦντες. Πάντα δὲ τὸν ἕτερόν τι φρονήσαντα, ἢ φρονοῦντα, ἢ νῦν, ἢ πώποτε, ἢ ἐν Καλχηδόνι, ἢ οἵᾳ δήποτε συνόδῳ, ἀναθεματίζομεν.

MG 86 b, 2621 sqq.

## GELASIUS PAPA 492—496.

### De regno et sacerdotio et de Primatu Romani Pontificis.

[Epistula ad Anastasium imp. (scripta a. 494) 2.]

*959[1] (1) Pietatem tuam precor, ne arrogantiam iudices divinae rationis officium. Absit, quaeso, a Romano principe, ut intimatam suis sensibus veritatem arbitretur iniuriam. (2) Duo quippe sunt, imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur: auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. (3) Nosti etenim, fili clementissime, quod, licet praesideas humano generi dignitate, rerum tamen praesulibus divinarum devotus colla submittis atque ab eis causas tuae salutis expetis, hincque sumendis caelestibus sacramentis eisque ut competit disponendis subdi te debere cognoscis religionis ordine potius quam praeesse, itaque inter haec ex illorum te pendere iudico, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. (4) Si enim, quantum ad ordinem pertinet publicae disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum, legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae videantur obviare sententiae: quo, oro te, decet affectu eis et convenit obedire, qui praerogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis? (5) Proinde sicut non leve discrimen incumbit pontifici-

---

nostrum denique imperium, nullum aliud symbolum aut definitionem fidei praeter supra memoratum sanctum mathema admisisse vel admittere, absque ulla cunctatione nos adunavimus. (7) Haec autem scripsimus, non innovantes fidem, sed ut vobis satisfaceremus. Quicumque vero aliter sentit aut sensit, vel nunc vel quandocumque alias, sive Chalcedone, sive in alia qualibet synodo, eum anathematizamus.

bus, siluisse pro Divinitatis cultu, quod congruit; ita his, quod absit, non mediocre periculum est, qui, cum parere debeant, despiciunt. (6) Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit corda submitti, quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus Divinitas summa voluit praeeminere et subsequens Ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit?

Ed. *A. Thiel,* Epistulae Romanorum Pontificum genuinae I (Brunsbergae 1868) 350 sq.

*Gelasii Decretales De erroribus semel damnatis non rursus tractandis v. D 161, De canone s. Scripturae ib. 162, De primatu Romani Pontificis et Sedibus patriarchalibus ib. 163, De auctoritate Conciliorum et Patrum ib. 164 sq, De apocryphis ib. 166, De remissione peccatorum ib. 167, De duabus naturis Christi ib. 168.* 959a

## SYMMACHUS PAPA 498—514.

### Contra ambitum Pontificatus Romani.

[Decretum synodale 1. Mart. 499 (Epistula 1, III).]

«(1) Propter frequentes ambitus quorundam et Ecclesiae 960⁰ nuditatem vel populi collisionem, quae molesta incompetenter episcopatum desiderantium generavit aviditas, ut exstinguatur futuris praesumptio tam perniciosa temporibus, constituit sancta synodus: ut si quis presbyter aut diaconus aut clericus, papa incolumi et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare aut pittacio promittere aut sacramentum praebere tentaverit aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare atque decernere, loci sui dignitate vel communione privetur.» — (2) Universa synodus surgens exclamavit: *Exaudi, Christe, Symmacho vita!* dictum decies. *Hic pax cum Symmacho!* dictum quindecies. *Cuius sedem, et annos!* dictum octies. — «(3) Pari severitate feriendo eo, qui, hoc vivo, sicuti dictum est, pontifice, quolibet modo fuerit ambisse convictus aut certe tentasse, omnibus pariter huius culpae reis anathematis poena plectendis.» — (4) Symmachus episcopus dixit: *Ergo universitati placet et ab omnibus recognoscitur vel probatur ista sententia?* Universa synodus dixit: *Placet, et, quod omnibus placet, fiat!*

*Thiel* l. c. 645 sq.

### De electione Papae.

[Decretum synodale 1. Mart. 499 (Epistula 1, IV).]

960 «(1) Si, quod absit, transitus Papae inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris, ut supra placuit, non possit ante decernere, siquidem in unum totius inclinaverit ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. (2) Si autem, ut fieri solet, studia coeperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum, sic tamen, ut sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto iudicio de electione decreverit.» [3] Synodus dixit: *Placet!* dictum est decies.

*Thiel* l. c. 646.

960a *Hormisdas Papa (514—523) De infallibilitate Romani Pontificis (Formula Hormisdae) v. D 171 sq.*

## MAGNUS FELIX ENNODIUS TICINENSIS[1] obiit 521.

### De indefectibilitate Romani Pontificis.

[Libellus adversus eos qui contra Synodum[2] scribere praesumpserunt (scriptus 502) 5, 5—6.]

961 (5) Non nos beatum **Petrum**, sicut dicitis, a Domino cum Sedis privilegiis vel successores eius peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hereditate innocentiae misit ad posteros: quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet quos par conversationis splendor illuminat. (6) Quis enim sanctum esse dubitet quem apex tantae dignitatis attollit, in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt quae a loci decessore praestantur? Aut enim claros ad haec fastigia erigit aut qui eriguntur illustrat: praenoscit enim quid Ecclesiarum fundamento sit habile, super quem ipsa moles innititur.

CV 6 (ed. *Guil. Hartel*), 295. ML 63, 188 A.

### «Papa a nemine iudicatur.»

[Ib. 22, 3—5.]

962 (3) Aliorum forte hominum causas Deus voluerit per homines terminare: Sedis istius praesulem suo sine quae-

---

[1] *Pavia*, Italiae.

[2] «Palmarem» dictam, Romae sub Symmacho Papa 23. Oct. 501 habitam.

stione reservavit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores coelo tantum debere innocentiam et subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. (4) Nolite aestimare eas animas de inquisitoribus non habere formidinem, quas Deus prae ceteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipso factorum utitur teste quo iudice. (5) Dicas forsitan: omnium animarum talis erit in illa disceptatione condicio. Replicabo uni dictum: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in coelo* [Mt 16, 18 sq], et rursus sanctorum voce pontificum dignitatem Sedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur, de qua mihi videtur dictum per prophetam: *Si haec humiliatur, ad cuius fugietis auxilium, et ubi relinquetis gloriam vestram?* [Is 10, 3.]

CV 6, 316. ML 63, 200 B.

## CONCILIUM AGATHENSE[1] 506.

### CANONES.

**9. De presbyteris et diaconibus, qui ad coniugalem torum revertuntur.**

(1) Placuit etiam, ut si diacones aut presbyteri con- 963
iugati ad torum uxorum suarum redire voluerint, Papae Innocentii ordinatio, et Siricii episcopi auctoritas, quae est his canonibus inserta, conservetur.

(2) Epistula S. Innocentii Papae. 964
*Dilectissimo fratri Exuperio, Innocentius.* — «Consulenti tibi, frater carissime.» *Et post alia:* «Proposuisti quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio aut in officio presbyterii positos, incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt. (3) De his et divinarum legum manifesta est disciplina et beatae recordationis viri Siricii episcopi monita[2] evidentia commearunt: ut incontinentes in officiis talibus positi omni ecclesiastico honore privarentur nec admitterentur accedere ad ministerium, quod sola continentia oportet impleri.» (4) *Et*

---

[1] *Agde*, Galliae (Languedoc). [2] Vide D 89.

*post alia:* «Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticae vitae pariter et disciplinae, quae a Siricio episcopo ad provincias commeavit, non probabitur pervenisse, his ignorationis venia remittetur, ita ut de cetero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, in quibus inventi fuerint, sic retentent, ut ad potiora eis non liceat ascendere. Quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. (5) Si qui autem scisse formam vivendi missam a Siricio episcopo deteguntur neque statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam praeponendam arbitrati sunt voluptatem.»

### 15. Qualiter maiores natu, qualiter minores paenitentiam accipiant.

965 (1) Paenitentes tempore quo paenitentiam petunt, impositionem manuum et cilicium super caput a sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint aut vestimenta non mutaverint, abiciantur: et nisi digne paenituerint, non recipiantur. (2) Iuvenibus etiam paenitentia non facile committenda est propter aetatis fragilitatem. (3) Viaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.

### 16. Qua aetate diacones ordinentur: et quomodo, si fuerint coniugati.

966 (1) Episcopus benedictionem diaconatus minoribus quam viginti quinque annorum penitus non committat. (2) Sane si coniugati iuvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione praemissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur.

### 17. Qua aetate presbyteri vel episcopi consecrentur.

967 Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti aetatem veniat, nullus metropolitanorum ordinare praesumat; ne per aetatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

### 18. De laicis, quibus temporibus communicare debeant.

968 Saeculares, qui Natale Domini, Pascha et Pentecosten non communicaverint, catholici non credantur nec inter catholicos habeantur.

**27. Ut monasterium novum inconsulto episcopo nullus constituat: et de monachis sine abbatis consensu non ordinandis.**

(1) Monasterium novum, nisi episcopo aut permittente aut probante, nullus incipere aut fundare praesumat. (2) Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi iis testimonium abbas suus dederit, nec in civitatibus nec in paroeciis ordinentur. (3) Monachum, nisi abbatis aut permissu aut voluntate, ad alterum monasterium commigrantem nullus abbas suscipere aut retinere praesumat: sed ubicumque fuerit, abbati suo auctoritate canonum revocetur. (4) Si necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu et voluntate abbatis praesumat episcopus. 969

**34. De Iudaeis qui converti cupiunt, qualiter recipiantur.**

Iudaei, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad legem catholicam venire voluerint, octo mensibus inter catechumenos ecclesiae limen introeant: et si pura fide venire noscuntur, tum demum baptismatis gratiam mereantur. Quodsi casu aliquo periculum infirmitatis intra praescriptum tempus incurrerint et desperati fuerint, baptizentur. 970

**38. Ut sine episcopi sui epistula non liceat clerico vel monacho proficisci: et de monachis vel abbatibus.**

(1) Clericis sine commendaticiis epistulis episcopi sui licentia non pateat evagandi. (2) In monachis quoque par sententiae forma servetur: quos si verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus statuimus coërceri. (3) Servandum quoque de monachis, ne iis ad solitarias cellulas liceat a congregatione discedere: nisi forte probatis post emeritos labores aut propter infirmitatis necessitatem, asperior ab abbatibus regula remittatur. Quod ita demum fiet, ut intra eadem monasterii septa manentes tamen sub abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur. (4) Abbatibus quoque singulis diversas cellulas aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare. 971

**47. Ut ante missam expletam egredi populus non praesumat.**

972 Missas die Dominico a saecularibus totas teneri speciali ordinatione praecipimus: ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non praesumat. Qui si fecerint, ab episcopo publice confundantur.

Hard. 2, 999 sqq. Msi 8, 326 sqq. Hf. 2, 652 sqq. HL 2, 2, 985 sqq.

## CONCILIUM AURELIANENSE[1] I 511.

### CANON.

**27. De litaniis ante Ascensionem Domini celebrandis.**

973 Rogationes, id est litanias ante Ascensionem Domini, ab omnibus Ecclesiis placuit celebrari; ita ut praemissum triduanum ieiunium in Dominicae Ascensionis festivitate solvatur: per quod triduum servi et ancillae ab omni opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat: quo triduo omnes abstineant et quadragesimalibus cibis utantur.

Hard. 2, 1011 sq. Msi 8, 355. Hf. 2, 665. HL 2, 2, 1014.

## CONCILIUM TOLETANUM 527 (531?).

### CANON.

**1. De seminariis clericalibus et caelibatu.**

974 (1) De his quos voluntas parentum a primis infantiae annis clericatus officio manciparit, statuimus observandum, ut mox cum detonsi vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo Ecclesiae sub episcopali praesentia a praeposito sibi debeant erudiri. (2) At ubi octavum decimum aetatis suae compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuit, et professionem castimoniae suae absque coniugali necessitate se spoponderint servaturos, hi tamquam appetitores arctissimae viae lenissimo Domini iugo subdantur: ac primum subdiaconatus ministerium habitu probationis suae vicesimo anno suscipiant.

---

[1] *Orléans,* Galliae.

(3) Quodsi inculpabiliter ac inoffense vicesimum et quintum annum aetatis suae peregerint, ad diaconatus officium, si scienter implere posse ab episcopo comprobantur, promoveri debent. (4) Cavendum tamen est his, ne quando suae sponsionis immemores aut ad terrenas nuptias aut furtivos concubitus ultra recurrant. Quodsi forte fecerint, ut sacrilegii rei damnentur et ab Ecclesia habeantur extranei. (5) His autem quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolis sententiam auferre non possumus, ita ut cum perfectae aetatis in coniugio positi renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacratos gradus adspirent.

Hard. 2, 1139 sq. Msi 8, 785. Hf. 2, 721. HL 2, 2, 1082.

*Concilii Arausicani II (529) Canones de peccato originali, gratia, praedestinatione v. D 174 sqq.* 974a

## BENEDICTUS A NURSIA 480—547.

### De generibus monachorum.

[Regula monachorum (scripta c. 529) c. 1.]

(1) Monachorum quattuor esse genera manifestum est. 975*
Primum coenobitarum, hoc est monasteriale, militans sub regula vel abbate.

(2) Deinde secundum genus est anachoritarum, id 976
est heremitarum, horum qui non conversationis fervore novicio sed monasterii probatione diuturna, qui didicerunt contra diabolum multorum solacio iam docti pugnare; et bene exstructi fraterna ex acie ad singularem pugnam heremi securi iam sine consolatione alterius, sola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum Deo auxiliante pugnare sufficiunt.

(3) Tertium vero monachorum teterrimum genus est 977
sarabaitarum, qui nulla regula approbati, experientia magistra, sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti, adhuc operibus servantes saeculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Qui bini aut terni aut certe singuli, sine pastore, non dominicis sed suis inclusi ovilibus, pro lege eis est desideriorum voluptas: cum quidquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, et quod nouerint, hoc putant non licere.

(4) Quartum vero genus est monachorum quod nominatur 978
gyrovagum, qui tota vita sua per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur, semper

vagi, et numquam stabiles, et propriis voluntatibus et gulae illecebris servientes, et per omnia deteriores sarabaitis. De quorum omnium miserrima conversatione melius est silere quam loqui. (6) His ergo omissis, ad coenobitarum fortissimum genus disponendum, adiuvante Domino, veniamus.

Ed. *D. Cuthb. Butler* (Friburgi 1935, Herder) 9 sqq. ML 66, 245 sq.

## De officio divino peragendo. («Opus Dei.»)

[Ib. c. 8—18.]

979 8. *De officiis divinis in noctibus.* — (1) Hiemis tempore, id est, a Kalendis Novembris usque in Pascha, iuxta considerationem rationis, octava hora noctis[1] surgendum est; ut modice amplius de media nocte pausetur, et iam digesti surgant. Quod vero restat post Vigilias, a fratribus qui psalterii vel lectionum aliquid indigent, meditationi inserviatur. (2) A Pascha autem usque ad supradictas Novembres, sic temperetur hora ut Vigiliarum Agenda, parvissimo intervallo, quo fratres ad necessaria naturae exeant, ⟨custodito⟩[2], mox Matutini, qui incipiente luce agendi sunt, subsequantur.

980 9. *Quanti psalmi dicendi sunt nocturnis horis.* — (1) Hiemis tempore suprascripto, imprimis versum tertio dicendum[3], *Domine labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam* [Ps 50, 17]; cui subiungendus est tertius psalmus et «Gloria»: post hunc psalmus nonagesimus quartus cum antiphona, aut certe decantandus. Inde sequatur ambrosianum: deinde sex psalmi cum antiphonis. (2) Quibus dictis, dicto versu, benedicat abbas; et sedentibus omnibus in scamnis, legantur vicissim a fratribus in codice super analogium tres lectiones, inter quas et tria responsoria cantentur. Duo responsoria sine «Gloria» dicantur; post tertiam vero lectionem, qui cantat dicat «Gloriam»; quam dum incipit cantor dicere, mox omnes de sedilibus suis surgant ob honorem et reverentiam Sanctae Trinitatis.

981 (3) Codices autem legantur in Vigiliis divinae auctoritatis tam Veteris Testamenti quam Novi; sed et expositiones earum, quae a nominatis et orthodoxis et catholicis Patribus factae sunt. (4) Post has vero tres lectiones cum responsoriis suis, sequantur reliqui sex psalmi cum «Alleluia» canendi. Post hos lectio Apostoli sequatur, ex corde recitanda, et versus, et supplicatio litaniae, id est «Kyrie eleison»; et sic finiantur Vigiliae nocturnae.

---

[1] Scil. hora fere secunda computationis hodiernae.

[2] Addit *Textus receptus.*

[3] *Textus receptus:* Hiemis tempore, praemisso imprimis versu: *Deus in adiutorium meum intende*; *Domine, ad adiuvandum me festina* [Ps 69, 1]; in secundo ter dicendum est: *Domine etc.*

10. *Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus.* — 982
A Pascha autem usque ad Kalendas Novembres omnis, ut supra dictum est, psalmodiae quantitas teneatur; excepto quod lectiones in codice, propter brevitatem noctium, minime legantur; sed pro ipsis tribus lectionibus, una de Veteri Testamento memoriter dicatur, quam breve responsorium subsequatur; et reliqua omnia, ut dictum est, impleantur: id est, ut numquam minus a duodecim psalmorum quantitate ad Vigilias nocturnas dicantur, exceptis tertio et nonagesimo quarto psalmo.

11. *Qualiter diebus dominicis vigiliae agantur.* — (1) Do- 983
minico die temperius surgatur ad Vigilias; in quibus Vigiliis teneatur mensura: id est, modulatis, ut supra disposuimus, sex psalmis et versu, residentibus cunctis disposite et per ordinem in subselliis, legantur in codice, ut supra diximus, quattuor lectiones cum responsoriis suis; ubi tantum in quarto responsorio dicatur a cantante «Gloria»; quam dum incipit, mox omnes cum reverentia surgant. (2) Post quas lectiones sequantur ex ordine alii sex psalmi cum antiphonis, sicut anteriores, et versu. (3) Post quos iterum legantur aliae quattuor lectiones cum responsoriis suis, ordine quo supra. (4) Post quas dicantur tria cantica de «Prophetarum», quae instituerit abbas; quae cantica cum «Alleluia» psallantur. (5) Dicto etiam versu, et benedicente abbate, legantur aliae quattuor lectiones de Novo Testamento, ordine quo supra.

(6) Post quartum autem responsorium incipiat abbas hym- 984
num «Te Deum laudamus». (7) Quo perdicto, legat abbas lectionem de «Evangelia», cum honore et timore stantibus omnibus. Qua perlecta, respondeant omnes Amen. (8) Et subsequatur mox abbas hymnum «Te decet laus», et data benedictione, incipiant Matutinos. (9) Qui ordo Vigiliarum omni tempore tam aestatis quam hiemis aequaliter in die dominico teneatur: nisi forte, quod absit, tardius surgant, aliquid de lectionibus breviandum est aut responsoriis. Quod tamen omnino caveatur ne proveniat; quod si contigerit, digne inde satisfaciat Deo in oratorio, per cuius evenerit neglectum.

12. *Quomodo Matutinorum solemnitas agatur.* — In Matu- 985
tinis dominico die, in primis dicatur sexagesimus sextus psalmus sine antiphona in directum. Post quem dicatur quinquagesimus cum «Alleluja». Post quem dicatur centesimus septimus decimus et sexagesimus secundus; inde Benedictiones et Laudes, lectio de Apocalypsi una ex corde et responsorium, ambrosianum, versus, canticum de «Evangelia», litania: et completum est.

13. *Privatis diebus qualiter agantur Matutini.* — (1) Diebus 986
autem privatis Matutinorum solemnitas ita agatur: id est, ut

sexagesimus sextus psalmus dicatur sine antiphona, subtrahendo modice sicut Dominica, ut omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum antiphona dicatur. (2) Post quem alii duo psalmi dicantur secundum consuetudinem: id est, secunda feria quintus et tricesimus quintus; tertia feria quadragesimus secundus et quinquagesimus sextus; quarta feria sexagesimus tertius et sexagesimus quartus; quinta feria octogesimus septimus et octogesimus nonus; sexta feria septuagesimus quintus et nonagesimus primus; sabbato autem centesimus quadragesimus secundus et canticum Deuteronomium quod dividatur in duas «Glorias». (3) Nam ceteris diebus canticum unumquodque die suo ex Prophetis, sicut psallit Ecclesia Romana, dicantur. (4) Post haec sequantur Laudes; deinde lectio una Apostoli memoriter recitanda, responsorium, ambrosianum, versus, canticum de «Evangelia», litania: et completum est.

987 (5) Plane Agenda matutina vel vespertina non transeat aliquando nisi in ultimo per ordinem oratio dominica, omnibus audientibus, dicatur a priore, propter scandalorum spinas quae oriri solent, ut conventi per ipsius orationis sponsionem, qua dicunt «Dimitte nobis sicut et nos dimittimus» purgent se ab huiusmodi vitio. (6) Ceteris vero Agendis ultima pars eius orationis dicatur, ut ab omnibus respondeatur, «Sed libera nos a malo.»

988 14. *In natalitiis Sanctorum qualiter agantur Vigiliae.* — In Sanctorum vero festivitatibus, vel omnibus solemnitatibus, sicut diximus dominico die agendum, ita agatur, excepto quod psalmi aut antiphonae vel lectiones, ad ipsum diem pertinentes, dicantur; modus autem suprascriptus teneatur.

989 15. *Alleluia quibus temporibus dicatur.* — (1) A sancto Pascha usque Pentecosten sine intermissione dicatur «Alleluia», tam in psalmis quam in responsoriis. (2) A Pentecoste autem usque ad caput Quadragesimae omnibus noctibus cum sex posterioribus psalmis tantum ad Nocturnos dicatur. (3) Omni vero Dominica extra Quadragesimam Cantica, Matutini, Prima, Tertia, Sexta, Nonaque cum «Alleluia» dicantur: Vespera vero cum antiphona. (4) Responsoria vero numquam dicantur cum «Alleluia», nisi a Pascha usque ad Pentecosten.

990 16. *Qualiter divina opera per diem agantur.* — (1) Ut ait Propheta: *Septies in die laudem dixi tibi* [Ps 118, 164]. Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur, si Matutino, Primae, Tertiae, Sextae, Nonae, Vesperae, Completoriique tempore nostrae servitutis officia persolvamus; quia de his horis diurnis dixit: *Septies in die laudem dixi tibi.* (2) Nam de nocturnis Vigiliis idem ipse Propheta ait: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi* [Ps 118, 62]. (3) Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro *super iudicia iustitiae suae* [Ps 118

164], id est, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorio, et nocte surgamus ad confitendum ei.

17. *Quot psalmi per easdem horas canendi sunt.* — 991
(1) Iam de Nocturnis vel Matutinis digessimus ordinem psalmodiae; nunc de sequentibus Horis videamus. (2) Prima Hora dicantur psalmi tres singillatim et non sub una «Gloria», hymnus eiusdem Horae post versum «Deus, in adiutorium», antequam psalmi incipiantur. Post expletionem vero trium psalmorum, recitetur lectio una, versus et «Kyrie eleison», et missas [1]. (3) Tertia vero, Sexta et Nona idem eo ordine celebretur oratio: id est versus, hymni earumdem Horarum, terni psalmi, lectio et versus, «Kyrie eleison», et missae sunt. (4) Si maior congregatio fuerit, cum antiphonis, si vero minor, in directum psallantur.

(5) Vespertina autem synaxis quattuor psalmis cum anti- 992
phonis terminetur; post quos psalmos lectio recitanda est; inde responsorium, ambrosianum, versus, canticum de «Evangelia», litania et oratio dominica, et fiant missae. (6) Completorium autem trium psalmorum dictione terminetur; qui psalmi directanei sine antiphona dicendi sunt: post quos hymnus eiusdem Horae, lectio una, versus, «Kyrie eleison», et benedictione missae fiant.

18. *Quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt.* — (1) Dicatur [2] 993
versus: *Deus in adiutorium meum intende, Domine, ad adiuvandum me festina* [Ps 69, 2], Gloria; inde hymnus uniuscuiusque Horae. (2) Deinde Prima Hora, Dominica, dicenda quattuor capitula psalmi centesimi octavi decimi; reliquis vero Horis, id est, Tertia, Sexta vel Nona, terna capitula suprascripti psalmi centesimi octavi decimi dicantur. (3) Ad Primam autem secundae feriae dicantur tres psalmi, id est, primus, secundus et sextus. (4) Et ita per singulos dies ad Primam, usque Dominicam, dicantur per ordinem terni psalmi usque nonum decimum psalmum; ita sane, ut nonus psalmus et septimus decimus partiantur in binos. (5) Et sic fit, ut ad Vigilias Dominica semper a vicesimo incipiatur.

(6) Ad Tertiam vero, Sextam Nonamque secundae 994
feriae novem capitula, quae residua sunt de centesimo decimo octavo psalmo, ipsa terna per easdem Horas dicantur. (7) Expenso ergo psalmo centesimo octavo decimo duobus diebus, id est Dominico et secunda feria, tertia feria iam ad Tertiam, Sextam vel Nonam psallantur terni psalmi, a centesimo nono decimo usque centesimum vicesimum septimum id est psalmi novem. (8) Quique psalmi semper usque ad

[1] *Textus receptus:* et missae sint.
[2] *Textus receptus:* Imprimis semper diurnis Horis dicatur etc.

Dominicam per easdem horas itidem repetantur, hymnorum nihilominus lectionum vel versuum dispositione uniformi cunctis diebus servata; et ita scilicet semper Dominica a centesimo octavo decimo incipietur.

995 (9) Vespera autem quotidie quattuor psalmorum modulatione canatur. (10) Qui psalmi incipiantur a centesimo nono usque ad centesimum quadragesimum septimum: exceptis his qui in diversis Horis ex eis sequestrantur; id est, a centesimo septimo decimo usque centesimum vicesimum septimum, et centesimo tricesimo tertio et centesimo quadragesimo secundo; reliqui omnes in Vespera dicendi sunt. (11) Et quia minus veniunt trés psalmi, ideo dividendi sunt qui ex numero suprascripto fortiores inveniuntur: id est, centesimus tricesimus octavus, et centesimus quadragesimus tertius, et centesimus quadragesimus quartus. Centesimus vero sextus decimus, quia parvus est, cum centesimo quinto decimo coniungatur. (12) Digesto ergo ordine psalmorum vespertinorum, reliqua, id est, lectiones, responsum, hymnus, versus, vel canticum, sicut supra taxavimus, impleantur. (13) Ad Completorium vero quotidie iidem psalmi repetantur: id est, quartus, nonagesimus, et centesimus tricesimus tertius.

996 (14) Disposito ordine psalmodiae diurnae, reliqui omnes psalmi qui supersunt, aequaliter dividantur in septem noctium Vigilias, partiendo scilicet qui inter eos prolixiores sunt psalmi, et duodecim per unamquamque constituens noctem: (15) hoc praecipue commonentes, ut si cui forte haec distributio psalmorum displicuerit, ordinet, si melius aliter iudicaverit; dum omnimodis id attendat, ut omni hebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmorum psallatur, et dominico die semper a capite reprendatur ad Vigilias: (16) quia nimis iners devotionis suae servitium ostendunt monachi, qui minus a psalterio, cum canticis consuetudinariis, per septimanae circulum psallunt; dum quando legamus[1] sanctos Patres nostros uno die hoc strenue implesse, quod nos tepidi utinam septimana integra persolvamus.

*Butler* l. c. 41 sqq. ML 66, 409 sqq.

## De «Opera manuum» cotidiana.

[Ib. c. 48.]

997 (1) Otiositas inimica est animae; et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina. (2) Ideoque hac dispositione credimus utraque tempora ordinari: id est, ut a Pascha usque ad Kalen-

---

[1] *Textus receptus:* cum legamus.

das Octobres a mane exeuntes a prima usque horam pene quartam laborent quod necessarium fuerit. Ab hora autem quarta usque hora quasi sexta agente lectioni vacent.

(3) Post sextam autem surgentes a mensa, pausent in lecta 998
sua cum omni silentio; aut forte qui voluerit legere, sibi sic legat, ut alium non inquietet. (4) Et agatur Nona temperius, mediante octava hora; et iterum quod faciendum est operentur usque ad vesperam. (4) Si autem necessitas loci aut paupertas exegerit, ut ad fruges recolligendas per se occupentur, non contristentur; quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt, sicut et patres nostri et Apostoli. (5) Omnia tamen mensurate fiant propter pusillanimes.

(6) A Kalendis autem Octobris usque caput Quadragesimae, 999
usque in horam secundam plenam lectioni vacent: hora secunda agatur Tertia; et usque nonam omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur. (7) Facto autem primo signo nonae horae, deiungant ab opera sua singuli, et sint parati, dum secundum signum pulsaverit. (8) Post refectionem autem vacent lectionibus suis aut psalmis.

(9) In Quadragesimae vero diebus, a mane usque ad tertiam 1000
plenam vacent lectionibus suis, et usque ad decimam horam plenam operentur quod eis iniungitur. (10) In quibus diebus Quadragesimae accipiant omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant: qui codices in caput Quadragesimae dandi sunt. (11) Ante omnia sane deputentur unus aut duo seniores, qui circumeant monasterium horis quibus vacant fratres lectioni, et videant ne forte inveniatur frater acediosus, qui vacat otio aut fabulis et non est intentus lectioni; et non solum sibi inutilis est, sed etiam alios distollit. (12) Hic talis, si, quod absit, repertus fuerit, corripiatur semel et secundo: si non emendaverit, correptioni regulari subiaceat taliter, ut ceteri timeant. (13) Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus.

(14) Dominico item die lectioni vacent omnes, excepto his[1] 1001
qui variis officiis deputati sunt. (15) Si quis vero ita negligens et desidiosus fuerit, ut non velit aut non possit meditare aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, ut non vacet. (16) Fratribus infirmis vel delicatis talis opera aut ars iniungatur, ut nec otiosi sint, nec violentia laboris opprimantur aut[2] effugentur; quorum imbecillitas ab abbate consideranda est.

*Butler* l. c. 88 sqq. ML 66, 703 sqq.

---

[1] *Textus receptus:* exceptis iis.

[2] *Textus receptus:* ut.

# LIBER PONTIFICALIS, prima redactio 530.

## 1. Petrus.

1002 (1) Beatus Petrus, apostolus et princeps apostolorum, Antiochenus, filius Ioannis, provinciae Gallileae, vico Bethsaida, frater Andreae, primum sedit cathedram episcopatus in Antiochia annos VII (2) Hic Petrus ingressus in urbe Roma, Nerone Caesare, ibique sedit cathedram episcopatus ann. XXV m. II d. III. Fuit autem temporibus Tiberii Caesaris et Gaii et Tiberii Claudii et Neronis. (3) Hic scripsit duas Epistulas, quae catholicae nominantur, et Evangelium Marci, quia Marcus auditor eius fuit et filius de baptismo; post, omnem quattuor Evangeliorum fontem [*lege*: omnis... fons], quae ad interrogationem et testimonio eius, hoc est Petri, firmatae [*lege:* firmata] sunt, dum alius grece, alius hebraice, alius latine consonent, tamen eius testimonio sunt firmatae [*lege:* firmata].

1003 (4) Hic ordinavit duos episcopos, Linum et Cletum, qui praesentaliter omne ministerium sacerdotale in urbe Roma populo vel supervenientium [*lege:* supervenientibus] exhiberent; beatus autem Petrus ad orationem et praedicationem, populum erudiens, vacabat. (5) Hic cum Simone mago multas disputationes habuit, tam ante Neronem imperatorem quamque ante populum; ut quos beatus Petrus ad fidem Christi adgregabat, ille per magias et deceptiones segregabat. Et dum diutius altercarent, Simon divino nutu interemptus est.

1004 (6) Hic beatum Clementem episcopum consecravit, eique cathedram vel Ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: «Sicut mihi gubernandi tradita est a Domino meo Iesu Christo potestas ligandi solvendique, ita et ego tibi committo ut ordinans dispositores diversarum causarum, per quos actus ecclesiasticus profligetur, et tu minime in curis saeculi deditus repperiaris; sed solummodo ad orationem et praedicare populo vacare stude.» [1]

1005 (7) Post hanc dispositionem martyrio cum Paulo coronatur, post passionem Domini[2] anno XXXVIII.

---

[1] Ex epistula apocrypha *Clementis ad Iacobum min.* c. 2 5.

[2] Passio Domini hic refertur ad annum 29 «duobus Geminis conss.»

(8) Qui sepultus est via Aurelia, in templum Apollinis, iuxta locum ubi crucifixus est, iuxta palatium Neronianum, in Vaticanum, iuxta territurium Triumphalem, III kal. iul. (9) Hic fecit ordinationes per mens. decemb., episcopos III, presbyteros X, diaconos VII.

Ed. *L. Duchesne* 1 (Paris 1886, Thorin), 118. ML 127, 1003 sq.

### (34.) De Constantino M. a Silvestro Papa (314—335) baptizato.

Silvester . . . Fuit autem temporibus Constantini et 1005[1]
Volusiani, ex die kal. febr. usque in die kal. ian., Constantio et Volusiano consulibus. Hic exilio fuit in monte Soracten et postmodum rediens cum gloria baptizavit Constantinum Augustum, quem curavit Dominus a lepra, cuius persecutionem primo fugiens exilio fuisse cognoscitur.

L. c. 1, 170. ML 127, 1511 sq.

### 36. Iulius (337—352).

(1) Iulius, natione Romanus, ex patre Rustico, sedit 1006
ann. XV m. II d. VI. Fuit autem temporibus Constantini filii Constantini heretici a consulatu Feliciani [337] et Maximini. Hic multas tribulationes et exilio fuit mensibus X; et post huius Constantini mortem cum gloria reversus ad sedem beati Petri apostoli. (2) Fecit basilicas II, una in urbe Roma iuxta forum et altera trans Tiberim, et cymiteria III, unum via Flamminea, alium via Aurelia et alium via Portuense. (3) Hic constitutum fecit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico ageret nisi in ecclesia, et notitia, quae omnibus pro fide ecclesiastica est per notarios colligeretur, et omnia monumenta in ecclesia per primicerium notariorum confectio celebraretur, sive cautiones vel extrumenta aut donationes vel commutationes vel traditiones aut testamenta vel allegationes aut manumissiones, clerici in ecclesia per scrinium sanctum celebrarentur. (4) Hic fecit ordinationes III in urbe Roma per mens. decemb., presbiteros XVIII, diac. IIII; episcopos per diversa loca VIIII. Qui etiam sepultus est via Aurelia, in cymiterio Calepodi, miliario III, prid. id. april. Et cessavit episcopatus dies XXV.

L. c. 1, 205. ML 128, 19 sq.

## 37. Liberius (352—366)[1].

1007 (1) Liberius, natione Romanus, ex patre Augusto, sedit ann. VI m. III d. IIII. Fuit autem temporibus Constantini filii Constantini usque ad Constantio Aug. III. (2) Hic exilio deportatur a Constantio eo quod noluisset heresi arrianae consentire, et fecit in exilio annos III. Et congregans sacerdotes cum consilio eorum Liberius ordinavit in locum eius Felicem presbiterum episcopum, venerabilem virum. Et fecit concilium Felix et invenit duos presbiteros consentientes Constantio Augusto arriano, nomine Ursacium et Valentem, et damnavit eos in concilio XLVIII episcoporum. (3) Post paucos autem dies zelo ducti Ursacius et Valens rogaverunt Constantium Augustum ut revocaret Liberium de exilio, ut unam tantum communionem participaret, extra secundum baptismum. Tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus et simul Ursacius et Valens venerunt ad Liberium. Qui Liberius consensit praeceptis Augusti ut unam tantum participatio communionis conveniret cum hereticis, tantum ut non rebaptizarent. Tunc revocaverunt Liberium de exilio.

1008 (4) Rediens autem Liberius de exilio, habitavit in cymiterio sanctae Agnae apud germanam Constanti Augusti, ut quasi per eius interventionem aut rogatu rediret Liberius in civitatem. Tunc Constantia Augusta, quae fidelis erat Domino Iesu Christo, noluit rogare Constantium Augustum germanum suum, quia senserat consilium. (5) Eodem tempore Constantius una cum Ursacio et Valente convocaverunt aliquos qui e fece arriana erant, et quasi facto concilio misit et revocavit Liberium de cymiterio beatae Agnae. Et ingressus Roma, in ipsa hora Constantius Augustus fecit concilium cum hereticis, simul etiam Ursacium et Valentem, et eregit Felicem de episcopatu, qui erat catholicus, et revocavit Liberium. (6) Ab eodem die fuit persecutio in clero ita ut intra ecclesiam presbiteri et clerici necarentur et martyrio coronarentur. Qui depositus Felix de episcopatum habitavit in praediolo suo via Portuense, ubi et requievit in pace IIII kal. aug. (7) Ingressus Liberius in urbe

---

[1] Quae in Libro Pontificali de Liberio et Felice narrantur, contra veram historiam pugnare ostendit *J. v. Döllinger*, Papstfabeln [2]1890 N. 6.

Roma IIII non. aug. consensit Constantio heretico. Non tamen rebaptizatus est Liberius, sed consensum praebuit, et tenuit basilicas beati Petri et beati Pauli et basilicam Constantinianam annos VI, et persecutio magna fuit in urbe Roma, ita ut clerus et sacerdotes neque in ecclesia neque in balnea haberent introitum. (8) Hic Liberius ornavit de platomis marmoreis sepulchrum sanctae Agnae martyris. Omnes itaque anni Felicis in huius ordine dinumerantur. (9) Hic fecit basilicam nomini suo iuxta macellum Libiae, et fecit ordinationes II in urbe Roma per mens. decemb., presbiteros XVIII, diaconos V; episcopos per diversa loca XVIII. Qui etiam sepultus est via Salaria, in cymiterio Priscillae, V id. sept. Et cessavit episcopatus dies VI.

L. c. 1, 207 sq. ML 128, 29 sqq.

38. **Felix II** (355—358).

(1) Felix, natione Romanus, ex patre Anastasio, 1009
sedit ann. I m. III d. II. Hic declaravit Constantium filium Constantini hereticum et rebaptizatum secundo ab Eusebio Nicomediense episcopo iuxta Nicomedia, in villa qui appellatur Aquilone. Et pro hoc declaratum ab eodem Constantii praecepto Augusti filii Constantini Augusti martyrio coronatur et capite truncatur. (2) Hic fecit basilicam via Aurelia cum presbiterii honore fungeretur et in eadem ecclesia emit agrum circa locum quod obtulit ecclesiae quam fecit. (3) Hic fecit ordinationem I, presbiteros XXI, diaconos V per mens. decemb.; episcopos per diversa loca XVIIII. (4) Qui etiam capite truncatur cum multis clericis et fidelibus occulte iuxta muros Urbis, ad latus forma Traiana, III id. novemb. Et exinde rapuerunt corpus eius christiani cum Damaso presbitero et sepelierunt in basilica supradicta eius, via Aurelia, XVII kal. decemb. in pace. Et cessavit episcopatus dies XXXVIII.

L. c. 1, 211. ML 128, 63 sq.

(47.) De **Leone I** (440—461) et **Attila.**

Hic [scil. Leo] propter nomen Romanum suscipiens 1010
legationem ambulavit ad regem Unnorum, nomine Atthela, et liberavit totam Italiam a periculo hostium.

L. c. 1, 239, 6 sq. ML 128. 301 sq.

*Ioannis Papae II (533—535) Rescriptum de formula «Unus de Trinitate passus est» v. D 201 sq.* 1010a

# IUSTINIANI I imp. (527—565) CORPUS IURIS CIVILIS.

## E Digestis sive Pandectis editis 533.

### De rescripto Marci Aurelii (161—180) contra superstitiones.

[48, 19, 30]

1011 *(Modestinus* [c. 230] *libro primo de poenis):* Si quis aliquid fecerit, quo leves hominum animi superstitione numinis terrentur, divus Marcus huiusmodi homines in insulam relegari rescripsit.

Ed. stereot. *Mommsen* 817. *Kriegel* 919.

### De rescripto Septimii Severi (193—211) contra collegia illicita.

[1, 12, 1, § 14.]

1012 *(Ulpianus* [obiit 228] *libro singulari de officio praefecti urbi):* Divus Severus rescripsit eos etiam, qui illicitum collegium coisse dicuntur, apud praefectum urbi accusandos.

*Mommsen* 13. *Kriegel* 73.

### De collegiis licitis (funeraticiis) tenuiorum et religiosis.

[47, 22, 1.]

1013 *(Marcianus* [c. 212] *libro tertio institutionum):* (1) Mandatis principalibus praecipitur praesidibus provinciarum, ne patiantur esse collegia sodalicia neve milites collegia in castris habeant. (2) Sed permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coeant, ne sub praetextu huiusmodi illicitum collegium coeat. (3) Quod non tantum in urbe sed et in Italia et in provinciis locum habere divus quoque Severus rescripsit.

§ 1. Sed religionis causa coire non prohibentur, dum tamen per hoc non fiat contra senatus consultum, quo illicita collegia arcentur.

*Mommsen* 789. *Kriegel* 890.

### De poena sacrilegii.

[48, 13, 7 (6).]

1014 *(Ulpianus libro septimo de officio proconsulis):* (1) Sacrilegii poenam debebit proconsul pro qualitate personae proque rei condicione et temporis et aetatis et sexus vel severius vel clementius statuere. (2) Et scio multos et ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos etiam vivos exussisse, alios vero

in furca suspendisse. Sed moderanda poena est usque ad bestiarum damnationem eorum, qui manu facta templum effregerunt et dona dei in noctu tulerunt. (3) Ceterum si qui interdiu modicum aliquid de templo tulit, poena metalli coercendus est, aut, si honestiore loco natus sit, deportandus in insulam est.

*Mommsen* 807. *Kriegel* 909.

## E Codice Iustiniano edito 534.

### De comburendis Porphyrii ethnici et Nestorii haeresiarchae scriptis.

[1, 1, 3 (448, Febr. 16), § 1 et 3.]

*Impp. Theodosius et Valentinianus AA. Hormisdae praef.* 1015
*praet.* § 1. Sancimus, ut quaecumque Porphyrius insania sua compulsus aut quivis alius contra religiosum Christianorum cultum conscripsit, apud quemcumque inventa fuerint, igni tradantur. Omnia enim scripta provocantia Deum ad iracundiam et pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum venire volumus.

§ 3. Quoniam vero pervenit ad pias nostras aures, a 1016
quibusdam doctrinas conscriptas fuisse et editas ambiguas neque accurate congruentes orthodoxae fidei expositae a sancta Synodo eorum sanctorum Patrum qui Nicaeae et Ephesi convenerunt, et a Cyrillo piae memoriae, magnae Alexandriae civitatis quondam episcopo, iubemus, huiusmodi scripta sive antea sive nunc facta, potissimum autem ea, quae Nestorii sunt, comburi et perfecto interitui tradi, ita ut in nullius cognitionem veniant; his qui talia scripta aut tales libros habere aut legere sustinuerint, ultimum supplicium experturis. Ceterum nulli patere licentiam, praeter fidem ut diximus Nicaeae et Ephesi expositam aliquid dicere vel docere.

Ed. stereot. *Kriegel-Herrmann* 6. *Krüger* 5 sq.

### Professio fidei catholicae.

[1, 1, 6 (533, Mart. 15).]

*Imp. Iustinianus Aug. Constantinopolitanis.* (1) Salvatorem 1017
et Dominum omnium Iesum Christum, verum Deum nostrum colentes per omnia, studemus etiam, quatenus potest humana mens id assequi, imitari eius demissionem. (2) Etenim cum quosdam invenerimus morbo atque insania detentos impiorum Nestorii et Eutychis, hostium Dei et sanctae catholicae et apostolicae Ecclesiae, nempe qui detrectant sanctam, gloriosam semper Virginem Mariam Deiparam appellare proprie et secundum veritatem, illos festinamus rectam Christianorum

fidem edocere. (3) Hi autem insanabiles, celantes errorem suum, circumeunt, sicut didicimus, simpliciorum animos exturbantes, scandalum eis afferentes et ea dicentes quae sunt sanctae catholicae et apostolicae Ecclesiae contraria. (4) Necessarium igitur esse putavimus, tam haereticorum mendacia dissipare quam omnibus insinuare, quomodo sentiat sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia, et praedicent sanctissimi eius sacerdotes, quos et nos secuti manifesta facimus ea, quae fidei nostrae sunt, non innovantes fidem, quod absit, sed coarguentes eorum insaniam, qui eadem cum impiis haereticis sentiunt. Quod quidem et nos in nostri imperii primordiis pridem egimus et cunctis fecimus manifestum.

1018 § 1. (1) Credimus enim in unum Deum, Patrem omnipotentem, et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei, et in Spiritum Sanctum, unam substantiam in tribus personis adorantes, unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. (2) In ultimis autem diebus confitemur Dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum Dei filium, ex Deo vero Deum verum, ante saecula et sine tempore ex Patre natum, coaeternum Patri, ex quo omnia et per quem omnia, descendisse de coelis, incarnatum de Spiritu Sancto et sancta gloriosa et semper Virgine Maria, et hominem factum, et passum crucem pro nobis sub Pontio Pilato, et sepultum esse, et resurrexisse tertio die, unius ac eiusdem miracula et cruciatus quos sponte pertulit in carne agnoscentes. (3) Non enim alium Deum Verbum et alium Christum novimus, sed unum et eundem consubstantialem Patri secundum deitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem; ut enim est in divinitate perfectus ita idem et perfectus est in humanitate. (4) Nam secundum personam unitatem accipimus et confitemur. Trinitas enim mansit Trinitas et post incarnatum unum ex Trinitate Deum Verbum; neque enim quartae personae adiectionem admittit sancta Trinitas.

1019 § 2. (1) His ita se habentibus, anathematizamus omnem haeresim, praecipue vero Nestorium hominicolam et qui eadem cum ipso senserunt vel sentiunt, qui dividunt unum Dominum nostrum Iesum Christum, Filium Dei et Deum nostrum et non confitentur proprie et secundum veritatem sanctam gloriosam et semper Virginem Mariam Deiparam, hoc est Dei Matrem, sed duos Filios dicunt, unum ex Patre Deum Verbum, alterum ex sancta semper Virgine Deipara Maria, gratia et nexu et propinquitate, quam cum Deo Verbo habet, natum esse; et qui negant nec confitentur Dominum nostrum Iesum Christum, Filium Dei et Deum nostrum incarnatum et hominem factum et crucifixum, unum esse ex sancta et consubstantiali Trinitate. (2) Ipse enim solus est coadorandus et conglorificandus cum Patre et Spiritu Sancto.

§ 3. Anathematizamus et Eutychem mente captum et qui cum eo senserunt aut sentiunt, qui phantasiam inducunt negantque veram generationem Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi ex sancta Virgine et Deipara, hoc est, nostram salutem; et qui non confitentur ipsum consubstantialem Patri secundum deitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem. 1020

§ 4. Similiter autem anathematizamus et Apollinarium animicidam et qui cum eo senserunt vel sentiunt, qui dicunt animae humanae expertem esse Dominum nostrum Iesum Christum, Filium Dei et Deum nostrum, et qui confusionem aut conturbationem introducunt in unigeniti Dei Filii inhumanationem, et omnes qui eadem cum iis senserunt aut sentiunt. 1021

*Kriegel-Herrmann* 8 sq. *Krüger* 7 sq.

## In favorem piarum causarum conceditur praescriptio centum annorum.

[1, 2, 23 (530, Mart. 28)]

*Imp. Iustinianus A. Iuliano praef. praet.* (1) Ut inter divinum publicumque ius et privata commoda competens discretio sit, sancimus, si quis aliquam reliquerit hereditatem vel legatum, vel fideicommissum, vel donationis titulo aliquid dederit vel vendiderit, sive sacrosanctis ecclesiis, sive venerabilibus xenonibus, vel ptochotrophiis, vel monasteriis masculorum vel virginum, vel orphanotrophiis, vel brephotrophiis, vel gerontocomiis, necnon iuri civitatum, relictorum vel donatorum vel venditorum eis sit longaeva exactio, nulla temporis solita praescriptione coarctanda. (2) Sed et si in redemptionem captivorum quaedam pecuniae vel res relictae vel legitimo modo donatae sunt, et earum exactionem longissimam esse censemus. (3) Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis huiusmodi actiones circumcludi. Sed ne videamur in infinitum hanc extendere, longissimum vitae hominum tempus eligimus et non aliter eam actionem finiri concedimus, nisi centum annorum curricula excesserint; tunc enim tantummodo huiusmodi exactionem evanescere sinimus. (4) Sive itaque memoratis religiosissimis locis vel civitatibus hereditas, sive legatum, sive fideicommissum fuerit relictum, sive donatio vel venditio processerit, in quibuscumque rebus mobilibus vel immobilibus vel se moventibus, sive pro redemptione captivorum quaedam fuerint derelicta vel donata, sit eorum paene perpetua vindicatio et ad annos centum, secundum quod dictum est, extendatur; nulla alia exceptione temporis inhibenda, sive contra primas personas, sive contra heredes vel successores eorum moveatur. 1022

1023 § 1. In his autem omnibus casibus non solum personales actiones damus, sed etiam in rem et hypothecariam secundum nostrae constitutionis tenorem, quae legatariis et fideicommissariis hypothecariam donavit, et supradictis omnibus unum tantummodo terminum vitae suae imponimus, id est centum metas annorum.

1024 § 2. Haec autem omnia observari sancimus in iis casibus, qui vel postea fuerint nati, vel iam in iudicium deducti sunt.

*Kriegel-Herrmann* 22. *Krüger* 16 sq.

### De successione ecclesiarum in hereditates clericorum.

[1, 3, 20 (434, Dec. 15).]

1025 *Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Taurum praef. praet.* (1) Si quis presbyter, aut diaconus, aut diaconissa, seu subdiaconus, vel cuiuslibet alterius loci clericus, aut monachus, aut mulier quae solitariae vitae dedita est, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes utriusque sexus, vel liberi, vel si qui agnationis cognationisve iure iunguntur, vel uxor exstiterit, bona quae ad eum vel ad eam pertinuerunt sacrosanctae ecclesiae vel monasterio, cui forte fuerat destinatus aut destinata, omnifariam socientur. (2) Exceptis iis facultatibus, quas forte censibus adscripti, vel iuri patronatus subiecti, vel curiali conditioni obnoxii clerici vel monachi cuiuscumque sexus relinquunt. (3) Neque enim iustum est, bona seu peculia, quae aut patrono legibus debentur, aut domino possessionis cui quis eorum fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latae constitutionis sub certa forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis aut monasteriis detineri; (4) actionibus videlicet competentibus sacrosanctis ecclesiis vel monasteriis reservatis, si quis forte praedictis condicionibus obnoxius, aut ex gestis negotiis, aut ex quibuslibet aliis ecclesiasticis actionibus obligatus obierit.

*Kriegel-Herrmann* 29. *Krüger* 20.

### De episcopali audientia.

[1, 4, 8 (408, Dec. 13).]

1026 *Impp. Honorius et Theodosius AA. Theodoro praef. praet.* Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri a sacerdotibus elegerint, eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam iubemus, quam vestris deferri necesse est potestatibus, a quibus non licet provocare. Per iudicum quoque officia, ne sit cassa episcopalis cognitio, definitioni exsecutio tribuatur.

*Kriegel-Herrmann* 55. *Krüger* 40.

## De privilegio fori et cursu appellationum.

[1, 4, 29 (530, Oct. 18) Init., § 2 et 4.]

*Imp. Iustinianus A. Iuliano praef. praet.* (1) Sancimus, ut 1027
nemo venerabilis clericus ab aliquo sive clerico sive laico statim et ab initio apud beatissimum provinciae patriarcham accusetur, sed prius iuxta sacra instituta apud episcopum civitatis in qua clericus versatur; tum, si hunc suspectum habet, apud metropolitanum episcopum rem agat; sed si forte ne apud eum quidem accusatio placuerit, ad sacram eius regionis synodum accusatum deducat, tribus cum metropolitano convenientibus religiosissimis episcopis, qui ceteris propter ordinationem praeferuntur, et iustitiam in pleno synodi consessu explorant. (2) Et si quidem ei, quae iudicata sunt, placuerint, ab accusando discedat; si vero se laedi existimaverit, tunc provocet illius provinciae beatissimum patriarcham atque iis, quae ipse iudicaverit, omnino pareat, perinde ac si eum ab initio iudicem esset consecutus. Nam contra horum antistitum sententias non esse locum appellationi a maioribus nostris constitutum est. (3) Hoc idem servandum est, si episcopus sive ab aliquo laico sive ab aliquo clerico sive ab altero religiosissimo episcopo accusatus sit. Nam ut statim accusatio ad sanctissimos patriarchas deferatur et ut accusati in aliam provinciam mittantur, omnino prohibemus, praeterquam si accusationem quis ob eam rem intulerit, quod causa ad regionis religiosissimum episcopum transmissa fuerit; quo casu licet ad ipsos quoque sanctissimos patriarchas deferre accusationem; litterae tamen conficiantur ad aliquem ex episcopis eorum locorum, ut is causam audiat, uti antea a nobis dictum est.

§ 2. Si vero remissa causa a sanctissimo patriarcha, aut 1028
ad aliquem ex religiosissimis metropolitanis aut ad alium Dei amantissimum episcopum, sententia lata sit, quae alicui parti displiceat, ac provocetur, ad archiepiscopalem sedem referatur appellatio, in qua, ut adhuc servatum est, cognoscatur.

§ 4. Has autem accusationes, si quidem res ad ecclesia- 1029
sticum statum pertinet, necesse esse iubemus, fiant apud solos religiosissimos episcopos aut metropolitanos aut apud sacras synodos aut sanctissimos patriarchas; si vero civilium rerum controversia sit, volentes quaestionem apud antistites instituere patimur, invitos tamen non cogimus, cum ipsis etiam iudicia civilia sint, si ea adire malint, apud quae licet etiam de criminibus cognoscere.

*Kriegel-Herrmann* 61 sq. *Krüger* 45 sq.

## E Legibus Novellis.

### De numero clericorum in magna ecclesia Constantinopolitana.

[Iustiniani Nov. 3 (ad Epiphanium, Patr. Constantinopolitanum 535, Mart. 16) 1, § 1.]

1030 (1) Quapropter sancimus, ut in sanctissima magna ecclesia non plures quam sexaginta presbyteri sint, centum vero diaconi masculi, quadraginta feminae, monaginta subdiaconi, centum et decem lectores, viginti quinque cantores, ita ut universus numerus religiosissimorum clericorum maioris ecclesiae in quadringentis et viginti quinque personis et centum insuper uti vocantur ostiariis consistat. (2) In sanctissima igitur maiore ecclesia felicissimae huius civitatis et tribus sacris domibus illi iunctis tanta sit clericorum multitudo, ne uno quidem eorum, qui nunc sunt, eiciendo, etiamsi numerus multo maior sit eo, qui a nobis definitus est, nemineque in posterum ulli ordini, qui nunc est, adiciendo, donec ad hunc numerum mansura redigatur.

*Kriegel-Osenbrüggen* 20. *Schoell-Kroll* 21.

### De limite iuris patronatus.

[Iustiniani Nov. 57 (ad Mennam, Patr. Const. 537, Oct. 18) 2.]

1031 Illud quoque in honorem et reverentiam tuae sedis definimus, ut, si quis qui ecclesiam aedificavit vel etiam alio modo in ea ministeria obeuntibus annonas suppeditavit, clericos quosdam in illa velit constituere, non habeat is facultatem quos vult auctoritate sua ad pietatem tuam adducendi, ut absque iudicio et exploratione creentur; sed qui adducti sunt a tua sanctitate examinentur, atque ex voluntate tua et illius qui sacerdotio praeerit, illi, qui beatitudini tuae et successoribus tuis idonei esse Deique ministerio digni videbuntur, semper creentur, ne sacra Dei (id quod sacris elogiis sancitur) profanentur, sed intacta, ineffabilia et tremenda cum sint, sancte, pie et reverenter habeantur.

*Kriegel-Osenbrüggen* 292. *Schoell-Kroll* 313 sq.

### De creatione episcoporum.

[Iustiniani Nov. 123 (546, Mai. 1) 1.]

1032 (1) Iam igitur sancimus, ut, quoties episcopum creare opus fuerit, clerici et primores urbis, in qua episcopus creandus est, de tribus personis periculo animarum suarum decreta faciant, et unusquisque eorum per sacra Evangelia iuret atque

in ipsis scribat, dicentes in ipsis decretis, nec per largitionem nec promissionem aut amicitiam aut aliam quamlibet causam eos elegisse, sed (2) quod sciant eos rectae et catholicae fidei atque honestae vitae esse, et triginta annos excedere litterasque scire, et (3) quod neque uxorem neque liberos quemquam ex illis habere, neque concubinam aut liberos naturales eos habuisse aut habere sciant, sed (4) et si quis ex illis uxorem antea habuerit, eam tamen solam et primam nec viduam nec a viro separatam nec legibus nec sacris canonibus prohibitam habuisse; (5) insuper quod nec curialem nec cohortalem eum esse sciant, vel si curiali aut cohortali conditioni subiectus fuerit, eum in monasterio non minus quindecim annis vitam monasticam vixisse cognitum habeant.

§ 1. (1) Hoc quoque decretis inseri oportet, quod per- 1033
sonam ab illis electam non minus quam triginta quinque annos habere sciant, ut ex tribus personis, de quibus decreta illa facta sunt, melior creetur electione et iudicio eius, qui eos creat. (2) Curialis vero vel cohortalis, qui, ut dictum est, quindecim annos in monasterio vixit et ad episcopatum promotus est, a conditione sua liber sit, ita tamen, ut liberatus a curia quartam partem substantiae suae sibi retineat, reliquis eius rebus secundum legem nostram curiae et fisco vindicandis.

§ 2. (1) Illis autem qui decreta faciunt, facultatem con- 1034
cedimus, si quempiam laicorum, praeter curialem et officialem, praedicta electione dignum putaverint, ut eum cum aliis duobus clericis aut monachis eligant, ita tamen, ut laicus, qui hoc modo ad episcopatum electus est, non statim episcopus creetur, sed prius in clericis non minus tribus mensibus numeretur atque ita sacros canones et sacrum Ecclesiae ministerium edoctus episcopus creetur; qui enim alios docere debet, ab aliis post creationem doceri non debet. (2) Si forte in quibusdam locis non inveniantur tres personae ad eiusmodi electionem idoneae, liceat illis, qui decreta faciunt, de duabus vel etiam una persona decreta facere, quae tamen omnia a nobis dicta testimonia habeat. (3) Si illi, qui episcopum eligere debent, intra sex menses decreta illa non fecerint, tunc is, qui creandi ius habet, periculo animae suae episcopum creet, omnibus reliquis quae diximus observandis. (4) Si quis contra dictam observationem episcopus creetur, illum omni modo episcopatu eici iubemus; quin et is qui adversus haec creare ausus fuerit, per unum annum a sacro ministerio separetur, omnisque substantia eius, quae quocumque tempore aut modo in dominium eius pervenit, propter delictum quod commisit dominio Ecclesiae, cuius episcopus est, vindicetur.

*Kriegel-Osenbrüggen* 539 sqq. *Schoell-Kroll* 594 sq.

## De praerogativa Patriarchae Constantinopolitani.

[Iustiniani Nov. 131 (545, Mart. 18) 1—2.]

1035 1. (1) Sancimus igitur ut legum vicem obtineant sacri ecclesiastici canones, qui a sanctis quattuor Synodis expositi vel confirmati sunt, hoc est a Nicaena CCCXVIII, et Constantinopolitana CL sanctorum Patrum, et Ephesina prima, in qua Nestorius condemnatus est, et Chalcedonensi, in qua Eutyches cum Nestorio anathemate percussus est. (2) Praedictarum enim sacrarum Synodorum et dogmata ut divinas scripturas suscipimus et canones tamquam leges custodimus.

1036 2. Ac propterea sancimus, ut secundum earum regulas sanctissimus veteris Romae Papa primus omnium sacerdotum sit, beatissimus vero archiepiscopus Constantinopolis, novae Romae, post sanctissimam Apostolicam Sedem veteris Romae secundum locum habeat, reliquis vero omnibus praeferatur.

*Kriegel-Osenbrüggen* 593. *Schoell-Kroll* 654 sq.

*1036a* *Iustiniani I Anathematismos contra Origenem v. D 203 sqq.*

# CONCILIUM AURELIANENSE III 538.

## CANONES.

### 14. Ut missarum celebritas in praecipuis sollemnitatibus hora tertia incohetur.

*1037 De missarum celebritate in praecipuis dumtaxat sollemnitatibus id observari debet, ut hora tertia[1] missarum celebratio in Dei nomine incohetur: quo facilius intra horas competentes, ipso officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, id est in vespertino tempore, convenire: quia sacerdotem vespertinis officiis ab ecclesia talibus praeterea diebus nec decet deesse nec convenit.

### 28. Die Dominico quid operis facere liceat aut non liceat.

1038 (1) Quia persuasum est populis die Dominico agi cum caballis, aut bubus, et vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad victum praeparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem ullatenus exercere (quae res ad Iudaicam magis quam ad Christianam observantiam pertinere probatur:) id statuimus, ut die Dominico, quod

---

[1] i. e. hora 9 antemeridiana.

ante fieri licuit, liceat. (2) De opere tamen rurali, id est, arata, vel vinea, vel sectione, messione, excussione, exarto, vel sepe, censuimus abstinendum; quo facilius ad ecclesiam convenientes orationis gratiae vacent. Quodsi inventus fuerit quis in operibus suprascriptis, quae interdicta sunt, se exercere, qualiter emendari debeat, non laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

Hard. 2, 1426 et 1428. Msi 9, 16 sqq. Hf. 2, 776 sqq. HL 2, 2, 1160 sqq.

## IORDANIS ALANUS scripsit 551.

### De Leone I et Attila.

[Historia Getica 42, 6—9.]

(6) Cumque ad Romam animus fuisset eius [scil. Attilae] 1039
attentus accedere, sui eum, ut Priscus historicus refert, removerunt, non urbi, cui inimici erant, consulentes, sed Alarici quondam Vesegotharum regis obicientes exemplo [*lege* exemplum], veriti regis sui fortunam, quia ille post fractam Romam non diu supervixerit, sed protinus rebus humanis excessit. (7) Igitur dum eius animus ancipiti negotio inter ire et non ire fluctuaret secumque deliberans tardaret, placida ei legatio a Roma advenit. Nam Leo Papa per se ad eum accedens in agro Venetum Ambuleio, ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur. (8) Qui mox deposuit exercitatu furore et rediens, quo venerat, iter ultra Danubium promissa pace discessit, illud prae omnibus denuntians atque interminando discernens, graviora se in Italiam illaturum, nisi ad se Honoriam Valentiniani principis germanam, filiam Placidiae Augustae, cum portione sibi regalium opum debita mitterent. (9) Ferebatur enim, quia haec Honoria, dum propter aulae decus ad castitatem teneretur nutu fratris inclusa, clam eunucho misso Attilam invitasse, ut contra fratris potentiam eius patrociniis uteretur: prorsus indignum facinus, ut licentiam libidinis malo publico compararet.

Ed. *Mommsen*, Monumenta Germaniae hist., auctores antiquissimi 5, 114 sq. ML 69, 1282.

*Concilium oecum. Constantinopolitanum II (553) De tribus Capitulis v. D 212 sqq.* 1039a

## PELAGIUS PAPA I 555—561.

### De iuramento purgatorio Pelagii et damnatione simoniae.

[E Libro Pontificali (aequali) 62. Pelagius 2.]

1040 (1) Eodem tempore Narsis et Pelagius Papa consilio inito, data laetania ad sanctum Pancratium, cum hymnis et canticis spiritalibus venerunt ad sanctum Petrum apostolum. (2) Qui Pelagius tenens evangelia et crucem Domini super caput suum in ambone ascendit et sic satisfecit cuncto populo et plebi quia nullum malum peregisset contra Vigilium.

1041 (3) Item adiecit Pelagius Papa et dixit: «Peto enim ut petitionem meam confirmetis, ut si quis ille est qui promovendus est in sancta Ecclesia, ab hostiario usque ad grados episcopatus, ut neque per aurum neque per aliquas promissiones proficiat: vos omnes scitis quia simoniacum est. Sed si quis ille doctus in opere Dei, bonam vitam habens, non per dationem, sed iubemus eum per bonam conversationem usque ad primum gradum venire.»

Ed. *Duchesne* 1, 303, 5 sqq. ML 128, 611 sq.

*1041a Pelagii I Rescripta De forma baptismi v. D 229, De primatu Romani Pontificis ib. 230.*

*1041b Concilii Bracarensis*[1] *(561) Anathematismos contra Priscillianistas v. D 231 sq.*

## GESTA LIBERII e saeculo sexto[2].

### De Liberio in coemeterio viae Salariae exulante.

[E codice Colbertino.]

1042 1. Anno regni Constantini regis, nepotis Constantini magni viri, erat quidam sacerdos urbis nomine Liberius, pius praesul Christum praedicans, sicut et doctus fuerat a Marco episcopo urbis Romae, qui eum ordinavit diaconum in civitate in gremio basilicae Constantinianae, semper in Trinitate fixus, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum praedicans et laudans «Deum de Deo et lumen de lumine, totum a toto, plenum a pleno, non creatum sed genitum, non ex nihilo sed ex Patre, unius substantiae cum Patre....»

---

[1] *Braga,* Hispaniae (Lusitaniae).

[2] Cf. P. *Fed. Savio* S. J., La Questione di Papa Liberio (Roma 1907, *Pustet*) 209 sq.

2. (1) Hoc cum legisset ex libro antiquo, edoctus a libro 1043
Silvestri episcopi Romanorum, eo quod et publice praedicaret in nomine Iesu Christi, a lepra mundatum fuisse per Silvestrum Constantinum patruum Constantis; erat enim Constans non integre christianus, sed quasi tentator, baptizatus tamen in Trinitate, non tamen integre confitebatur Trinitatem. Baptizatus autem ab Eusebio Nicomediensi in Nicomedia in Aquilone villa. (2) Hic vero dicebat alios filios habuisse de Maria Ioseph. (3) Hoc cum audisset Liberius episcopus urbis Romae, coepit deridere eum et clara voce accusare, et dicere ex omni virtute: «Non erit tuum regnum, quia non times Dominum Deum tuum.» (4) Hoc cum multi referrent regi Constantio, iratus est vehementer et iussit eum extra civitatem habitare. Habitabat autem ab urbe Roma milliario III, quasi exul in cymiterio Noellae via Salaria.

3. Veniens autem dies Paschae vocavit universos pres- 1044
byteros cives Romanos et diaconos, et sedit in eodem cymiterio, et dixit: «Nolite timere, quoniam vobiscum ego non habito in civitate Roma, sed habetis vicarium; ecce fratrem et presbyterum Damasum, cuius testimonium vos mihi perhibetis, cuius corpore et mente clara voce vos praedicatis.» ...

5. ... (5) Erat enim ibi non longe a cymiterio Noellae 1045
cymiterius Ostrianus, *ubi Petrus apostolus baptizavit.* Eodem tempore Paschae baptizavit promiscui sexus numero quattuor millia duodecim. ...

6. (1) Veniens autem eodem tempore bellum super Da- 1046
nubium. ... (2) Constans dixit: ... (4) «Sacrilegum Liberium, qui dixit patruum meum fuisse leprosum et baptizatum a Silvestro episcopo et mundatum ... rediens ad urbem Romam, volucribus coeli et bestiis terrae carnes eius immolabo». ...

7. (1) Veniens autem dies Pentecosten ... (2) dicit [Liberio] 1047
Dionysius presbyter: «Quare non baptizas ad primum pontificem nostrum Petrum apostolum?» (3) Respondit [Liberius] ... «aqua ibi non emanat». ...

8. (1) Respondit Damasus et dixit: «Non tristetur cor 1048
tuum, praesul summe, quia dabo tibi venam fontis emanantem». ... (5) Fecit autem cuniculos duos, et exinanivit locum illum, qui est a dextera introeuntibus in basilicam beati Petri apostoli. Habebat enim ibidem fontem quae non sufficiebat. Et caecidit montem Damasus manu sua. Et introivit plus quam consuetum est. Et construxit fontem. (6) Et nuntiaverunt hi omnes Liberio episcopo, quid actum fuisset. Et iussit convenire omnes presbyteros clerosque ex universis gradibus et fideles ... (7) fecit convenire monasteria et plebem sanctam Christianorum. Et cum laetanea venit ad beatum Petrum apostolum. ... (9) Et introierunt Sabbato Pentecosten,

et placuit Liberio fons et gaudio plorabat omnino non amare, sed favum omnibus videbatur. Ab hora nona catechizavit omnes, et ab hora quasi ⟨undecima⟩ iam ad occasum usque in Dominica Pentecosten non cessavit baptizare.... Et baptizati sunt promiscui sexus fere octo millia octingenti decem. (10) Multi eodem tempore desiderabant tangere vestimenta Liberii episcopi.

1049 9. (1) Alia autem die, quae est feria secunda, audivit universa plebs quod Constans adeptus quidem victoriam... transivit usque ad Nicomediam, et in Aquilone villa, ubi baptizatus est ab Eusebio Nicomediense, in Arianorum dogma declinat. (2) Eodem loco mortuus est et sepultus Constante III et Constantio Augusto et Basso consulibus (346)[1], IX kal. Maias. Et sedit eamdem sedem Petri apostoli annos XVII, menses XIII, dies VIII.

*Coustant,* Epistulae Romanorum Pontificum (Paris. 1721), Appendix 89 sqq. ML 8, 1388 sqq.

## VITA S. EUSEBII PRESBYTERI ROMANI
scripta saeculo sexto.

### De Liberio Romano.
[Num. 5—6.]

1050 5. (1) Eodem tempore quo Liberius de exilio revocatus fuerat a Constantio Augusto haeretico, in eodem tantum dogmate ut non rebaptizarent populum, sed una communione consummarent plebem, Eusebius presbyter urbis Romae coepit declarare Liberium haereticum et amicum Constantii. (2) Cumque multi sancta confessione et catholica fide vitarent communionem Liberii per Eusebii presbyteri doctrinam, occupantur ecclesiae a Liberio, eicitur Felix de episcopatu, subrogatur Liberius, tenetur Eusebius presbyter, et quod in domo sua, quam ipse exstruxerat, populum congregaret, et quia confortaret plebem sanctam. (3) Tunc Constantius imperator aggreditur cum Liberio Eusebium presbyterum dicens: Tu solus Christianus es in urbe Roma? Eusebius presbyter respondit: Sic confidimus in Domino, quia fideles nos inveniet Christus, sicut et baptizati sumus et benedictionem, quam a beato Iulio suscepimus, tenemus. (4) Liberius dixit: Nos cuius fungimur vice, nonne Iulii anterioris nostri? Eusebius presbyter dixit: Si perseverasses in fide, quam in persecutione primo tenere visus fueras.

1051 6. (1) Liberius dixit: Praesente Augusto tam contumacem me existimas? Eusebius dixit: Res ipsa te docet et de-

[1] Revera Liberius anno 366 mortuus est.

clarat. (2) Imperator Constantius dixit: Et quid est inter fidem et fidem? Eusebius presbyter respondit: Quantum ad nos peccatores integre tenentes sumus. Quantum ad vos, insania diaboli et invidia superstitionis vestrae, ut Felicem episcopum, quem vos non tacuistis catholicum et Dominum Iesum Christum invocantem, purum sacerdotem ab omnibus declaratum, in damnationis causam exilio direxistis, qui tamen in praediolo suo orationibus vacat. Et quidem iusso tuo Christianis occisionem et necem praecepisti inferri, maxime clericis et presbyteris et diaconibus.

(3) Tunc iratus Constantius subrogatu Liberii in- 1052
cludit Eusebium presbyterum in quodam cubiculo domus suae, quod humile erat in latitudine pedibus quattuor, et ibi multis mensibus in oratione constanter perseverans, inclusus tamen, post menses septem dormitionem accepit nono decimo Kalendas Septembris. (4) Cuius corpus collegerunt Gregorius et Orosius presbyteri parentes eius et sepelierunt in crypta iuxta corpus beati Sixti martyris et episcopi via Appia in coemeterio Calisti, ubi et titulum eius scribentes posuerunt pro commemoratione eius: «Eusebio homini Dei.»

Acta SS. (Bolland.) Aug. 3, 166 sq.

## GREGORIUS PAPA I M. 590—604.

### De reliquiis Sanctorum non dividendis.

[Ex epistula ad Constantinam Augustam (594 Iun.) Registrum 4, 30, 3.]

(1) Cognoscat autem tranquillissima Domina, quia Ro- 1053
manis consuetudo non est, quando Sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere praesumant de corpore. (2) Sed tantummodo in buxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora Sanctorum ponitur. Quod levatum in ecclesia quae est dedicanda debita cum veneratione reconditur, et tantae per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illic specialiter eorum corpora deferantur. (3) Unde contigit, ut beatae recordationis Leonis Papae tempore, sicut a maioribus traditur, dum quidam Graeci de talibus reliquiis dubitarent, praedictus pontifex hoc ipsum brandeum allatis forficibus incidit, et ex ipsa incisione sanguis effluxit. (4) In Romanis namque vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile est atque sacrilegum, si Sanctorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quod si praesumpserit, certum est, quia haec temeritas impunita nullo modo remanebit.

Ed. *P. Ewald* et *L. M. Hartmann*, Monum. Germ. hist., epistulae 1, 264 sq. ML 77, 702.

## De cultu imaginum.

[Ex epistula ad Serenum ep. Massiliensem (600 Oct.)
Registrum 11, 10 (M 13) 4—10.]

1054 (4) Perlatum siquidem ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus Sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confringeres. Et quidem quia eas adorari vetuisses, omnino laudavimus, fregisse vero reprehendimus. (5) Dic, frater, a quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non debuit revocare, ut despectis aliis fratribus solum te sanctum et esse crederes sapientem?

1055 (6) Aliud est enim picturam adorare, aliud picturae historia, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident, quod sequi debeant, in ipsa legunt qui litteras nesciunt; unde praecipue gentibus pro lectione pictura est. Quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, attendi decuerat, ne, dum recto zelo incaute succenderis, ferocibus animis scandalum generares. (7) Frangi ergo non debuit, quod non ad adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solum modo mentes fuit nescientium collocatum.

1056 (8) Et quia in locis venerabilibus Sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condisses, sine dubio et ea quae intendebas salubriter obtinere et collectum gregem non dispergere, sed dispersum potius poteras congregare, ut pastoris in te meritum nomen⟨que⟩ excelleret, non culpa dispersoris incumberet. (9) Haec autem dum in hoc animi tui incaute nimis motus exsequeris, ita tuos scandalizasse filios perhiberis, ut maxima eorum pars a tua se communione suspenderet. Quando ergo ad ovile Dominicum errantes oves adducas, qui quas habes retinere non praevales? (10) Proinde hortamur, ut vel nunc studeas esse sollicitus atque ab hac te praesumptione compescas et eorum animos, quos a tua disiunctos unitate cognoscis, paterna ad te dulcedine omni adnisu omnique studio revocare festines.

Ed. *L. M. Hartmann* l. c. 2, 270 sq. ML 77, 1128 sqq.

*1056a* *Gregorii M. Rescripta De scientia Christi v. D 248, De baptismo et ordinibus haereticorum ib. 249, De tempore unionis hypostaticae ib. 250.*

# HONORIUS PAPA I 625—638.

## Epistula prima ad Sergium Constantinopolitanum scripta 634.

[Lecta in actione duodecima Concilii oecum. Constantinopol. III. 681.]

(1) Τὰ γραφέντα παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀδελφότητος ἐδεξά- 1057
μεθα, δι' ὧν φιλονεικίας τινὰς καὶ νέας φωνῶν ζητήσεις ἔγνωμεν εἰσενεχθείσας παρὰ Σωφρονίου τινός, τηνικαῦτα μὲν μοναχοῦ, νυνὶ δέ, ὡς ἀκούομεν, ἐπισκόπου καθεστῶτος τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως, κατὰ Κύρου τοῦ ἡμετέρου ἀδελφοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως προέδρου, μίαν ἐνέργειαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἐπιστρέψασιν ἐκ τῶν αἱρέσεων κηρύξαντος. (2) Ὅστις Σωφρόνιος παραγενόμενος πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα καὶ τὴν τοιαύτην ἀποτιθέμενος μέμψιν, πολυτρόπως παιδευθεὶς ᾔτησε, περὶ ὧν παρ' ὑμῶν κατηχήθη, ἐγγράφως αὐτῷ σαφηνισθῆναι· ὧντινων γραμμάτων πρὸς τὸν αὐτὸν Σωφρόνιον πεμφθέντων παρ' ὑμῶν δεξάμενοι τὰ ἴσα καὶ ἐντυχόντες ἐπαινοῦμεν τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα μετὰ πολλῆς προνοίας τε καὶ ἐπισκέψεως γράψαι περιαιροῦσαν τὸ καινὸν τῆς ὀνομασίας, δυνάμενον τοῖς ἁπλουστέροις σκάνδαλον εἰσάγειν. (3) Ἡμᾶς γὰρ δέον ἐστὶ βαδίζειν ὥσπερ ἐλάβομεν. Καὶ γὰρ προηγουμένου τοῦ Θεοῦ παρεγενόμεθα πρὸς τὸ μέτρον τῆς ὀρθῆς πίστεως, ἥν τινα οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀληθείας τῷ φωτὶ τῶν θείων Γραφῶν ἐξέτειναν, (4) ὁμολογοῦντες τὸν

---

(1) Scripta fraternitatis vestrae suscepimus, per quae con- 1057
tentiones quasdam et novas vocum quaestiones cognovimus introductas per Sophronium quendam, tunc monachum, nunc vero, ut audimus, episcopum Hierosolymitanae urbis constitutum, adversus fratrem nostrum Cyrum Alexandriae antistitem, unam operationem Domini nostri Iesu Christi conversis ex haeresi praedicantem. (2) Qui denique ad vestram fraternitatem Sophronius veniens querelamque huiusmodi deponens, multiformiter eruditus petiit de his, quae a vobis fuerat instructus paginalibus sibi syllabis reserari: quarum litterarum ad eundem Sophronium directarum a vobis suscipientes exemplar et intuentes satis provide circumspecteque fraternitatem vestram scripsisse, laudamus novitatem vocabuli auferentem, quod posset scandalum simplicibus generare. (3) Nos enim in quo percepimus, oportet ambulare. Enimvero duce Deo pervenimus usque ad mensuram rectae fidei, quam apostoli veritatis Scripturarum sanctarum lumine extenderunt: (4) confitentes Dominum

Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐνεργοῦντα τὰ θεῖα μεσιτευούσης τῆς ἀνθρωπότητος τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ καθ' ὑπόστασιν· (5) καὶ τὸν αὐτὸν ἐνεργοῦντα τὰ ἀνθρώπινα ἀφράστως καὶ μονογενῶς προσληφθείσης τῆς σαρκὸς ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, τελείως τῆς θεότητος. (6) Καὶ ὁ ἐκλάμψας ἐν σαρκὶ τοῖς θαύμασι τελείᾳ θεότητι, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τῆς σαρκὸς τὰς διαθέσεις τοῖς ὀνειδισμοῖς τοῦ πάθους ἐνεργήσας τέλειος Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, εἷς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἑκατέραις ταῖς φύσεσι, Λόγος σὰρξ γενόμενος, καὶ ἐνῴκησεν ἐν ἡμῖν· (7) αὐτὸς υἱὸς ἀνθρώπου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, εἷς καὶ ὁ αὐτός, καθὼς γέγραπται, σταυρωθεὶς ὁ Κύριος τῆς δόξης· ὁπόταν ὁμολογῆται τὴν θεότητα μηδαμῶς δύνασθαί τινα ὑπομεῖναι ἀνθρώπινα πάθη. (8) Καὶ οὐκ ἐξ οὐρανοῦ ἀλλ' ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου προσελήφθη ἡ σάρξ....

1058 (12) Ὅθεν καὶ ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐπειδὴ προδήλως ὑπὸ τῆς θεότητος προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, οὐχ ἁμαρτία ἐν ἐκείνῃ, δηλαδὴ ἡ φύσις ἡ πρὸ τῆς ἁμαρτίας κτισθεῖσα, οὐχ ἥτις μετὰ τὴν παράβασιν ἐφθάρη. (13) Χριστὸς γὰρ ὁ Κύριος ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας [cf. Rom 8, 3] παραγενόμενος τὴν ἁμαρτίαν ἀφείλετο τοῦ κόσμου, «καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν» [Io 1, 16]· «καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν σχήματι ηὑρέθη ὡς ἄνθρωπος» [Phil 2, 7]. (14) Ἐπειδὴ

---

Iesum Christum, mediatorem Dei et hominum, operatum divina media humanitate Verbo Deo naturaliter unita, (5) eundemque operatum humana ineffabiliter atque singulariter assumpta carne discrete, inconfuse, atque inconvertibiliter plena divinitate. (6) Et qui coruscavit in carne miraculis perfecta divinitate, ipse est qui et carnis affectus sub opprobriis passionis operatus est: perfectus Deus et homo unus mediator Dei et hominum in utrisque naturis, Verbum caro factum, et habitavit in nobis: (7) ipse filius hominis de caelo descendens, unus atque idem, sicut scriptum est, crucifixus Dominus maiestatis: dum constet divinitatem nullas posse perpeti humanas passiones. (8) Et non de caelo, sed de sancta est assumpta caro Dei Genitrice....

1058 (12) Unde et unam voluntatem fatemur Domini nostri Iesu Christi, quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura, non culpa in illa; profecto natura, quae ante peccatum creata est, non quae post praevaricationem vitiata. (13) Christus enim Dominus in similitudine carnis peccati veniens peccatum mundi abstulit, *et de plenitudine eius omnes accepimus. Formam servi suscipiens, habitu inventus est ut homo.* (14) Quia sine

γὰρ χωρὶς ἁμαρτίας συνελήφθη ἐκ Πνεύματος Ἁγίου, διὰ
τοῦτο καὶ χωρὶς ἁμαρτίας ἐστὶν ὁ τόκος ὁ ἐκ τῆς ἁγίας
ἀχράντου Παρθένου καὶ Θεοτόκου, μὴ μετασχὼν πείρας τῆς
ἁμαρτησάσης φύσεως. . . .

(17) Οὐ προσελήφθη οὖν, καθὼς εἰρήκαμεν, ἀπὸ τοῦ 1059
Σωτῆρος ἡ ἁμαρτήσασα φύσις, ἡ ἀντιστρατευομένη τῷ
νόμῳ τοῦ νοός, ἀλλ' «ἦλθε ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπο-
λωλός» [Lc 19, 10], τουτέστι τὴν ἁμαρτήσασαν τοῦ ἀνθρω-
πίνου γένους φύσιν. (18) Ἕτερος γὰρ νόμος τοῖς μέλεσιν
[cf. Rom 7, 23], ἢ θέλημα διάφορον ἢ ἐναντίον οὐ γέγονεν
ἐν τῷ Σωτῆρι, ἐπειδὴ καὶ ὑπὲρ νόμον ἀνθρωπίνης φύσεως
ἐτέχθη. (19) Κἂν γὰρ γέγραπται· «οὐκ ἦλθον ποιῆσαι τὸ
θέλημά μου, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός» [Io 5, 30],
καί· «οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὅπερ σὺ θέλεις, Πάτερ»
[Mc 14, 36] καὶ ἄλλα τοιουτότροπα· οὔκ εἰσι ταῦτα διαφόρου
θελήματος, ἀλλὰ τῆς οἰκονομίας τῆς ἀνθρωπότητος τῆς
προσληφθείσης. (20) Ταῦτα γὰρ δι' ἡμᾶς ἐλέχθη, οἷς δέ-
δωκε παράδειγμα, ἵνα τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἑπώμεθα, ὁ τῆς
εὐσεβείας διδάσκαλος τοὺς μαθητὰς διδάσκων ἵνα μὴ τὸ
ἴδιον ἕκαστος ἡμῶν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κυρίου μᾶλλον ἐν πᾶσι
προτιμήσῃ θέλημα.

(21) Ὁδῷ τοίνυν βασιλικῇ πορευόμενοι δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ 1060
τῶν θηρευτῶν τὰς περικειμένας παγίδας ἐκφεύγοντες, πρὸς
λίθον τὸν ἡμέτερον μὴ προσκρούσωμεν πόδα, τοῖς Ἰδου-

---

peccato conceptus de Spiritu Sancto, etiam absque peccato est
partus de sancta et immaculata Virgine Dei Genetrice, nullum
experiens contagium vitiatae naturae....

(17) Non est itaque assumpta, sicut praefati sumus, a Sal- 1059
vatore vitiata natura, quae repugnaret legi mentis eius; sed
*venit quaerere, et salvare quod perierat,* id est vitiatam humani
generis naturam. (18) Nam lex alia in membris, aut voluntas
diversa non fuit, vel contraria Salvatori, quia super legem
natus est humanae conditionis. (19) Et si quidem scriptum
est: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me
Patris,* et: *Non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater* et alia
huiusmodi: non sunt haec diversae voluntatis, sed dispensa-
tionis humanitatis assumptae. (20) Ista enim propter nos dicta
sunt, quibus dedit exemplum, ut sequamur vestigia eius, pius
magister discipulos imbuens, ut non suam unusquisque nostrum,
sed potius Domini in omnibus praeferat voluntatem.

(21) Via igitur regia incedentes et dextrorsum vel sinistror- 1060
sum venatorum laqueos circumpositos evitantes, ad lapidem
pedem nostrum ne offendamus, Idumaeis, id est terrenis atque

μαίοις, τουτέστι τοῖς γηΐνοις αἱρετικοῖς τὰ οἰκεῖα καταλιμπάνοντες· μηδ' εἰς ἴχνος ποδὸς γῆν, τουτέστιν εἰς τὴν φαύλην αὐτῶν διδασκαλίαν, παντὶ τρόπῳ αἱ διάνοιαι ἡμῶν προσψαύσωσιν· ὅπως δυνηθῶμεν καταντῆσαι πρὸς τοὺς πατρῴους ὅρους ταῖς τρίβοις τῶν ἡγουμένων ἡμῶν βαδίζοντες. (22) Καὶ κἂν εἴ τινες ψελλίζοντες, ἵνα οὕτως εἴπωμεν, ἐπεχείρησαν προφέροντες ἐκθέσθαι τυποῦντες αὐτοὺς ἐν σχήματι διδασκάλων, ὅπως δυνηθῶσι τὰς διανοίας τυπῶσαι τῶν ἀκροατῶν, οὐ χρὴ ταῦτα πρὸς δόγματα ἐκκλησιαστικὰ μεταστρέφειν· ἅπερ οὐδὲ σύνοδοι κατεξέτασαν, οὐδὲ αὐθεντίαι κανονικαὶ ἔδοξαν σαφηνίζειν, ἵνα μίαν ἢ δύο ἐνεργείας τις τολμήσῃ ἐπὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ κηρύξαι· ἃς οὐδὲ εὐαγγελικὰ οὐδὲ ἀποστολικὰ γράμματα οὐδὲ συνοδικαὶ κρίσεις φαίνονται ὁρίσασαι. . . .

1061 (24) Ὅτι γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ἐνεργῶν τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα τελείως, αἱ θεῖαι Γραφαὶ φανερῶς ἀποδεικνύουσι. Πότερον δὲ διὰ τὰ ἔργα τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος μία ἢ δύο ἐνέργειαι ὤφελον παραγόμεναι λέγεσθαι ἢ νοεῖσθαι, ταῦτα πρὸς ἡμᾶς ἀνήκειν οὐκ ὤφελον· ἀλλὰ καταλιμπάνομεν ταῦτα τοῖς γραμματικοῖς, ἤγουν τεχνογράφοις, οἵ τινες εἰώθασι

---

haereticis, propria relinquentes; ac ne vestigio quidem pedis terram, id est pravam eorum doctrinam, omnimodo sensus nostri atterant; ut ad id, quo tendimus, hoc est, ad fines patrios pervenire possimus, ducum nostrorum semita gradientes. (22) Et si forte quidam balbutientes, ut ita dicam, nisi sunt proferentes exponere, formantes se in specimen doctorum, ut possent mentes imbuere auditorum, non oportet haec ad dogmata ecclesiastica retorquere; quae neque synodales apices super hoc examinantes neque auctoritates canonicae visae sunt explanasse, ut unam vel duas energias aliquis praesumat Domini Iesu Christi praedicare; quas neque evangelicae neque apostolicae litterae vel synodalis examinatio super his habita visae sunt terminasse....

1061 (24) Nam quod Dominus Iesus Christus, Filius ac Verbum Dei, per quem facta sunt omnia, ipse sit unus et idem operans divina et humana plene, sacrae Litterae luculenter demonstrant. Utrum autem propter opera divinitatis et humanitatis una an geminae operationes debeant derivatae dici vel intellegi, ad nos ista pertinere non debent; relinquentes ea grammaticis vel institutoribus, qui solent parvulis exquisita derivando nomina venditare. (25) Nos enim non unam opera-

τοῖς παισὶν ἐν τῷ παραγωγὰς ποιεῖν τὰ ἐφευρισκόμενα παρ' αὐτοῖς ὀνόματα πιπράσκειν. (25) Ἡμεῖς γὰρ οὐ μίαν ἐνέργειαν ἢ δύο τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τὸ αὐτοῦ Ἅγιον Πνεῦμα διὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν παρελάβομεν, ἀλλὰ πολυτρόπως ἔγνωμεν αὐτὸν ἐνεργοῦντα. . . .

(27) Ἐὰν γὰρ αἱ διαιρέσεις τῶν ἐνεργειῶν πολλαί εἰσι, 1062
καὶ ταύτας πάσας ὁ Θεὸς ἐν πᾶσι τοῖς μέλεσι τοῦ πεπληρωμένου σώματος ἐνεργεῖ, πόσῳ μᾶλλον ἐν τῇ κεφαλῇ ἡμῶν Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ταῦτα δύνανται πληρέστατα ἁρμοσθῆναι; . . .

(29) Καὶ ἡμᾶς μὲν χρὴ κατὰ τὰ θεσπίσματα τῶν θείων 1063
λογίων φρονεῖν καὶ ἀναπνεῖν· ἐκεῖνα δηλαδὴ ἀνατρέποντας, ἅ τινα καινισμῷ φωνῆς γινώσκονται ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις σκάνδαλα τίκτειν· μή πως οἱ νηπιάζοντες τῇ ἐπωνυμίᾳ τῶν δύο ἐνεργειῶν προσκόψαντες, τὴν Νεστοριανὴν μανίαν ἡμᾶς φρονεῖν νομίσωσιν· ἢ εἰ δηλαδὴ πάλιν μίαν ἐνέργειαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογητέαν εἶναι δοξάσωμεν, τὴν μωρὰν τῶν Εὐτυχιανιστῶν ταῖς ἐμβροντήτοις ἀκοαῖς ἄνοιαν ὁμολογεῖν νομισθῶμεν· παραφυλαττόμενοι, ἵνα μὴ ὧν τὰ μάταια καὶ κενὰ ὅπλα συνεκαύθησαν, τούτων αἱ τέφραι ἀνακαινίσωσι τοὺς πυρσοὺς ἀναζωπυρηθέντας τῶν φλογοφόρων ζητήσεων· (30) ἁπλότητι καὶ ἀληθείᾳ ὁμολογοῦντες τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐνεργοῦντα ἐν τῇ θείᾳ καὶ

---

tionem vel duas Dominum Iesum Christum eiusque Sanctum Spiritum sacris Litteris percepimus, sed multiformiter cognovimus operatum. . . .

(27) Si enim divisiones operationum sunt multae, et has 1062
omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quanto magis capiti nostro Christo Domino haec possunt plenissime coaptari? . . .

(29) Et nos quidem secundum sanctiones divinorum elo- 1063
quiorum oportet sapere vel spirare; illa videlicet refutantes, quae quidem novitate vocis noscuntur sanctis Dei Ecclesiis scandala generare; ne parvuli aut duarum operationum vocabulo offensi, sectantes Nestorianos nos vesana sapere arbitrentur, aut certe, si rursus unam operationem Domini nostri Iesu Christi fatendam esse censuerimus, stultam Eutychianistarum attonitis auribus dementiam fateri putemur: praecaventes, ne quorum inania arma combusta sunt, eorum cineres redivivos ignes flammivomarum denuo renovent quaestionum: (30) simpliciter atque veraciter confitentes Dominum Iesum Christum unum operatorem divinae et humanae naturae: electius

ἀνθρωπίνῃ φύσει· βέλτιον μᾶλλον ὑπολαμβάνοντες, ἵνα οἱ μάταιοι τῶν φύσεων σταθμισταί, ἀργοὶ καὶ παγανικώτατοι φιλόσοφοι, τῦφον ἔχοντες καὶ οἰδαίνοντες καθ' ἡμῶν ἐπιψοφήσωσι ταῖς φωναῖς τῶν βατράχων, ἤπερ ἵνα οἱ ἁπλούστεροι καὶ ταπεινοὶ τῷ πνεύματι λαοὶ τῶν Χριστιανῶν δυνηθῶσι μένειν νήστεις. (31) Οὐδεὶς γὰρ ἀπατήσει διὰ φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης τοὺς μαθητὰς τῶν ἁλιέων, τοὺς ἑπομένους τῇ τούτων διδασκαλίᾳ· πᾶσα γὰρ ὑπόθεσις ἡ πετρώδης καὶ περιρρέουσα πανούργου συλλογισμοῦ ἐν τοῖς τούτων δικτύοις συνετρίβη.

1064 (32) Ταῦτα μεθ' ἡμῶν ἡ ἀδελφότης ἡ ὑμετέρα κηρύξει, καθὼς καὶ ἡμεῖς ταῦτα μεθ' ὑμῶν ὁμοψύχως κηρύσσομεν· προτρέποντες ὑμᾶς, ἵνα τὴν εἰσαχθεῖσαν προσηγορίαν τῆς νέας φωνῆς, τῆς μιᾶς ἢ τῶν δύο ἐνεργειῶν ἐκφεύγοντες, ἕνα μεθ' ἡμῶν τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, Θεὸν ἀληθινὸν ἐν δύο φύσεσιν ἐνεργοῦντα τὰ τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ὀρθοδόξῳ πίστει καὶ ἑνότητι καθολικῇ κηρύξητε. (Ἡ ὑπογραφή:) Ὁ Θεός σε ἐρρωμένον φυλάξοι, ἀγαπητὲ καὶ ἁγιώτατε ἄδελφε.

Hard. 3, 1319 sqq. Msi 11, 538 sqq.

## Epistulae alterius, scriptae 634, fragmenta.

[Lecta ib. actione tertiadecima.]

1065 1. (1) Καὶ προεκομίσθη ἡ τοιαύτη Ῥωμαϊκὴ Ὁνωρίου ἐπιστολὴ μετὰ τῆς αὐτῆς ἑρμηνείας, ἔχουσα ἐν προγραφῇ οὕτως· «Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Σεργίῳ Ὁνώριος», ἧς ἡ ἀρχή Τὰ γραφέντα παρὰ τοῦ

---

arbitrantes, ut vani naturarum ponderatores, otiosi et rustici, superbientes et turgidi philosophi, adversus nos insonent vocibus ranarum, quam ut simplices et humiles spiritu populi christiani possint remanere ieiuni. (31) Nullus enim decipiet per philosophiam et inanem fallaciam discipulos piscatorum, eorum doctrinam sequentes; omnia enim argumenta scopulosa disputationis callidae atque fluctivaga intra eorum retia sunt collisa.

1064 (32) Haec nobiscum fraternitas vestra praedicet, sicut et nos ea vobiscum unanimiter praedicamus: hortantes vos, ut unius vel geminae novae vocis inductum operationis vocabulum aufugientes, unum nobiscum Dominum Iesum Christum Filium Dei vivi, Deum verissimum, in duabus naturis operatum divinitus atque humanitus, fide orthodoxa et unitate catholica praedicetis. *(Subscriptio:)* Deus te incolumem custodiat, dilectissime atque sanctissime frater.

1065 1. (1) Et prolata est huiusmodi Honorii latina epistula cum interpretatione sua, habens in superscriptione ita: *Dilectissimo fratri Sergio*

ἀγαπητοῦ ἡμῶν τέκνου Συρίκου τοῦ διακόνου.» Ἔχει δὲ ἡ αὐτὴ ἐπιστολὴ μετά τινα οὕτως·

(2) «Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς Κῦρον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν 1066
τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως πρόεδρον εἰς τὸ ἀνατραπῆναι τὴν ἐπωνυμίαν τῆς νέας ἐφευρέσεως τῆς μιᾶς ἢ τῶν δύο ἐνεργειῶν, ὡς μὴ ὀφείλειν τῷ λαμπρῷ κηρύγματι τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν τὴν ἀχλὺν τῶν συνεσκιασμένων φιλονεικιῶν περισχεθῆναι ἤγουν περιρραίνεσθαι, ἀλλ' ἐκβληθῆναι δηλαδὴ τὴν προσηγορίαν τῆς νεωστὶ εἰσαχθείσης μιᾶς ἢ διπλῆς ἐνεργείας ἀπὸ τοῦ κηρύγματος τῆς πίστεως. (3) Οἱ γὰρ ταῦτα λέγοντες τί ἕτερον ὑπονοοῦσιν, ἢ καθ' ὁμοιότητα τῆς προσηγορίας τῆς μιᾶς ἢ τῶν δύο φύσεων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, οὕτω καὶ μίαν ἢ δύο ἐνεργείας; Περὶ οὗ λαμπρῶς ἡ θεία γραφὴ διαγορεύει. (4) Μιᾶς δὲ ἐνεργείας ἢ δύο εἶναι ἢ γεγονέναι τὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν νοεῖν ἢ προφέρειν πάνυ μάταιον.»

2. (1) Ἔχει δὲ πρὸς τὸ τέλος ἡ αὐτὴ ἐπιστολὴ οὕτως· 1067

(2) «Καὶ ταῦτα μὲν τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιωτάτῃ ἀδελφότητι συνείδομεν διὰ τῶν παρόντων γραμμάτων κατάδηλα ποιήσασθαι πρὸς καταρτισμόν τε καὶ γνῶσιν τῶν ἀμφιβαλλόντων. (3) Τὸ δὲ λοιπόν, ὅσον πρὸς τὸ δόγμα τὸ ἐκκλησιαστικὸν συντείνει, καὶ τίνα τε ὀφείλωμεν κρατεῖν ἤγουν κηρύττειν διὰ τὴν ἁπλότητα τῶν ἀνθρώπων, καὶ εἰς τὸ

---

*Honorius*, cuius initium fuit: *Scripta dilectissimi filii nostri Syrici diaconi.* Habet autem eadem epistula post pauca haec:

(2) «Nec non et Cyro fratri nostro Alexandriae civitatis 1066
praesuli, quatenus novae adinventionis unius vel duarum operationum vocabulo refutato, claro Dei Ecclesiarum praeconio nebulosarum concertationum caligines offundi non debeant vel aspergi: ut profecto unius vel geminae operationis vocabulum noviter introductum ex praedicatione fidei eximatur. (3) Nam qui haec dicunt, quid aliud nisi iuxta unius vel geminae naturae Christi Dei vocabulum, ita et operationem unam vel geminam suspicantur? Super quo clara sunt divina testimonia. (4) Unius autem operationis vel duarum esse vel fuisse mediatorem Dei et hominum Dominum Iesum Christum, sentire et promere, satis ineptum est.»

2. (1) Habet autem et circa finem eadem epistula: 1067

(2) «Et haec quidem, quantum ad instruendam notitiam ambigentium, sanctissimae fraternitati vestrae censemus per praesentes litteras esse declaranda. (3) Ceterum quantum ad dogma ecclesiasticum pertinet, quae tenere vel praedicare debemus propter simplicitatem hominum et amputandas in-

περιελεῖν τὰς δυσχερεῖς περιόδους τῶν ζητήσεων, ὡς ἀνωτέρω εἴπομεν· οὐδὲ μίαν οὐδὲ δύο ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ μεσίτου Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ὁρίζειν, ἀλλ' ἑκατέρας τὰς φύσεις ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τῇ ἑνότητι ἡνωμένας μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἐνεργούσας καὶ πρακτικὰς ὁμολογεῖν ὀφείλομεν. (4) Καὶ τὴν μὲν θείαν ἐνεργοῦσαν ἅ εἰσι τοῦ Θεοῦ, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ἀποτελοῦσαν τὰ τῆς σαρκός, οὐ διῃρημένως, οὐδὲ συγκεχυμένως, ἢ τραπεῖσαν τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν εἰς ἄνθρωπον, οὐδὲ τὴν ἀνθρωπείαν τραπεῖσαν εἰς θεότητα ἐκδιδάσκοντες, ἀλλὰ τὰς διαφορὰς τῶν φύσεων ἀκεραίας ὁμολογοῦντες. (5) Εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτός ἐστι ταπεινὸς καὶ ὑψηλός, ἴσος τῷ Πατρὶ καὶ ἥττων τοῦ Πατρός, αὐτὸς ὁ πρὸ τῶν αἰώνων τεχθεὶς ἐν χρόνῳ ἐγένετο· δι' οὗ οἱ αἰῶνες ἐγένοντο, ἐγένετο ἐν τῷ αἰῶνι· καὶ ὁ νόμον δεδωκὼς γέγονεν ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσηται· αὐτὸς ἐσταυρώθη· αὐτὸς τὸ χειρόγραφον, ὅπερ ἦν καθ' ἡμῶν, καταργῶν ἐν τῷ σταυρῷ ἐκ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν ἐθριάμβευσεν.

1068 (6) Ἐξαιροῦντας οὖν, ὡς εἴπομεν, τὸ σκάνδαλον τῆς νέας ἐφευρέσεως, οὐ δέον ἡμᾶς ὁρίζειν ἢ κηρύττειν μίαν ἢ δύο ἐνεργείας· ἀλλ' ἀντὶ μιᾶς, ἣν τινες λέγουσιν ἐνέργειαν, δέον ἡμᾶς τὸν ἕνα ἐνεργοῦντα Χριστὸν τὸν Κύριον ἐν ἑκατέραις ταῖς φύσεσιν ἀληθῶς ὁμολογεῖν. Καὶ ἀντὶ τῶν δύο

---

extricabiles quaestionum ambages, sicut superius diximus: non unam vel duas operationes in mediatore Dei et hominum definire, sed utrasque naturas in uno Christo unitate naturali copulatas, cum alterius communione operantes atque operatrices confiteri debemus. (4) Et divinam quidem quae Dei sunt operantem, et humanam, quae carnis sunt exsequentem, non divise, neque confuse, aut [convertibiliter,] Dei naturam in hominem, et humanam in Deum conversam edocentes: sed naturarum differentias integras confitentes. (5) Unus enim atque idem est humilis et sublimis, aequalis Patri et minor Patre: ipse ante tempora natus, in tempore ortus est: per quem facta sunt saecula, factus in saeculo est: et qui legem dedit, factus sub lege est, ut eos qui sub lege erant, redimeret: ipse crucifixus, ipse chirographum, quod erat contra nos, evacuans in cruce de potestatibus et principatibus triumphavit.

1068 (6) Auferentes ergo, sicut diximus, scandalum novellae adinventionis, non nos oportet unam vel duas operationes definientes praedicare; sed pro una, quam quidam dicunt, operatione, oportet nos unum operatorem Christum Dominum in utrisque naturis veridice confiteri: et pro duabus operationibus,

ἐνεργειῶν ἐξαιρεθείσης τῆς προσηγορίας τῆς διπλῆς ἐνεργείας, αὐτὰς μᾶλλον τὰς δύο φύσεις μεθ' ἡμῶν κηρύξωσι, τουτέστι τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκὸς τῆς προσληφθείσης ἐν τῷ ἑνὶ προσώπῳ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Πατρός ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως ἐνεργούσας τὰ ἴδια.

(7) Καὶ ταῦτα μὲν τῇ μακαριωτάτῃ ὑμῶν ἀδελφότητι 1069 συνείδομεν κατάδηλα ποιῆσαι· ἵνα τῇ προθέσει τῆς μιᾶς ὁμολογίας δείξωμεν ὁμοψυχήσαντας ἑαυτοὺς τῇ ὑμῶν ἁγιότητι, δηλαδὴ συμφωνοῦντας ἐν ἑνὶ πνεύματι τῇ ἴσῃ διδαχῇ τῆς πίστεως. (8) Γράφοντες ἔτι μὴν καὶ τοῖς κοινοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν Κύρῳ καὶ Σωφρονίῳ τοῖς ἐπισκόποις, ἵνα μὴ τῇ νεαρᾷ φωνῇ, τουτέστι τῇ προσηγορίᾳ τῆς μιᾶς ἢ διπλῆς ἐνεργείας, ἐνίστασθαι ἢ ἐπιμένειν φανῶσιν· ἀλλὰ περιαιρεθείσης τῆς προσηγορίας τοιουτοτρόπου νέας φωνῆς τὸν ἕνα Χριστὸν Κύριον μεθ' ἡμῶν κηρύξωσιν ἐνεργοῦντα τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐν ἑκατέραις ταῖς φύσεσι. (9) Κἂν εἰ τὰ μάλιστα τούτους, οὓς πρὸς ἡμᾶς ὁ προλεχθεὶς ἀδελφὸς καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν Σωφρόνιος ἀπέστειλε, παρεσκευάσαμεν, ἵνα μὴ δύο ἐνεργειῶν ἐπωνυμίαν τοῦ λοιποῦ κηρύττων ἐπιμείνῃ· ὅπερ καὶ πάντως ἐπηγγείλαντο τὸν προλεχθέντα ἄνδρα μέλλειν ποιεῖν, εἴγε Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ συνεπίσκοπος ἀπὸ τῆς προσηγορίας τοῦ λέγειν μίαν ἐνέργειαν ἀποστῇ.»

Hard. 3, 1351 sqq. Msi 11, 579 sqq.

---

ablato geminae operationis vocabulo, ipsas potius duas naturas, id est, divinitatis et carnis assumptae, in una persona unigeniti Filii Dei Patris inconfuse, indivise atque inconvertibiliter nobiscum praedicare propria operantes.

(7) Et haec quidem beatissimae fraternitati vestrae in- 1069 sinuare statuimus, ut unius confessionis propositione monstremus nos cum vestra sanctitate concordes fuisse, utpote consentientes in uno spiritu pari fidei doctrinae. (8) Scribentes etiam communibus fratribus, Cyro et Sophronio antistitibus, ne novae vocis, id est, unius vel geminae operationis vocabulo insistere vel immorari videantur: sed sublata huiusmodi novae vocis appellatione, unum Christum Dominum nobiscum in utrisque naturis divina vel humana praedicent operantem. (9) Quamquam hos, quos ad nos praedictus frater et coëpiscopus noster Sophronius misit, instruximus, ne duarum operationum vocabulum deinceps praedicare pergat: quod omnino promiserunt praedictum virum esse facturum, si etiam Cyrus, frater et coëpiscopus noster, ab unius operationis vocabulo discesserit.»

## HERACLIUS imp. 610—641.

### Ex «Ecthesi», 638 auctore Sergio Patr. Constantinopolitano pro Monotheletismo edita.

[Lecta in actione tertia concilii Lateranensis 649.]

1070 . . . (1) Οὐδαμῶς συγχωροῦντές τινι τῶν πάντων μίαν ἢ δύο λέγειν ἢ διδάσκειν ἐνεργείας ἐπὶ τῆς θείας τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως· (2) ἀλλὰ μᾶλλον, καθάπερ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ παραδεδώκασι Σύνοδοι, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀληθινὸν Θεόν, ἐνεργῆσαι ὁμολογεῖν τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα· (3) καὶ πᾶσαν θεοπρεπῆ καὶ ἀνθρωποπρεπῆ ἐνέργειαν ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ σεσαρκωμένου Θεοῦ Λόγου ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως προϊέναι καὶ εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀναφέρεσθαι.

1071 (4) Διὰ τὸ τὴν μὲν τῆς μιᾶς ἐνεργείας φωνήν, εἰ καί τισι τῶν Πατέρων λέλεκται, ὅμως ξενίζειν καὶ θορυβεῖν τάς τινων ἀκοάς, ὑπολαμβανόντων ἐπ' ἀναιρέσει ταύτην προσφέρεσθαι τῶν ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων δύο φύσεων. (5) Ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τῶν δύο ἐνεργειῶν ῥῆσιν πολλοὺς σκανδαλίζειν, ὡς μήτε τινὶ τῶν ἁγίων καὶ ἐγκρίτων τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγῶν εἰρημένην· (6) ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕπεσθαι ταύτῃ τὸ καὶ δύο πρεσβεύειν θελήματα ἐναντίως πρὸς ἄλληλα ἐχόντων· ὡς τοῦ μὲν Θεοῦ Λόγου τὸ σωτήριον θέλοντος ἐκπληρωθῆναι πάθος, τῆς δὲ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος ἀντιπιπτούσης τῷ αὐτοῦ θελή-

---

1070 ... (1) Nullo modo concedentes alicui ex omnibus unam vel duas dicere sive docere operationes in divina Domini incarnatione: (2) sed magis, sicut sanctae et universales tradiderunt Synodi, unum eundemque Filium unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, verum Deum, confiteri operari divina et humana: (3) et omnem Deo et homini congruam operationem ex uno eodemque incarnato Deo Verbo indivise et inconfuse procedere et in unum eundemque referri.

1071 (4) Eo quod unius quidem operationis vox, licet ab aliquibus Patribus dicta sit, tamen obstupefacit et turbat quorundam aures, arbitrantium in interitum eandem prolatam esse duarum naturarum, quae substantialiter unitae sunt in Christo Deo nostro. (5) Similiter autem et duarum operationum vocem multos scandalizare, utpote a nemine dictam sanctorum et praecipuorum Ecclesiae Patrum: (6) sed et sequi ex eo, ut duas confiteamur voluntates, contrarie adinvicem venientes; exempli gratia Deo quidem Verbo volente salutarem passionem expleri, eius vero humanitate obsistente et adversante eius

ματι καὶ ἐναντιουμένης, καὶ ἐντεῦθεν δύο τοὺς τἀναντία θέλοντας εἰσάγεσθαι˙ ὅπερ δυσσεβὲς ὑπάρχει καὶ ἀλλότριον τοῦ χριστιανικοῦ δόγματος.

(7) Εἰ γὰρ ὁ μιαρὸς Νεστόριος, καίπερ διαιρῶν τὴν 1072
θείαν τοῦ Κυρίου ἐνανθρώπησιν καὶ δύο εἰσάγων υἱούς, δύο θελήματα τούτων εἰπεῖν οὐκ ἐτόλμησε˙ τοὐναντίον δὲ ταυτοβουλίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀναπλαττομένων δύο προσώπων ἐδόξασε˙ δυνατὸν τοὺς τὴν ὀρθὴν ὁμολογοῦντας πίστιν καὶ ἕνα Υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν δοξάζοντας, δύο καὶ ταῦτα ἐναντία θελήματα ἐπ' αὐτοῦ παραδέχεσθαι;

(8) Ὅθεν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἐν ἅπασι καὶ ἐν τούτῳ 1073
κατακολουθοῦντες ἓν θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ὁμολογοῦμεν, ὡς ἐν μηδενὶ καιρῷ τῆς νοερῶς ἐψυχωμένης αὐτοῦ σαρκὸς κεχωρισμένως καὶ ἐξ οἰκείας ὁρμῆς ἐναντίως τῷ νεύματι τοῦ ἡνωμένου αὐτῇ καθ' ὑπόστασιν Θεοῦ Λόγου τὴν φυσικὴν αὐτῆς ποιήσασθαι κίνησιν˙ ἀλλ' ὁπότε καὶ οἵαν καὶ ὅσην αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἠβούλετο.

Hard. 3, 795 sq. Msi 10, 991.

## IOANNES PAPA IV 640—642.

### Quo sensu Honorius Papa duas in Christo voluntates esse negaverit.

[Ex Epistula 2 (ad Constantinum III imp. 641) 1, 9—11; 2, 1; 3, 1—2.]

1. (9) Ergo unus et solus est sine peccato mediator 1074
Dei et hominum homo Christus Iesus, qui in mortuis

---

voluntati, et exinde duos contraria volentes introduci: quod impium est et extraneum christianici dogmatis.

(7) Si enim insanus Nestorius, licet dividens divinam 1072
Domini nostri incarnationem et introducens filios duos, duas voluntates istorum dicere non ausus est, e contrario autem consonantem voluntatem in duabus ab eo fictis personis, confessus est: quomodo possibile est, orthodoxam confitentes fidem, et unum Filium Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum glorificantes, duas et has contrarias voluntates in eo suscipere?

(8) Unde, sanctos Patres in omnibus et in hoc sequentes, 1073
unam voluntatem Domini nostri Iesu Christi veri Dei confitemur, quia nullo umquam tempore animatum intellectualiter eius corpus separatim et ex proprio impetu contrarie ad nutum Dei Verbi ei personaliter uniti suum naturalem motum fecit, sed quando et qualem et quantum ipse Deus Verbum volebat.

liber conceptus et natus est. (10) In dispensatione itaque sanctae carnis suae duas nunquam habuit contrarias voluntates, nec repugnavit voluntati mentis eius voluntas carnis ipsius: neque enim habuit quodcumque peccatum qui venit dimittere peccatum mundi, quemadmodum et ipse dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* [Io 8, 46] et alias taliter ait: *Venit princeps mundi huius et in me invenit nihil* [Io 14, 30]. (11) Unde scientes quod nullum in eo cum nasceretur et conversaretur esset omnino peccatum, decenter dicimus et veraciter confitemur unam voluntatem in sanctae ipsius dispensationis humanitate, et non duas contrarias mentis et carnis praedicamus, secundum quod quidam haeretici velut in puro homine delirare noscuntur.

1075 2. (1) Secundum hunc igitur modum iam dictus decessor noster [scil. Honorius] praenominato Sergio patriarchae percontanti scripsisse dignoscitur, quia in Salvatore nostro duae voluntates contrariae, id est in membris ipsius, penitus non consistunt, quoniam nihil vitii traxit ex praevaricatione primi hominis...

1076 3. (1) Praedictus ergo decessor meus docens de mysterio incarnationis Christi dicebat non fuisse in eo, sicut in nobis peccatoribus, mentis et carnis contrarias voluntates: (2) quod quidam ad proprium sensum convertentes, divinitatis eius et humanitatis unam eum voluntatem docuisse suspicati sunt; quod veritati omnimodis est contrarium.

ML 80, 604 et 606.

## MAXIMUS CONF. CONSTANTINOPOLITANUS
circa 580—662.

### De orthodoxia Honorii Papae I.

[Ex disputatione cum Pyrrho expatriarcha (645 Iul.).]

1077 1. (1) Πυρ. Τί ἔχεις περὶ Ὀνωρίου εἰπεῖν, φανερῶς πρὸς τὸν πρὸ ἐμοῦ ἓν δογματίσαντος θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ;

---

1077 1. (1) Pyr. Quid de Honorio, quod respondeas, habes, qui aperte datis ad decessorem meum litteris, unam voluntatem Domini nostri Iesu Christi tradidit?

(2) Μαξ. Τίς ἀξιόπιστος ἐξηγητὴς τῆς τοιαύτης καθέστηκεν ἐπιστολῆς, ὁ ταύτην ἐκ προσώπου Ὀνωρίου συντάξας, ἔτι καὶ περιών, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ καλῶν καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασι πᾶσαν τὴν Δύσιν καταφαιδρύνων, ἢ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ ἀπὸ καρδίας καλοῦντες;

(3) Πυρ. Ὁ ταύτην συντάξας.

2. Μαξ. (1) Ὁ αὐτὸς οὖν, πρὸς τὸν ἅγιον Κωνσταν- 1078
τῖνον, τὸν γενόμενον βασιλέα, ἐκ προσώπου πάλιν Ἰωάννου τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα περὶ αὐτῆς γράφων, ἔφη, ὅτι· (2) «Ἓν θέλημα ἔφημεν ἐπὶ τοῦ Κυρίου, οὐ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλὰ μόνης τῆς ἀνθρωπότητος. Σεργίου γὰρ γράψαντος, ὥς τινες δύο θελήματα λέγουσι ἐπὶ Χριστοῦ ἐναντία, ἀντεγράψαμεν, ὅτι ὁ Χριστὸς δύο θελήματα ἐναντία οὐκ εἶχε, σαρκός φημι καὶ πνεύματος, ὡς ἡμεῖς ἔχομεν μετὰ τὴν παράβασιν· ἀλλ' ἓν μόνον, τὸ φυσικῶς χαρακτηρίζον τὴν αὐτοῦ ἀνθρωπότητα.» (3) Καὶ τούτου ἀπόδειξις ἐναργής, τὸ καὶ μελῶν καὶ σαρκὸς μνησθῆναι· ἅπερ καὶ ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἐκεῖνα ληφθῆναι οὐ συγχωρεῖ.

(4) Εἶτα καὶ προκατάληψιν ἀνθυποφορᾶς ποιούμενος 1079
φησίν· «Εἰ δέ τις λέγοι· Καὶ τίνος χάριν περὶ τῆς ἀνθρω-

---

(2) Max. Quis fide dignus istiusmodi epistulae interpres, is, qui eam ex persona Honorii scripsit, cum et adhuc vitae superstes sit [1], ac qui cum aliis suis virtutibus pietatis etiam dogmatibus omnem Occidentem illustrat; an ii, qui Constantinopoli loquuntur quod in mentem venit?

(3) Pyr. Qui hanc composuit.

2. Max. (1) Is igitur ipse, cum ad sanctum Constan- 1078
tinum imperatorem, ex persona rursus sancti Ioannis papae, de hac epistula scriberet, dixit: (2) «Unam voluntatem diximus in Domino, non divinitatis eius et humanitatis, sed humanitatis dumtaxat. Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in Christo contrarias dicerent, respondimus Christum non duas contrarias voluntates habuisse, carnis scilicet et spiritus, sicut nos habemus post peccatum, sed unam tantum, quae naturaliter eius humanitatem insigniret.» (3) Hoc autem ita esse, argumentum evidens est, quod membrorum carnisque meminerit, quae quidem de divinitate illa accipi non sinunt.

(4) Deinde occurrit per anticipationem obiectioni: «Si quis 1079
vero», inquit, «dicat: Ecquid vero causae est, cur, de Christi

---

[1] i. e. *Ioannes* abbas, olim secretarius Honorii.

πότητος τοῦ Χριστοῦ διαλαβόντες περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ μνήμην οὐκ ἐποιήσασθε; φαμέν, ὅτι πρῶτον μὲν πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἡ ἀπόκρισις γέγονεν˙ ἔπειτα δέ, καὶ τῷ τῆς Γραφῆς ἔθει ὡς ἐν πᾶσι καὶ ἐν τούτῳ ἑπόμενοι, ποτὲ μὲν ἀπὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ διαλεγομένης, ὡς ὅταν λέγῃ ὁ Ἀπόστολος˙ ‚Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία'˙ ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, καὶ μόνον, ὡς ὅταν ὁ αὐτὸς λέγῃ˙ ‚Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί˙ καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν'» [1 Cor 1, 24 sq].

MG 91, 327 sqq.

*1079a* *Martini Papae (649—655) canones in concilio Lateran. 649 contra Monothelitas editos v. D 254 sqq.*

## CONSTANS II imp. 641—668.

### Ex «Typo» 648 auctore Paulo Patr. Constantinopolitano edito.

[Lectus in actione quarta concilii Lateranensis 649.]

1080 2. (1) Διόπερ θεσπίζομεν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους τοὺς ἐν ὀρθοδοξίᾳ διατελοῦντας καὶ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν καθεστῶτας πίστεως καὶ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τυγχάνοντας, μὴ ἄδειαν ἔχειν πρὸς ἀλλήλους ἀπὸ τοῦ παρόντος περὶ ἑνὸς θελήματος ἢ μιᾶς ἐνεργείας, ἢ δύο ἐνεργειῶν καὶ δύο θελημάτων, οἱανδήποτε προφέρειν ἀμφισβήτησιν ἔριν τε καὶ φιλονεικίαν. . . .

---

humanitate agentes, eius divinitatis non memineritis? Respondemus, primum quidem respondisse ad quaestionem; deinde, ut in omnibus, sic etiam hic consuetudinem Scripturae nos secutos esse, quae aliquando ex divinitate eius disserit, ut cum ait Apostolus: *Christus Dei virtus et Dei sapientia;* aliquando vero ex humanitate, eaque sola, ut cum idem ait: *Quod est stultum Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.*»

1080 2. (1) Quapropter sancimus nobis subiectos, qui consistunt in orthodoxa et immaculata nostra Christianorum fide, qui sunt catholicae et apostolicae Ecclesiae, non habere licentiam invicem a praesenti de una voluntate aut una operatione, aut duarum voluntatum aut duarum operationum qualemcumque proferre altercationem aut contentionem aut rixam....

3. (1) Τῶν ταῦτα παραβαίνειν τολμούντων προηγουμένως 1081
μὲν ὑποκειμένων τῷ κρίματι τοῦ φοβεροῦ καὶ παντοδυνάμου Θεοῦ· ἔπειτα δὲ καὶ οὐ τὴν τυχοῦσαν ὑφορωμένων βασιλικὴν ἀγανάκτησιν. (2) Δι' ἧς, εἰ μὲν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ εἶεν, τῆς ἰδίας ἱερωσύνης τοῦ τε οἰκείου κλήρου τρόποις ἅπασιν ἐκπεσοῦνται· (3) εἰ δὲ μοναχοὶ εἶεν, ἀφοριζέσθωσαν καὶ τῶν ἰδίων ἀλλοτριούσθωσαν τόπων· (4) εἰ δὲ ἀξίαν, ἢ ζώνην, ἢ στρατείαν ἔχοιεν, γυμνωθήσονται τούτων. (5) Εἰ δὲ τελοῦντες ἐν ἰδιώταις, εἰ μὲν τῶν ἐπισήμων ὄντες τυγχάνοιεν, τὴν τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς ὑποστήσονται δήμευσιν· (6) εἰ δὲ τῶν ἀφανῶν καθεστήκοιεν, πρὸς τῷ τοῦ σώματος αὐτῶν αἰκισμῷ καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ σωφρονισθήσονται. (7) Ὡς ἂν ἅπαντες φόβῳ τῷ πρὸς Θεὸν συνεχόμενοι καὶ τὰς ἠπειλημένας αὐτοῖς ἀξίως ποινὰς εὐλαβούμενοι, ἄπειστόν τε καὶ ἀτάραχον τὴν εἰρήνην τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ φυλάξωσιν Ἐκκλησιῶν.

Hard. 3, 823 sqq. Msi 10, 1029 sqq.

*Ex Agathonis Papae (678—681) epistula dogmatica de unione hypostatica (concil. Romanum 680) v. D 288.* 1081a

## CONCILIUM OECUMENICUM CONSTANTINOPOLITANUM III 680—681.

### Damnatio Honorii Papae.

[Actione decimatertia 28. Mart. 681.]

(1) Ἀνακρίναντες τὰς ὡς ἀπὸ Σεργίου τοῦ γενομένου 1082
πατριάρχου ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως

---

3. (1) Qui autem ea praesumpserint praevaricari, primum 1081
quidem subiacent iudicio terribilis et omnipotentis Dei: deinde autem et non qualemcumque regalem indignationem revereantur. (2) Per quam, si quidem episcopi aut clerici sunt, suo sacerdotio, sive suo clero modis omnibus excidant: (3) sin autem monachi, segregentur et alieni sint de suis locis: (4) sin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur de iis. (5) Si autem sint privati, si quidem nobiles consistunt, suarum substantiarum proscriptionem patiantur: (6) sin autem ignobiles consistunt, non solum in corpore verberentur, sed et exsilio perpetuo castigentur. (7) Ut omnes timore Dei compressi et comminata iis digna supplicia reverentes, immobilem et imperturbatam pacem sanctarum Dei Ecclesiarum custodiant.

(1) Retractantes dogmaticas epistulas, quae tamquam a 1082
Sergio quondam patriarcha huius a Deo conservandae regiae

γραφείσας δογματικὰς ἐπιστολάς, πρός τε Κῦρον τὸν τηνικαῦτα γενόμενον ἐπίσκοπον τοῦ Φάσιδος καὶ Ὀνώριον τὸν γενόμενον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου, τουτέστιν Ὀνωρίου, πρὸς αὐτὸν Σέργιον ἀντιγραφεῖσαν ἐπιστολήν· (2) καὶ ταύτας εὑρηκότες πάντη ἀλλοτρίας τυγχανούσας τῶν ἀποστολικῶν διδαγμάτων καὶ τῶν ὁρισθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων Συνόδων καὶ πάντων τῶν ἐκκρίτων ἁγίων Πατέρων, ἑπομένας δὲ ταῖς τῶν αἱρετικῶν ψευδοδιδασκαλίαις, ταύτας πάντη ἀποβαλλόμεθα καὶ ὡς ψυχοφθόρους βδελυττόμεθα.

1083 (3) Ὧν δέ, τουτέστι τῶν αὐτῶν, τὰ ἀσεβῆ ἀποστρεφόμεθα δόγματα, τούτων καὶ τὰ ὀνόματα ἐκ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐκβληθῆναι ἐκρίναμεν· τουτέστι Σεργίου τοῦ γενομένου προέδρου ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως, τοῦ ἀρξαμένου περὶ τοῦ τοιούτου ἀσεβοῦς συγγράφεσθαι δόγματος· Κύρου τοῦ Ἀλεξανδρείας, Πύρρου, Παύλου καὶ Πέτρου, καὶ αὐτῶν προεδρευσάντων ἐν τῷ θρόνῳ τῆς θεοφυλάκτου ταύτης πόλεως καὶ τὰ ὅμοια ἐκείνοις φρονησάντων· εἶτα δὲ καὶ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαρὰν γενομένου ἐπισκόπου. (4) Ὧν πάντων προγεγραμμένων προσώπων ἐπεμνήσθη ἐν τῇ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον καὶ θεοστήρικτον ἡμῶν δεσπότην καὶ μέγαν βασιλέα ἀναφορᾷ Ἀγάθων, ὁ ἁγιώτατος καὶ τρισμακάριστος τῆς πρεσβυτέρας

---

urbis scriptae sunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat episcopus Phasidis, quam ad Honorium quondam papam antiquae Romae: similiter autem, et epistulam ab illo, id est Honorio, rescriptam ad eundem Sergium: (2) hasque invenientes omnino alienas exsistere ab apostolicis dogmatibus et a definitionibus sanctorum Conciliorum et cunctorum probabilium Patrum, sequi vero falsas doctrinas haereticorum, eas omnimodo abicimus et tamquam animae noxias exsecramur.

1083 (3) Quorum autem, id est eorundem, impia exsecramur dogmata, horum et nomina a sancta Dei Ecclesia proici iudicavimus: id est Sergii quondam praesulis huius a Deo conservandae regiae urbis, qui aggressus est de huiusmodi impio dogmate conscribere; Cyri Alexandriae, Pyrrhi, Pauli et Petri, qui et ipsi praesulatu functi sunt in sede huius a Deo conservandae civitatis et similia iis senserunt; ad haec et Theodori quondam episcopi Pharan. (4) Quarum omnium suprascriptarum personarum mentionem fecit Agatho, sanctissimus ac ter beatissimus papa antiquae Romae, in suggestione, quam fecit ad piissimum et a Deo confirmatum dominum

Ῥώμης πάπας, καὶ ἀπεβάλλετο ὡς ἐναντίως τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν πίστεως φρονήσαντας, οὓς καὶ ἀναθέματι καθυποβληθῆναι ὁρίζομεν.

(5) Πρὸς τούτοις δὲ συνεκβληθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας τοῦ 1084
Θεοῦ Ἐκκλησίας καὶ συναναθεματισθῆναι συνείδομεν καὶ Ὀνώριον, τὸν γενόμενον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ εὑρηκέναι ἡμᾶς διὰ τῶν γενομένων παρ' αὐτοῦ γραμμάτων πρὸς Σέργιον κατὰ πάντα τῇ ἐκείνου γνώμῃ ἐξακολουθήσαντα καὶ τὰ αὐτοῦ ἀσεβῆ κυρώσαντα δόγματα.

Hard. 3, 1331 sqq. Msi 11, 553 sqq. Hf. 3, 276 sqq. Hf. 3, 1, 501 sqq.

*Definitionem de duabus voluntatibus Christi v. D 289 sqq.* *1084a*

# LEO PAPA II 682—683.

## Anathematizatio Honorii.

a. [Ex Epistula ad Constantinum IV imp. (682).]

(1) Καὶ ὡσαύτως ἀναθεματίζομεν τοὺς ἐφευρετὰς τῆς 1085
νέας πλάνης· τουτέστι Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν ἐπίσκοπον, Κῦρον τὸν Ἀλεξανδρείας, Σέργιον, Πύρρον, Παῦλον, Πέτρον, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντίνου πόλεως ὑποκαθιστὰς μᾶλλον ἤπερ καθηγητάς· (2) οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ὀνώριον, ὅστις ταύτην τὴν ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν οὐκ ἐπεχείρησε διδασκαλίᾳ ἀποστολικῆς παραδόσεως ἁγνίσαι, ἀλλὰ τῇ βεβήλῳ προδοσίᾳ μιανθῆναι τὴν ἄσπιλον παρεχώρησεν.

Hard. 3, 1475 sq. ML 96, 409 sq.

---

nostrum et magnum Imperatorem, eosque abiecit, utpote contraria rectae fidei nostrae sentientes, quos etiam anathemati submitti definimus.

(5) Cum his vero simul proici a sancta Dei catholica 1084
Ecclesia, simulque anathematizari praevidimus et Honorium, qui fuerat papa antiquae Romae, eo quod invenimus per scripta, quae ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus eius mentem secutus est et impia dogmata confirmavit.

(1) Pariterque anathematizamus novi erroris inventores, id 1085
est Theodorum Pharanitanum episcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Constantinopolitanae Ecclesiae subsessores magis quam praesules, (2) nec non et Honorium, qui hanc apostolicam Ecclesiam non apostolicae traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam fidem maculari permisit.

b. [E Libro Pontificali de Leone II.]

1086 2. Hic suscepit sanctam sextam Synodum, quae per Dei providentiam nuper in regia urbe celebrata est, graeco eloquio conscripta, exsequente ac residente piissimo et clementissimo magno principe Constantino, intro regale palatio eius qui appellatur Trullus, simulque cum eo legati Sedis apostolicae et duo patriarchae, id est Constantinopolitanus et Antiocenus, atque CL episcopi; in qua et condemnati sunt Cyrus, Sergius, Honorius, Pyrrhus, Paulus et Petrus, necnon et Macarus cum discipulo suo Stephano, sed et Polychronius novus Simon, qui unam voluntatem et operationem in Domino Iesu dixerunt vel praedicaverunt.

Ed. *Duchesne* 1, 359. ML 128, 847.

## De errore Honorii.

a. [Ex Epistula ad episcopos Hispaniae.]

1087 Qui vero adversum apostolicae traditionis puritatem perduelliones exstiterant, abeuntes quidem aeterna condemnatione mulctati sunt: id est Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus Constantinopolitani, cum Honorio, qui flammam haeretici dogmatis non, ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem exstinxit, sed negligendo confovit.

Hard. 3, 1730 E. ML 96, 414.

b. [Ex Epistula ad Ervigium regem Hispaniae.]

1088 Verum piissimus Imperator gratia Sancti Spiritus animatus et laborem pro Christianae fidei puritate sponte perpessus, Ecclesiam Dei catholicam ab erroris haeretici macula summis nisibus purificare molitus est: et quidquid offensionem christianis populis poterat generare, de medio Dei Ecclesiae fecit auferri: omnesque haereticae assertionis auctores, venerando censente Concilio condemnati, de catholicae Ecclesiae adunatione proiecti sunt: id est Theodorus Pharanitanus episcopus, Cyrus Alexandrinus; Sergius, Paulus, Pyrrhus et Petrus, quondam Constantinopolitani praesules: et una cum eis Honorius Romanus, qui immaculatam apostolicae traditionis regulam, quam a praedecessoribus suis accepit, maculari consensit.

Hard. 3, 1735 A. ML 96, 419.

# CONCILIUM QUINISEXTUM SIVE TRULLANUM II 692.

## CANONES.

### 2. Confirmatio Canonum Apostolorum et canonum ab anterioribus conciliis vel episcopis emissorum.

(1) Ἔδοξε καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ Συνόδῳ κάλλιστά τε 1089
καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς πρὸς ψυχῶν θεραπείαν καὶ ἰατρείαν παθῶν τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων Ἀποστόλων ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας. (2) Ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτοις τοῖς κανόσιν ἐντέταλται δέχεσθαι ἡμᾶς τὰς τῶν αὐτῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, αἷς τισι πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἐπὶ λύμῃ τῆς Ἐκκλησίας νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα, τὴν τῶν τοιούτων διατάξεων προσφόρως ἀποβολὴν πεποιήμεθα πρὸς τὴν τοῦ χριστιανικωτάτου ποιμνίου οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν, οὐδαμῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κυήματα καὶ τῇ γνησίᾳ τῶν Ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῇ παρενείροντες.

(3) Ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς 1090
κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων ἡμῶν

---

(1) Hoc quoque huic sanctae Synodo pulcherrime et ho- 1089
nestissime placuit, ut ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam et perturbationum curationem firmi stabilesque maneant, qui a sanctis Patribus qui nos praecesserunt, suscepti ac confirmati sunt atque adeo nobis etiam traditi sunt, sanctorum et gloriosorum Apostolorum nomine octoginta quinque canones. (2) Quoniam autem in his nobis canonibus praeceptum est, ut eorundem sanctorum Apostolorum per Clementem constitutiones susciperemus; quibus iam olim ab iis qui a fide aliena sentiunt ad labem Ecclesiae aspergendam adulterina quaedam et a pietate aliena introducta sunt, quae divinorum nobis decretorum elegantem ac decoram speciem obscurarunt; has constitutiones ad christianissimi gregis aedificationem ac securitatem conducibiliter reiecimus, haereticae falsitatis fetus nequaquam admittentes et germanae ac integrae Apostolorum doctrinae inserentes.

(3) Obsignamus etiam reliquos omnes canones, qui a sanctis 1090
et beatis nostris Patribus expositi sunt: id est a trecentis

ἐκτεθέντας, τοῦτ' ἔστι τῶν τε ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων τριακοσίων δεκαοκτὼ θεοφόρων ἁγίων Πατέρων, καὶ τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ, ὡσαύτως καὶ τῶν ἐν Γάγγραις, πρὸς τούτοις δὲ καὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας, προσέτι καὶ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα τῶν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι συνελθόντων πόλει, καὶ τῶν διακοσίων τῶν ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει τὸ πρότερον συναγηγερμένων, καὶ τῶν ἐν Χαλκηδόνι ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων, ὡσαύτως καὶ τῶν ἐν Σαρδικῇ, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν Καρθαγένῃ, προσέτι γε μὴν καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης προέδρου καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου.

1091 (4) Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως, καὶ Πέτρου γενομένου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυρος, Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ, Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, Ἀμφιλοχίου Ἰκονίου, Τιμοθέου ἀρχιεπισκόπου γενομένου Ἀλεξανδρείας, τοῦ προτέρου Θεοφίλου ἀρχιεπισκόπου τῆς αὐτῆς Ἀλεξ-

---

decem et octo sanctis ac deiferis Patribus, qui Nicaeae convenerunt iisque qui Ancyrae; et iis etiam qui Neocaesareae, similiter et qui Gangris; praeterea et iis qui in Antiochia Syriae, atque iis etiam qui in Laodicea Phrygiae: praeterea autem et centum quinquaginta Patribus, qui in hac a Deo conservanda et imperiali civitate convenerunt; et ducentis, qui in Ephesiorum metropoli prius coacti sunt; et sexcentis triginta sanctis et beatis Patribus, qui Chalcedone: similiter et iis qui Sardicae; et qui Carthagine; et qui rursus in hac Dei cultrice et imperatrice urbe convenerunt sub Nectario, qui imperanti huic civitati praesidebat, et Theophilo qui fuit Alexandriae archiepiscopus.

1091 (4) Quin etiam canones Dionysii, qui fuit archiepiscopus magnae Alexandrinorum civitatis: et Petri, qui fuit Alexandriae archiepiscopus et martyr: Gregorii Neocaesareae episcopi Thaumaturgi: Athanasii Alexandrini archiepiscopi: Basilii archiepiscopi Caesareae Cappadociae: Gregorii episcopi Nyssae, Gregorii Theologi, Amphilochii Iconii, Timothei archiepiscopi Alexandriae: prioris Theophili archi-

ανδρείας μεγαλοπόλεως, Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου τῆς αὐτῆς Ἀλεξανδρείας, Γενναδίου πατριάρχου γενομένου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως. Ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ τοῦ γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἄφρων χώρας καὶ μάρτυρος καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα, ὃς ἐν τοῖς τῶν προειρημένων προέδρων τόποις καὶ μόνον κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησε.

(5) Καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι τοὺς προδηλωθέντας παραχαράττειν 1092
κανόνας ἢ ἀθετεῖν ἢ ἑτέρους παρὰ τοὺς προκειμένους παραδέχεσθαι κανόνας ψευδεπιγράφως ὑπό τινων συντεθέντας τῶν τὴν ἀλήθειαν καπηλεύειν ἐπιχειρησάντων. (6) Εἰ δέ τις ἁλῷ κανόνα τινὰ τῶν εἰρημένων καινοτομῶν ἢ ἀνατρέπειν ἐπιχειρῶν, ὑπεύθυνος ἔσται κατὰ τὸν τοιοῦτον κανόνα, ὡς αὐτὸς διαγορεύει, τὴν ἐπιτιμίαν δεχόμενος καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ᾧπερ πταίει θεραπευόμενος.

## 13. Ne matrimonio ligati a diaconatu vel presbyteratu excludantur neve ulterius matrimonio uti prohibeantur.

(1) Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος 1093
παραδεδόσθαι διέγνωμεν, τοὺς μέλλοντας διακόνου ἢ πρεσβυτέρου ἀξιοῦσθαι χειροτονίας καθομολογεῖν, ὡς οὐκέτι ταῖς αὐτῶν συνάπτονται γαμεταῖς· ἡμεῖς τῷ ἀρχαίῳ ἐξακολου-

---

episcopi eiusdem Alexandriae: Cyrilli eiusdem Alexandriae archiepiscopi: et Gennadii, qui fuit patriarcha huius a Deo servandae et imperantis civitatis. Praeterea vero et a Cypriano, qui Afrorum regionis fuit archiepiscopus et martyr, et synodo quae sub ipso fuit, emissum canonem, qui in praedictorum praesulum locis solum secundum traditam iis consuetudinem servatus est.

(5) Et nulli licere prius declaratos canones adulterare vel 1092
non admittere vel alios praeter hic propositos recipere canones, a quibusdam falsa adiecta inscriptione compositos, qui veritatem cauponari conati sunt. (6) Si quis autem, quod praedictorum canonum aliquem innovare vel subvertere conetur, convictus fuerit, reus erit secundum eum canonem, ut ipse pronuntiat canon, poenam luens, et per ipsum in eo, in quo offendit, medelam suscipiens.

(1) Quoniam Romanae Ecclesiae pro canone traditum 1093
esse cognovimus, ut promovendi ad diaconatum vel presbyteratum profiteantur se non amplius suis uxoribus coniungendos: nos antiquum canonem apostolicae perfectionis ordinisque

θοῦντες κανόνι τῆς ἀποστολικῆς ἀκριβείας καὶ τάξεως, τὰ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν κατὰ νόμους συνοικέσια καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐρρῶσθαι βουλόμεθα, μηδαμῶς αὐτῶν τὴν πρὸς γαμετὰς συνάφειαν διαλύοντες ἢ ἀποστεροῦντες αὐτοὺς τῆς πρὸς ἀλλήλους κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ὁμιλίας. (2) Ὥστε εἴ τις ἄξιος εὑρεθείη πρὸς χειροτονίαν ὑποδιακόνου ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου, οὗτος μηδαμῶς κωλυέσθω ἐπὶ τοιοῦτον βαθμὸν ἐμβιβάζεσθαι γαμετῇ συνοικῶν νομίμῳ· (3) μήτε μὴν ἐν τῷ τῆς χειροτονίας καιρῷ ἀπαιτείσθω ὁμολογεῖν, ὡς ἀποστήσεται τῆς νομίμου πρὸς τὴν οἰκείαν γαμετὴν ὁμιλίας, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν τὸν ἐκ Θεοῦ νομοθετηθέντα καὶ εὐλογηθέντα τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ γάμον καθυβρίζειν ἐκβιασθῶμεν, τῆς τοῦ Εὐαγγελίου φωνῆς βοώσης· «Ἃ ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω» [Mt 19, 6]· καὶ τοῦ Ἀποστόλου διδάσκοντος· «Τίμιον τὸν γάμον καὶ τὴν κοίτην ἀμίαντον» [Hebr 13, 4]· καί· «Δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν» [1 Cor 7, 27].

1094 (4) Ἴσμεν δέ, ὥσπερ καὶ οἱ ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντες τῆς ἐν βίῳ σεμνότητος τῶν λειτουργῶν τιθέμενοι πρόνοιαν ἔφασαν, ὥστε τοὺς ὑποδιακόνους τοὺς τὰ ἱερὰ μυστήρια ψηλαφῶντας καὶ τοὺς διακόνους καὶ πρεσβυτέρους κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους ἐκ τῶν συμβίων ἐγκρατεύεσθαι, ἵνα καὶ τὸ διὰ τῶν Ἀποστόλων παραδοθὲν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρ-

---

servantes, hominum qui sunt in sacris legitima coniugia deinceps quoque firma et stabilia esse volumus, nequaquam eorum cum uxoribus coniunctionem dissolventes vel eos mutua tempore convenienti consuetudine privantes. (2) Quamobrem si quis dignus inventus fuerit, qui hypodiaconus vel diaconus vel presbyter ordinetur, is ad talem gradum assumi nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. (3) Sed neque ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur se a legitima cum uxore consuetudine abstenturum: ne ex eo a Deo constitutas et sua praesentia benedictas nuptias iniuria afficere cogamur, evangelica voce exclamante: *Quae Deus coniunxit, homo non separet,* et Apostolo docente: *Honorabiles nuptias et torum immaculatum*, et: *Alligatus es uxori? ne quaere solutionem.*

1094 (4) Scimus autem, sicut et qui Carthagine convenerunt et vitae ministrorum honestatis curam gerentes dixerunt, ut subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, et diaconi et presbyteri secundum proprios terminos a consortibus abstineant: ut et quod per Apostolos traditum est et ab ipsa usque anti-

χαιότητος κρατηθὲν καὶ ἡμεῖς ὁμοίως φυλάττωμεν, καιρὸν ἐπὶ παντὸς ἐπιστάμενοι πράγματος καὶ μάλιστα νηστείας καὶ προσευχῆς. (5) Χρὴ γὰρ τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν ἁγίων μεταχειρήσεως ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν πᾶσιν, ὅπως δυνηθῶσιν οὗ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἁπλῶς αἰτοῦσιν ἐπιτυχεῖν.

(6) Εἴ τις οὖν τολμήσοι παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας 1095
κινούμενός τινα τῶν ἱερωμένων, πρεσβυτέρων φαμὲν ἢ διακόνων ἢ ὑποδιακόνων, ἀποστερεῖν τῆς πρὸς νόμιμον γυναῖκα συναφείας τε καὶ κοινωνίας, καθαιρείσθω· ὡσαύτως καὶ εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλει, ἀφοριζέσθω, ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω.

## 36. De praerogativa Sedis Constantinopolitanae et de ordine Ecclesiarum patriarchalium.

Ἀνανεούμενοι τὰ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων 1096
Πατέρων τῶν ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων καὶ τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων νομοθετηθέντα, ὁρίζομεν, ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνου καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα. Μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλεξ-

---

quitate servatum, nos quoque similiter servemus, tempus in omni re scientes et maxime in ieiunio et oratione. (5) Oportet enim eos, qui divino altari assident, in sanctorum tractandorum tempore esse omnino continentes, ut possint id quod a Deo simpliciter petunt obtinere.

(6) Si quis ergo fuerit ausus praeter apostolicos canones 1095
incitatus aliquem eorum, qui sunt in sacris, presbyterorum, inquimus, vel diaconorum vel subdiaconorum, coniunctione cum legitima uxore et consuetudine privare, deponatur. Similiter et si quis presbyter vel diaconus suam uxorem pietatis praetextu eiecerit, segregetur: et si perseveret, deponatur.

Renovantes quae a sanctis centum quinquaginta Patribus, 1096
qui in hac a Deo conservanda et regia urbe convenerunt, et sescentorum triginta, qui Chalcedone convenere, constituta sunt, decernimus, ut thronus Constantinopolitanus aequalia privilegia cum antiquae Romae throno obtineat et in ecclesiasticis ut ille rebus magnifiat, ut qui sit secundus post illum. Post quem magnae Alexandrinorum civitatis

ανδρέων μεγαλοπόλεως ἀριθμείσθω θρόνος, εἶτα ὁ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως.

## 40. De aetate ad vitam monasticam amplectendam requisita.

1097 (1) Ἐπειδὴ τῷ Θεῷ κολλᾶσθαι διὰ τῆς ἐκ τῶν τοῦ βίου θορύβων ἀναχωρήσεως λίαν ἐστὶ σωτήριον, χρὴ μὴ ἀνεξετάστως ἡμᾶς παρὰ τὸν καιρὸν τοὺς τὸν μονήρη βίον ἐπανῃρημένους προσίεσθαι, ἀλλὰ τὸν παραδοθέντα ἡμῖν παρὰ τῶν Πατέρων ὅρον καὶ ἐν αὐτοῖς φυλάττειν, ὥστε τὴν ὁμολογίαν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου τότε προσίεσθαι δεῖ, ὡς ἤδη βεβαίαν καὶ ἀπὸ γνώσεως καὶ κρίσεως γινομένην, μετὰ τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν. (2) Ἔστω τοίνυν ὁ μέλλων τὸν μοναχικὸν ὑπέρχεσθαι ζυγὸν οὐχ ἥττων ἢ δεκαετής· ἐν τῷ προέδρῳ κειμένης καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ δοκιμασίας, εἰ τὸν χρόνον αὐτῷ αὐξηθῆναι λυσιτελέστερον ἡγεῖται πρὸς τὴν ἐν τῷ μονήρει βίῳ εἰσαγωγὴν καὶ κατάστασιν.

1098 (3) Εἰ γὰρ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ κανόσι τὴν ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσαν τῷ Θεῷ καὶ τὴν παρθενίαν ἀσπαζομένην τὸν ἑπτακαιδέκατον διανύουσαν χρόνον τῷ τῶν παρθένων τάγματι ἀριθμεῖσθαι νομοθετεῖ, ἀλλ᾽ οὖν τῷ περὶ τῶν χηρῶν τε καὶ διακονισσῶν παραδείγματι κατακολουθήσαντες, εἰς τὸν εἰρημένον χρόνον

---

numeretur thronus, deinde Antiochiae, et post eum Hierosolymitanae civitatis.

1097 (1) Quoniam Deo adhaerere per secessum ex vitae strepitu ac perturbatione valde est salutare, oportet nos non sine examinatione eos qui vitam monasticam eligunt, non intempestive admittere, sed nobis a Patribus traditum terminum in iis quoque servare: ut vitae secundum Deum professionem iam firmam et a scientia ac iudicio factam tunc admittamus, post rationis complementum. (2) Qui ergo monachicum iugum est subiturus, ne sit minor quam decem annorum natus: eius quoque rei examinatione in praesulis arbitrio sita, an augeri tempus conducibilius existimet ad introductionem et constitutionem in vita monastica.

1098 (3) Etsi enim magnus Basilius in sacris suis canonibus eam, quae se sua sponte Deo offert et virginitatem complectitur, si septimum decimum annum compleverit, in virginum ordinem referendam esse statuit: sed tamen de viduis et diaconissis exemplum secuti, in dictum tempus, analogia et pro-

ἀναλόγως τοὺς τὸν μονήρη βίον ἑλομένους περιεστήσαμεν. (4) Ἐν γὰρ τῷ θείῳ Ἀποστόλῳ γέγραπται, ἑξήκοντα ἐτῶν τὴν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι χήραν [cf. 1 Tim 5, 9]· οἱ δὲ ἱεροὶ κανόνες τεσσαράκοντα ἐτῶν τὴν διακόνισσαν χειροτονεῖσθαι παραδεδώκασι, τὴν Ἐκκλησίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν γενομένην καὶ ἐπὶ τὰ πρόσω βαίνουσαν ἑωρακότες καὶ τὸ τῶν πιστῶν πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν πάγιόν τε καὶ ἀσφαλές. (5) Ὅπερ καὶ ἡμεῖς ἄριστα κατανοήσαντες ἀρτίως διωρισάμεθα, τὴν εὐλογίαν τῆς χάριτος τῷ μέλλοντι τῶν κατὰ Θεὸν ἀγώνων ἐνάρχεσθαι ὥσπερ τινὰ σφραγῖδα ταχέως ἐνσημαινόμενοι, ἐντεῦθεν αὐτὸν πρὸς τὸ μὴ ἐπὶ πολὺ ὀκνεῖν καὶ ἀναδύεσθαι προβιβάζοντες, μᾶλλον μὴν οὖν καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ παρορμῶντες ἐκλογὴν καὶ κατάστασιν.

## 41. De iis qui Inclusorum vitam electuri sunt.

(1) Τοὺς ἐν πόλεσιν ἢ χωρίοις ἐν ἐγκλείστραις βουλομένους 1099
ἀναχωρεῖν καὶ ἑαυτοῖς καταμόνας προσέχειν, πρότερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσιέναι δεῖ καὶ τὴν ἀναχωρητικὴν παιδοτριβεῖσθαι διαγωγήν, καὶ ἐπὶ τριετῆ χρόνον τῷ τῆς μονῆς ἐξάρχοντι ἐν φόβῳ Θεοῦ ὑποτάττεσθαι, καὶ τὴν κατὰ πάντα ὡς προσῆκεν ὑπακοὴν ἐκπληροῦν, καὶ οὕτως ὁμολογοῦντας περὶ τῆς ἐν τῷ τοιούτῳ βίῳ προαιρέσεως καὶ ὡς ἐξ ὅλης καρδίας ἑκουσίως τοῦτον ἀσπάζονται ὑπὸ τοῦ κατὰ τόπον

---

portione habita, eos qui vitam monasticam elegerunt, deduximus. (4) In divino enim Apostolo scriptum est, sexaginta annorum viduam in Ecclesia eligendam: sacri autem canones quadraginta annorum diaconissam ordinandam esse statuerunt, cum Dei Ecclesiam Dei gratia potentiorem ac robustiorem evasisse et ulterius procedere vidissent, fideliumque ad divinorum mandatorum observationem firmitatem ac stabilitatem. (5) Quod quidem cum nos quoque optime intellexissemus, modo statuimus benedictionem gratiae ei, qui certamina secundum Deum aggressurus est, veluti quoddam signaculum celeriter imprimentes, hinc eum ad non diu cunctandum et tergiversandum inducentes, vel potius etiam ad boni electionem et constitutionem incitantes.

(1) Eos qui in urbibus vel vicis in clausuras volunt se- 1099
cedere et sibi ipsis separatim attendere, prius quidem in monasterium ingredi oportet, et anachoreticam [hoc est ab aliis separatam ac semotam] vivendi rationem exercere, et spatio triennii ei, qui mansioni praeest, in Dei timore parere, et oboedientiam in omnibus, ut aequum est, implere; et ita huius vitae eligendae institutum profitentes, et quod eam ex

δοκιμάζεσθαι προέδρου· εἶθ' οὕτως ἐφ' ἕτερον ἐνιαυτὸν ἔξωθεν προσκαρτερεῖν τῆς ἐγκλείστρας, ὡς ἂν ὁ σκοπὸς αὐτῶν πλειόνως φανερωθείη. (2) Τηνικαῦτα γὰρ πληροφορίαν παρέξουσιν, ὡς οὐ κενὴν θηρώμενοι δόξαν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ ὄντως καλὸν τὴν ἡσυχίαν ταύτην μεταδιώκουσι.

1100 (3) Μετὰ δὲ τὴν τοσούτου χρόνου συμπλήρωσιν, εἰ τῇ αὐτῇ προαιρέσει ἐμμένοιεν, ἐγκλεισθῆναι αὐτοὺς καὶ μηκέτι τούτοις ἐξεῖναι, ὅτε καὶ βούλονται, τῆς τοιαύτης καταμονῆς ἀφίστασθαι, ἐκτὸς εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν καὶ ὠφέλειαν ἢ ἑτέραν ἀνάγκην πρὸς θάνατον αὐτοὺς βιαζομένην πρὸς τοῦτο ἕλκοιντο καὶ οὕτω μετ' εὐλογίας τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου. (4) Τῶν δὲ εἰρημένων προφάσεων δίχα ἐγχειροῦντας ἐκ τῶν καταγωγίων αὐτῶν ἐξιέναι, πρωτοτύπως μὲν ἄκοντας αὐτοὺς κατειργνύειν ἐν τῇ εἰρημένῃ ἐγκλείστρᾳ, ἔπειτα δὲ νηστείαις καὶ ἑτέραις σκληραγωγίαις αὐτοὺς θεραπεύειν εἰδότας κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὡς οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν [cf. Lc 9, 62].

### 42. Ut qui dicuntur Eremitae ex urbibus expellantur.

1101 Τοὺς λεγομένους ἐρημίτας, οἵτινες μελανειμονοῦντες καὶ τὰς κεφαλὰς κομῶντες περιάγουσι τὰς πόλεις, μεταξὺ ἀνδρῶν λαϊκῶν καὶ γυναικῶν ἀναστρεφόμενοι καὶ τὸ οἰκεῖον

---

toto corde sua sponte amplectuntur, ab eius loci praesule examinari: deinde sic alio anno extra clausuram fortiter se gerere, ut scopus eorum evadat manifestior. (2) Tunc enim plane ac perfecte significabunt, quod non inanem gloriam captantes, sed propter ipsum revera pulchrum ac honestum hoc otium persequuntur.

1100 (3) Post tanti autem temporis complementum, si in eodem eligendae vitae instituto permaneant, includi ipsos, et iis non amplius licere, quando etiam voluerint, ex tali mansione egredi: praeterquam si propter communem utilitatem vel aliam necessitatem ad mortem urgentem ad id trahantur; et ita cum benedictione eius loci episcopi. (4) Qui autem sine his iam dictis causis ex suis habitaculis exire aggrediuntur, primo quidem vel invitos dicta clausura coërceri, deinde ieiuniis et aliis afflictionibus ipsos curare scientes, quemadmodum scriptum est, quod nemo qui manum aratro inmisit et retro conversus est, est aptus regno coelorum.

1101 Eos qui dicuntur eremitae, qui quidem nigris vestibus induti et capite comati urbes obeunt et cum viris saecularibus ac mulieribus versantur et propriae professioni faciunt iniuriam,

ἐπάγγελμα καθυβρίζοντες, ὁρίζομεν, εἰ μὲν αἱροῦνται τὰς κόμας ἀποκειράμενοι τὸ τῶν λοιπῶν μοναχῶν ἀναδέξασθαι σχῆμα, τούτους ἐν μοναστηρίῳ ἐγκαθίστασθαι καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐγκαταλέγεσθαι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο προέλοιντο, παντάπασιν αὐτοὺς τῶν πόλεων ἀπελαύνεσθαι καὶ τὰς ἐρήμους οἰκεῖν, ἐξ ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἑαυτοῖς ἀνεπλάσαντο.

### 43. Ut etiam iis qui antea lapsi fuerant in monasterium ingredi liceat.

Ἐξὸν ὑπάρχει Χριστιανῷ τὸν ἀσκητικὸν ἑλέσθαι βίον 1102
καὶ τὴν πολυτάραχον τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ζάλην ἀποθεμένῳ ἐν μοναστηρίῳ εἰσιέναι καὶ κατὰ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἀποκαρῆναι καὶ ἐν οἱῳδήποτε πταίσματι ἁλῷ. Ὁ γὰρ Σωτὴρ ἡμῶν Θεὸς ἔφη· «Τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω» [Io 6, 38]. Ὡς οὖν τῆς μοναχικῆς πολιτείας τὴν ἐν μετανοίᾳ στυλογραφούσης ἡμῖν ζωήν, τῷ γνησίως ταύτῃ προστιθεμένῳ συνευδοκοῦμεν καὶ οὐδεὶς αὐτὸν παρεμποδίσει τρόπος πρὸς τὴν τοῦ οἰκείου σκοποῦ ἀποπλήρωσιν.

### 47. Ne mulier in virorum monasterio dormiat et vice versa.

Μήτε ἐν ἀνδρῴῳ μοναστηρίῳ γυνή, μήτε ἐν γυναικείᾳ 1102[1]
ἀνὴρ καθευδέτω· παντὸς γὰρ προσκόμματος καὶ σκανδάλου ἔξω δεῖ εἶναι τοὺς πιστοὺς καὶ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ

---

statuimus, si elegerint quidem tonsis comis reliquorum monachorum amictum suscipere, eos in monasterio constitui et inter fratres referri: quodsi hoc non elegerint, ex urbibus expelli et solitudines habitare, ex quibus sibi etiam denominationes confinxere.

Licet omni Christiano vitam exercitatricem eligere et, rerum 1102
ad vitam pertinentium deposita tempestate, monasterium ingredi et habitu monachi tonderi, in quacumque prolapsione deprehensus fuerit. Salvator enim noster Deus inquit: *Eum qui venit ad me, non eiciam foras.* Quia igitur monachalis vitae ratio nobis vitam in paenitentia ob oculos ponit, ei, qui ad illud germane ac sincere accedit, acquiescimus ac favemus: nec ulli ei mores impedimentum afferent, quo minus proprium scopum adimpleat.

Neque mulier in virorum monasterio, neque vir in mulie- 1102[1]
rum dormiat. Extra offendiculum enim et scandalum fideles esse oportet et ad id, quod decorum ac honestum Deoque

εὐπρόσεδρον τῷ Κυρίῳ τὸν ἑαυτῶν εὐθετίζειν βίον· εἰ δέ τις τοῦτο πράξει, εἴτε κληρικὸς εἴτε λαϊκός, ἀφοριζέσθω.

**48. De uxore eius qui episcopus ordinatus est.**

1102[a] Ἡ τοῦ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρίαν ἀναγομένου γυνή, κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς προδιαζευχθεῖσα, μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονίαν ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω, πόρρω τῆς τοῦ ἐπισκόπου καταγωγῆς ᾠκοδομημένῳ, καὶ τῆς τοῦ ἐπισκόπου προνοίας ἀπολαυέτω εἰ δὲ καὶ ἀξία φανείη, καὶ πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀναβιβασθήσεται ἀξίωμα.

